et ideo corpus ascendit q̄ talia habet in se vacua colligata
et continuata partibus suis. ¶ Et etia s̄m istos queremus
ab eis qualiter potuit esse q̄ vnum et idē sit motus et motus
et locus ad quem mouet: vacuum enim vt iam dictū est est
mouens: et q̄a est intrinsecus corpori: oportet etia q̄ sit mo
tus: et opz itē esse receptum a vacuo: q̄a aliter duo corpo
ra erunt in eodem loco: et hoc quomō potest esse: q̄a tūc va
cuum erit vacuū: et hoc ibit in infinitū. ¶ Amplius autem est
vacuum est causa motus vniuersali: vt dicunt isti quā cau
sam poterunt assignare in granit: p̄pter quam feratur deoz
sum. ¶ Manifestū est q̄ si quanto rarius est sic magis vacuū:
tunc etiam quanto magis est vacuum: tanto fit leuius et ma
gis sursum fertur: ḡ vacuum nō est causa grauis: sed potius
pleni: non ergo vacuum est causa quare aliquid ferat deoz
sum. ¶ Adhuc autem s̄m hoc si aliquid esset oīno vacuum
idem velocissime fertur sursum: sed hoc est falsum: q̄a for
te est impossibile q̄ vacuum moueatur oīno: ratio enim vna
et realis est que dicta est de vacuo separato. Sicut enim non
dicit motus esse in vacuo: sine motu enim sunt omnia et imo
bilia sunt: eo q̄ necesse est fore motum in instāti: et p̄portio
nem esse inter motum in pleno et motum in vacuo: ita etia
erit vacuum sine motu: q̄a si causaret motum vacuum opz
erit q̄ oīno vacuum causaret motum in instāti: eo q̄ incō
parabiles sunt velocitates pleni et vacui: et ideo si aliq̄d ple
num rarum causabit velocem motum: et rarius illo causa
bit velociorem: et sic oportet q̄ id q̄d omnino est vacuum: et
ipsa velocitas causet motum in instāti: et hoc est impossibi
le: ergo etiam impossibile est q̄ vacuum sit causa motus.

Lex. 1. c. 52.

¶ Cap. 10^m. De epilogo rationum Xutos philosophi: et de
soluione earum.



Quoniam autem nos non dicimus eē
vacuum aliquid in natura:
sicut patet ex p̄bictis: opz
autem nos dicere q̄ ea que inducta sunt de ra
ro et denso sunt bene dubitatione digna: et ideo
vere dubitata sunt. Sunt autē ista q̄ nisi ponā
tur esse densum et rarum ex vacuo et pleno turbatur celum.
Item aut non est motus oīno: aut oportet generatione eorū
que ex densis fiunt rara et eōuerso semper fieri equalem in
eadem hora: vt quantum de aere fit ex aqua: tātum in eadē
hora de aqua fiat ex aere. Et manifestū est ex p̄dictis du
bitabilibus Xutos p̄bicti q̄ si plus aeris ex aqua fieret et nō po
neretur esse vacuum: tūc oporteret q̄ continue depellerent
vltime superficies corporū semper in maiorem locum donec
tumultuaret etiam expulsum celum in maiores locos. ¶ Et
eōuerso est quādo plus est de aqua fit ex aere: q̄a tunc ne
cesse videtur q̄ constringantur vltima corporū in locum mi
norem: ita q̄ tādeq; cōtraheretur celum q̄d est vltimis oliuz.
Aut oportet q̄ supponamus allecubi equali fieri mutationē
vnius ex alio in eadem hora et eōuerso: ita q̄ omne corpus
vniuersi sit semper equale. Aut oportet q̄ nihil oīno mouea
tur: in omni enim eo q̄d mouet accidit talis tumultuatio vl
timorū: et expulsio sicut diximus: nisi in motu circulariōis.
Non autem p̄pter motum circulariōis positum est esse va
cuum: q̄a circulatio non recedit de loco suo: sed potius pro
pter motum rectū positum est esse vacuum: non semper eni
in circulum est loci mutatio: sed etiam aliquādo fit in rectū.
¶ Hi igitur qui nominati sunt p̄pter hoc q̄d dictus est: aliq̄d
vacuum esse dicunt. Et reddidit dictum eorū ad hoc q̄ vacuū
sit rarum: eo q̄ partes naturales implentes foramina quā
do res est densa eruntur ab ea intus: et additū et extra: et
ideo crescit in maiorem quantitatem ex interpositiōe vacui
inter

Lex. 1. c. 53.

inter partes suas. Quando autem fit densum ex raro: tunc partes materie adduntur rei intus et implent foramina: vacuo interposito partibus rari: et sic nunquam fit rarum et densum: nisi additione et subtractione partium naturalium: et nos non loquimur de augmento animato: quia illud fit per additiones: sed loquimur de incremento rei: et de incremento facto per rarefactionem et condensationem. Hoc autem modo Xutos etiaz pibus dixit fieri intensionem quando. scilicet de calido fiebat magis calidum: et hoc dixit fieri per subtractionem partium materialium frigidarum et appositionem calidarum: et hoc modo dixit de frigido fieri calidum: quia non videbat qualiter vna potentia contrariorum esset. Hoc etiam dixit fieri in figuris: quia quando de arcu maioris incurvationis fiebat curvatio minoris. i. remissior arcus: vel e converso de remissiori intentionis et magis curvatus: dicebat autem quia recte partes que sunt in maiori arcu interposite curvis partibus contrahuntur et incurvantur: et tunc fit arcus contractior. Hoc autem tria adprobabat in elementorum generatione: quia cum elementum fit ex elemento et parum fit minus: et e converso: calidum fit calidius vel frigidum frigidius: et sic de ceteris qualitatibus elementorum habentium symbolis: et si non habent symbolis: tunc fit contrarium ex contrario. Et quia elementa rotunda sunt fit minor arcus ex maiori vel e converso: et hoc omnia ut dictam esse appositionem et subtractionem partium fieri dicebat Xutos. Est autem advertendum quod hanc additionem et subtractionem non dicebat fieri in corporalibus tantum: sed etiaz tam in materialibus quam in formalibus simul. Cuius autem hec omnia solutores dicimus precedentes et subiectis que determinata sunt in primo huius scientie libro: et supponemus quatuor propositiones ex quibus omnia superius dubitata solvere possumus: quarum vna est quod vna est materia contrariorum et calidum et frigidum: et alia est oium physicarum contrarietatum: sicut sunt rarum et densum: et grave et leve. Secunda est quod cum aliquid generat quod illud generat existens in actu ex eo quod est in potentia preter aliquid extrinseci additionem: actus enim totus est in potentia in materia sicut ostendimus in primo libro. Et si dicat agens dare formam patienti: hoc non est aliter nisi quia sua actio in passivo est educens de potentia ad actum: id quod est in materia: et hec omnia manifesta sunt si ea que in fine primi libri diximus ad memoriam revocent. Tertia autem propositio est quod materia non est separata a contrariis et formis: sed semper coniuncta alicui contrariorum et alicui formarum: et precipue materia simplex que est materia elementorum. Quarta vero est quod ipsa est numero et subiecto vna: sed esse eius est alteram et alterum quando consistitur vni vel alteri contrariorum: sicut quando coniungit quod est sub calore vel frigore. Igitur ex dictis dico quod corporis est eadem materia magni et parvi quando sunt ista ex raro et denso: et non ita quod alia materia addatur parvo ex quo fit magnus vel aliqua materia subtrahatur magno ex cuius subtractione fiat parvus: hoc autem manifestum est: cum enim aqua fit aer et dicamus quod ex essentia aque fiat aer: tunc materia est transmutata in maiorem quantitatem non accipiens additionem aliquid in partibus materialibus sed id quod in materia erat potentia hoc factum est actu: et tamen e converso fit iterum aqua ex aere materia facta minoris quantitatis preter alicuius appositionem vel subtractionem: et sic aliquando transmutatur ex parvitate in magnitudinem: aliquando ex magnitudine in parvitate et huiusmodi causa agens non est quod est nisi frigus: aut calor: vel quod substantialis forma aque in densiori et habere magis partes constitutas vult esse quam substantiis illis forma aeris que habet partes que sunt extrinsecis constitutas: et ideo maiorem requirit locum preter vacui interpositionem: et materia aque habet partes minoris quantitatis: et ideo compressioris et minoris loci preter alicuius partis materie subtractionem: potest enim vna numero materia susceptibilis esse maioris et minoris quantitatis preter appositionem vel subtractionem: ut diximus. Sicut et cum multus aer aliqui fit in minori corpore compressus: et aliqui est in maiori et fit ex minori maiorem: et e converso: quia cum materia istorum virtutum potentia est. scilicet minus et minus ipsa fit vtraque agens in se ipsis que sunt calidum et frigidum. Sicut enim eadem est materia est ex calido fit frigidum: eo quod vna susceptibilis est ut sine acceptioe vel abiectione aliqua parsium. Et sicut vna est cum e converso ex calido fit frigidum: vel ex frigido fit calidum sic et vna est cum ex calido fit magis

calidum nulla parte facta calida que non fit in materia prius calida: et ei apposta ut fieret magis calida. Sed ois pars materiae que prius fuit calida mutata est per intensionem caloris: et facta est magis calida: et hoc est sicut circulatio maioris vel amplioris circuli et ambitu eius quando fit per maiorem incurvationem minoris circuli: sive dicatur circulatio esse eadem numero cum priori vel etiam alia: quia de hoc modo non est questio: semper enim ille due circulationes sunt in eadem materia: et in nullo alio factus est ambitus minoris circuli: quod non esset subiectus maioris circulationis prius: sed eest rectum: sicut dixit Xutos quod rectum quod fuit interpositus curvis: et fecit maiorem ambitum esse incurvatum in minori circulo: et ideo esset circulus minor maioris curvitate: quod plures haberet partes curvas: non enim minus vel minus in deficientio aliquo vel apponendo: sed potius ut diximus transmutatione totius materie de potentia ad actum. Ad enim potest accipi secundum magnitudinem scintilla vel flamma ignis que non fit calida aut lucens: sive alba: et ideo cum incendiatur scintilla non est hec: quia partes frigide que sunt in ipsa ignantur: et ita efficitur calidior: eo quod plures quam prius habeat partes calidas: sed potius quia tota materia ex minori calido quod potentia calidius est transmutatur in caliditate maiorem. Sic igitur prior inest calor posteriori: ut potentia est in actu: quare etiam magnitudinem et parvitas corporis sensibilis sunt circa materiam eadem: et extenditur materia in quantitate maiorem non accipientes aliquid additionis in partibus materialibus: sed quia materia potentia est vtraque istarum quantitarum et potentia est densum et rarum. Sicut enim diximus vna est istarum materia sicut et aliarum prehabitarum contrarietatum. Est autem ut semper et absolute densum quod dem grane eo quod partes eius sunt simul compresse in parva quantitate et loco. Rarum autem semper est leve quando simpliciter et absolute est rarum: eo quod partes eius sunt remote adinvicem: eo quod sunt magne quantitatis et magni loci. Amplius autem circuli circulatio quando conducta et curvata est in minus nullum accipit aliud concavum quantum ad partes materie de novo sibi additas ab extrinseco: vel in quibus nova generata fit curvitas cum prius essent recte in maiori circulo existentes. Sed concavum et curvum quod imitatum erat sibi in oibus partibus: hic amplius incurvatur: sic et ignis quod quicquid est de igne est calidum: et sic magis calidum oibus partibus materialibus in testis in calido: sic etiam est in circulo: quia omnis congregatio in maiorem vel correctio sua in maiorem est ipsius materie: quia vna et eadem subijctur incurvationi et directioni. Et si in materia toto fiat congregatio generatio operum quod ista sunt circa eadem materiam numero per esse alterum et alterum numero differetem. Sunt enim duo consequentia tam rari quam densi: grave enim durum et densum sequuntur: et leve et molle rarum sequuntur: huiusmodi autem oppositum deberet esse si verum esset quod dixit Xutos. Cum enim rarum maioris sit quantitatis quam densum: et quod maioris est quantitatis et plus additum est in partibus materiae: sicut dixit Xutos deberet rari esse et durum et grave: quia quod habet plus de materie partibus hoc habet magis constitutas et ita duras: ita gravius per oppositam autem causas densum deberet esse molle et leve. Accipiamus autem hic molle et durum in generalibus significationibus eorum: prout durum est omne id quod non cedit tangenti: et molle quod cedit quocumque modo cedat: subtiles autem distinctiones istorum in quarto metaphysicorum determinari habent. Quando autem durum et molle non accipiuntur pro his que absolute dura et mollia sunt: et densum et rarum non accipiuntur pro his que absolute et simpliciter sunt densa et rara: sed etiaz pro his que sunt quodammodo et respectu densa et rara: tunc aliquando dissonant ea que sequuntur ipsa. Non enim semper illud quod densius et densius est etiam gravius est: quia plumbum gravius est ferro: et tamen ferrum durius est plumbo et densius. Et dictis etiam patet quod falsum est quod dixit Xutos densum et rarum esse quantitates materie: cum ex quantitate non sequantur qualitates contrarie causate ab ipsa. Ex denso autem et raro sicut ex causis contrariis que dicta sunt sequuntur. Ex predictis ergo manifestum est quod nec aliquid discretem: neque separatum est vacuum: neque simpliciter est vacuum: neque comixtum in raro et denso: neque est etiaz in potentia hoc modo quo dixit Xutos quod esset in potentia: et non acta: quia

Ex. 2. c. 54.

Ex. 2. c. 55.

Ad semp id quod densius et durius est etiam am gravius et

2. c. 56.

semper esset imitum: et non sic actu separatum vacui. Et co autem ipsum non esse in potentia nisi aliquid vocet vacuum ipsam in qua que est aliqua causa illius quod fertur: et loci mutationis: sicut subiectum dicitur esse causa: sicut enim materia una que subiectum granitatis est et leuitatis dicitur vacuum: sed tunc non debuit ponere vacuum causa motus sicut densum et rarum: quia illa sunt actiua et factiua motus: materia autem non. Sed potius debuit dici quod vacuum est causa motus: ex eo quod corpora susceptiua motus localis recti in quantum sunt susceptiua rari et densi: et cuius rarum et densum sicut suam contrarietatem sunt actiua motus: durum et molle que sequuntur de ipsa non se habent ad motum localem ut actiua: sed potius ut passiuua facientia ad motus facilitate vel difficultate: quod motus rectus facilis est per molle quod cedit: et difficultis vel ipsos subilis per durum. Et ut generaliter dicatur magis sunt durum et molle sicut suam contrarietatem causa alterationis que loci mutationis. Sic igitur ex syllogismo patet quod materia est una contrarietatum: et est rari et densum sicut suam contra materia eorum que est causa istorum contrarietatum: per etiam hoc ex signo infallibile quod causantur ex una materia sine additione et subtractione: eo quod in omnibus partibus eiusdem materie inueniuntur: sicut postensum est. Quod autem non sunt quantitates addite: sed qualitates ex situ partium materie causate: ex hoc probabitur quod causantur ab ipsis qualitates contrarie que sunt durum et molle et graue et leue. De vacuo igitur quod est: et put ipsum di materia: et quomodo non est: put ipsum dicitur esse separatum extra celum vel infra ipsum existens: sit hoc modo quo diximus determinatum.

Tractatus Tertius Quartus Libri Physicorum. Cap. 9. De tempore an sit tempus: et probatio quod non sit aliquid per extraneas rationes.



Diueniens autem est quod

Post predicta aggrediamur ad loquendum de tempore: eo quod ipsum est vnum de his que se quiritur motus: in eo quod motus est in cetero: de quibus in hoc quarto libro primis mentionem facere tractatum. Quibus autem per se ipsum manifestum sit esse tempus: eo quod ipsius percipit cum motu qui manifestus est ad sensum: tamen per extraneas rationes quodam subtiliter arguitur ipsum non esse: primus ergo bene se habet opponere de ipso per rationes extraneas: vix sit de numero eorum que sunt: aut sit de numero eorum que non sunt. Cetero rationes aut extraneas vocamus illas que sunt ex ceteris que in multis inueniuntur: et nulli sunt propria que sunt rationes logice. Nam logica propter eandem causam propria que extraneas vocat: postea vero ex naturalibus et propriis temporis perferuntur: quod sit non ipsum. Quod igitur oino non sit tempus: aut sit vix et obscure ex dicendis aliis concipere poterit. Quod enim vere est quod sit compositum ex partibus continuis habet partes existentes ex quibus est sua continuitas: sed tempus non habet partes existentes: quod tempus non videtur esse: partium enim temporis due sunt. scilicet presentis et futurum: presentis autem non est: sed factum est et transiit: futurum autem nondum est: presentis autem cum sit indiuisibile non est pars continui temporis: ergo infinitum tempus quod semper accipitur sine fine componitur ex his que non sunt. Ex his autem que non sunt compositum non videtur participare aliquando sibi qua sit. ergo tempus oino nihil est: aut si est vix est sicut sunt ea quorum esse est permittit privationi: et hoc obscure est: quia sicut potest videri: sed nos de hoc inferius queremus. Adhuc autem ois diuisibilis quod est: aut necesse est ois partes: aut quodam factum est et non est. Futurum autem nondum est: et si est in potentia est solus: cum ergo tempus diuisibile sit quodam videtur tempus nihil esse. Si quis autem dicat quod ipsum presentis nunc quedam pars temporis est: ceterum falsum est: quia ois pars que est vere pars aliquota totius: mensurata et numerata aliquando reddidit totum quod componitur ex partibus aliquotis: sed nunc est sit indiuisibile non reddidit totum tempus: ergo tempus ex nunc non componitur. Si autem dicatur quod est pars non aliquota: sicut binarius est pars quatuor: adhuc constat esse falsum: quia pars talis componit totum cum alia parte: et est quantitatis alicuius in toto: nunc autem non est

ponit tempus: nec est alicuius quantitatis in tempore: ergo nunc non est pars temporis nec punctus est pars linee: sed terminus eius: ita etiam nunc non est pars temporis: sed terminus eius. Amplius si tempus continuus est: vix dicunt affirmantes tempus: tunc oportet quod distinguant partes indiuisibiles nunc quod est terminus temporis sicut punctus linee. Querimus ergo de ipso nunc quod determinat et distinguit inter presentis et futurum: vix sit vnum et idem permanens semper: aut sit aliud et aliud: hoc enim non facile est scire: et hoc est querere vix sit vnum et idem permanens nunc in toto tempore: aut plura sibi succedentia: plura enim simul esse non possunt: quia si essent simul: tunc oportet quod tempus esset de permanentibus et stantibus et hoc non est verum. Si autem sunt plura nunc sibi succedentia: ita quod semper alter et alterum est eo quod nulla pars eorum que sunt in tempore simul esse cum alia nisi continetur ab ipsa sicut pars a toto: sicut mens continetur sub anno: et septimana sub mense: dies sub septimana: et hora sub die: et pars hora sub hora: et hoc modo curritur necessario vsque ad indiuisibile nunc quod solum est de tempore accipere. Adhuc enim tempus quod est pars plurius semper continetur sub illo: si in tempore sic est: tunc plura nunc non sunt simul: nisi vnum continetur et reliquum continetur: sed indiuisibile nihil continetur: ergo vnum nunc non continetur alio vel alia nunc: ergo si sunt plura tunc illa sunt succedentia: vix dicitur esse: ergo illud nunc quod est presentis et futurus necessario modo est corruptum ac omnia nunc vix dicitur esse non erunt simul: sed semper id quod est prius necesse est corruptum: aut ergo corruptum putat in eodem nunc quod est ipsum: ita quod corruptum sit in seipso: aut corruptum vel est corruptum in alio nunc ab ipso: non autem corruptum in eodem hoc est in se: quia nihil simul est in alio quo et corruptum est in illo: sed nunc est in seipso: ergo non corruptum in seipso. Si autem corruptum in alio nunc: aut illud aliud nunc est immediatum presentis ad ipsum: aut non est immediatum. Sed inter nunc quod corruptum est: nunc in quo corruptum cadit tempus medium. Adhuc autem conuenit corruptum prius nunc in primo sequente nunc: quia nunc non ita se habent ad invicem: sicut nec in linea immediate punctus consequitur punctum: hoc autem manifestabile in .6. huius scie. Si autem dicat corruptum in nunc non primo consequente: sed in eo inter quod et ipsum tempus est medium: ergo prius nunc quod est in presentis manet in eodem saluati in infinitis nunc que sunt in tempore inter medio: et simul erit cum oibus illis: hoc autem est impossibile quia ex hoc sequitur quod id nunc quod prius erat in presentis sit manens in presentis et futuro quod non patitur necessitationis. Sequitur et ex illo quod nunc quod prius erat sit cum presentis et futuro: ergo presentis presentis et futurum simul erunt: quod est impossibile quia indiuisibile non potest habere rationem continens. Sunt autem quidam qui dicunt ideo nunc presentis non corruptum in nunc posteriori immediato: vel et in seipso: quia omnia corruptio est in tempore: et in nunc indiuisibile nihil corruptum: sed est corruptum ad ipsum: est corruptum sit motus quidam qui non potest esse in indiuisibile sicut probabitur infra in .6. Sed hoc nihil est quia corruptio nunc non est simpliciter corruptio: sed per quod. Si nihil enim corruptum nunc est nisi definire esse: et talis definitio bene est in indiuisibile: sicut motus in indiuisibile definitur hoc modo definitionis: quia nihil inuenitur de ipso ultra ipsum: et hoc modo linea definitur in puncto. Sed si fiat vis in vobis definitionis: tunc ponam finem tempus in nunc: et motus in momento: et lineam in puncto. Sed si propter istas rationes dicat aliquis semper manere idem et vnum numero nunc ostendemus et hoc esse impossibile. Nullus enim continuus diuisibilis finitum est terminus vnicus: siue in vno indiuisibile sit presentis: siue continetur ad plura: siue in pluribus sicut linea continua est in vno indiuisibile finem rationem quod est punctus: et habet necessario duos terminos quando finita accipitur linea: quia illa non est circularis. In plura autem continuatur superficies. In quatuor terminos quia habet lineas et puncta. Corpus autem presentis in terminos .6. propter tres diametros se in eodem ad rectos angulos interfecantes. Cum ergo nunc propter hoc quod est indiuisibile necessario sit terminus et finis. Finis autem alicuius finitum finis est: oportet tempus accipere finem cuius instans siue nunc dicitur esse finis: sed nihil continuus est finitum vno termino sine: ergo tempus necesse est habere plures fines et terminos: non ergo nunc est terminus vnum sed sunt plura nunc. Hec autem ratio fortior est omnibus illis quas inducit illi qui negant tempus esse aliquid. Amplius si simul esse aliqua finem tempus est

Ex. 1. c. 87.

Ex. 1. c. 87.

Ex. 1. c. 88.

Ex. 1. c. 89.

Ex. 1. c. 90.

Ex. 1. c. 91.

Ex. 1. c. 92.

Physicorum

tus est in celo. **M**otus autē sic est in celo q̄ partes eius sunt plures & oēs partes sunt simul. q̄a & oēs pres celi simul m̄ o- uent: & nō fm̄ prius & posterius: ergo & oēs partes tēporis si mul sunt: & nulla fm̄ prius & posterius: ut se ad aliā: vel opoz- tet tot eē tēpora quot sunt pres motus: & mobilis q̄d est icō ueniens: ergo tps̄ non uidet esse in motu ut in subto. **C**Si autē forte dicat aduersarius q̄ tēpus nō causat a motu ce- li fm̄ q̄ motus est expāsus in toto celo: sed potius fm̄ q̄ ali- quid eius accipit ut motū in ipso. vbi gratia. vnus gradus vel vna stella vel sol: vel aliqd̄ huiusmodi q̄d est prius: & po- sterius circulo per situs renouationē: & tūc nō p̄cedit rō in- ducta: dicemus q̄ tūc red dicit primū incōueniens: tūc enī in nā nunq̄ esse accipit prius & posterius fm̄ actum. Et si sunt tunc sunt in aia comparante prius & posterius: tūc itez se- quit tēpus in aia eē nū. **C**Adhuc autē est obo **Saleni**: q̄a si tempus nō est nisi in celo per motū celi: tunc illi qui nihil p- ciplunt de motu celi nihil p̄ciplunt de tēpore. Sunt ergo ali- qui in carcerati nati sub terre claustris qui nunq̄ motū celi viderunt nec perceperūt: illi ergo nihil perceperūt de tēpo- re q̄d falsum est: q̄ percipiūt tps̄ per motū aie. **C**Si autem quis diceret **Saleno** q̄ percipiūt motus nō anime sed rerū exteriorū: & ita tēpus non est in aia per motū aie: sed potius per motum rei exterioris. Sic enī intelligere de natura tem- poris imponit **Salenus** **Aristo**. & arguit eū instantiam se- rens huic dicto: & dicens q̄ sepe imaginamur res stantes & in ipso & super ipsas mouet imaginatio nostra: & in illo motu percipiunt tēpus: tempus ergo causat a motu aie etiaz stantib⁹ rebus immobilibus in natura: ergo eē nāle erit tēpo- ri esse in anima per motū anime: & nō per motū rei. **C**Ad- huc autem cū tēpus est numerus motus vnitates q̄d cōsti- tuitur hic nūerus: aut sunt designate per aiam: aut sunt vni- tates rei extra animā existentis: cū res que numerat mo- tus sit: & motus sit necessario vnus est sua vnitates vna in to- to motu. ergo nō est ex illa numerus. Si autē dicat q̄ sūt vni- tates partium redit p̄stiniū incōueniens: q̄a nō existentium in natura nō sunt vnitates in nā: partes autē motus nō sūt existentes in natura: reddidit ergo q̄ vnitates cōstitutes nu- merū qui est tēpus sunt designate per animā solas: ergo nō est tēpus nisi in anima. **C**Augustinus etiā disputans an tē- pus sit in anima querit si tēpus sit extra aiam vbi sit: p̄terit- tam enim cū non sit nūq̄ est in rerū natura: futurū etiā cū nondum sit non h̄ esse in rerum natura: ergo si tēpus sit in rerum natura extra aiam: hoc erit p̄sens. Queramus ergo quid sit p̄sens: hoc autē est cuius nihil p̄teritū & nihil futurū est: hoc autē nō est annus vel mensis vel dies: vel hora: vel aliqua pars hore diuisibilis: ergo p̄ns nō est nisi indiuisibi- le sed indiuisibile nūc: nec est tps̄: nec est pars tps̄: & rōne il- lius non erit tēpus extra aiam. **C**His rōnibus & q̄busdam alijs vident q̄dam magne auctoritatis viri iducti ut dicūt tempus non esse nisi in anima. **I**nterū ut etiam **Auerrois** di- cere videat q̄ tempus est extra aiam in mobilib⁹. per motū in potentia & complementū eius in actu sit ab anima et in anima. **C**S; contra hoc obijcit **Auicēna**: & plures alij p̄ho- rum: dicunt enī q̄ fm̄ has rōnes omnes motus non esset in rez natura sed in anima solum: q̄a prius in ipsa non est nec posterius. Cum ergo videamus motum eē ad sensus in re- rum natura extra aiam erit & tēpus aliquid extra animam. **C**Adhuc autē ridiculū videtur id quod est vna quātitas continua esse in anima solum: q̄a nullius quantitatis & sim- plex est: cōtat autē q̄ tempus est vna quātitas continua. **C**Adhuc autē si tēpus esset in anima: tunc diceretur passio anime: & nō passio motus: nec participaret passioes veri cō- tinuū & veri discreti: que omnia falsa sunt. **C**Adirum etiaz est de istis hominibus qui dicunt numerū formale quo nu- meramus esse extra animā: eo q̄ cōstituitur ex vnitatibus rebus existentibus extra aiam: & dicunt tempus esse numez in anima existentem cum sit numerus acceptus a partibus motus que nullo modo sunt in anima. Si enī essent in ani- ma partes motus: tūc motus eēt in anima: & in quo est mo- tus localis illud mouetur: oporteret ergo q̄ anima mouere- tur localiter: & ideo absurda videtur esse ista opinio. **C**Ad- huc autē vident q̄ anima vno modo se habet ad oēm mo- tum: si ergo tempus dicunt in animā debent concedere q̄ tempus se h̄ vno modo ad oēm motum & nō ad vnū p̄s:

& alium posterius: & hoc negatum est a **Peripateticis** qui volunt q̄ tempus primo est in motu celi: & per cōsequē est mensura motūz alioz. **N**os autē dicimus tēpus eē extra aiam: tamen inductas rationes posterius cum alijs deter- minabimus: q̄a p̄habitis quibusdam facilius solentur. **C**Cap. 4. **C** cognitio temporis dependet a cognitioe mo- tus: eo q̄ non percipiunt tempus sine motu.



Aia est motus: & intendimus hic inuesti- gare nām & diffinitiones ipsius: volu- mus hic incipere a motu eo q̄ sine motu non est tēpus. **C**Cum autē nos ipsi nihil mutamur fm̄ intelligentiā vel aiam: aut later nos: si trā- smutamur non videt fieri tēpus nobis. **C**Dico autē nos transmutari fm̄ aiam transmutatione qua nos trāsmuta- mur in esse per tempus. Cum enim dicat transmutari fm̄ aiam fm̄ tres modos: fm̄. s. q̄ nos non percipiunt tps̄ ni- si quando fuerimus moti motu anime qui est motus ima- ginationis: vel intelligentie: & hoc mō dixerunt **Salenus** & **Augustinus** nos percipere tēpus & esse in tēpore. Dixerunt enim q̄ esse in tēpore est esse in virtute motū anime vel al- terius creature spiritualis: & cū motus anime sit simplex: & nō habeat p̄prie prius & posterius: constat q̄ iste modus p- p̄rie non dicit nos percipere tēpus: & ideo est sensus corru- ptus: eo q̄ nec **Salenus** nec **Augustinus** sciuerūt bene na- turas rez. **A**lter vō modus est quo nos dicimur trāsmuta- ri fm̄ aiam cum percipiunt per aliquē anime motū. s. ima- ginationis vel intelligentie aliquē de motibus exteriorib⁹: & hoc modo iterū directe non percipiunt tēpus: q̄a est p̄ci- pere motū p̄ter hoc q̄ numerus prius & posterius in ipso: & tunc non percipiunt tēpus: sed motū in rōne motus p̄- ter hoc q̄ mēsuremus ipsū per tēpus. **E**st autē tertius mo- dus quo nos percipiunt motū in eo q̄ p̄ciplimus nos ipsos trāsmutari: & tūc necessario percipiunt tēpus in eo q̄ nos imaginamur vel sentimur fm̄ intelligentiāz venire a prio- re in posterius: & hoc solo modo rez est: q̄ cū nihil mutant fm̄ intelligentiā nostrāz: aut later nos nostra trāsmutatio: eo q̄ ligare sunt virtutes in nobis quibus debuitus p̄ci- pere motū: sicut fit in somno vel voluptate q̄ nos tūc nullū percipiunt tēpus: & ideo tunc nobis tēpus fieri non videt. **S**ic est de illis **poetis** qui fabulose dixerūt q̄ dictamē ver- sū in rhodo insula & dictamine heroico q̄ quidaz dormie- runt per multos annos qui nō perceperūt tps̄ quo dormie- runt. **I**lli enī copulauerūt nunc prius quo dormire incepe- rūt cūz nūc posterioz quo euigilauerūt & non perceperūt tē- pus intermediū: sed putabant q̄ in vno nūc eēt quando dormire inceperūt & quādo surrexerunt & remouerūt totūz tēpus mediūz p̄pter motus insensibilitatē. **C**ausa autē hu- ius profunditatis somni. **S**ūt enī quedaz animalia & qui- daz hoies slegmatica valde & pellis spisse: & est in eis vapor spissus diu morans propter calozis debilitates: & illi habent multas superfuitates viscosas circa viscera vbi ē locus di- gestionis: & habent cerebriū frigidū valde: & ideo q̄ in eis quando ex longitudine tēporis calidi sicut est estas aggre- gatur superfuitas & permanet calor aeris aliquantulū ape- riens poros cutis non dormiūt: & querunt illo tēpore nutri- mentūz eo q̄ calor exterior iuuat calorem interioz: & sunt vorantia multum propter frigus naturale circa locum dige- stionis: q̄a facit descendere cibum: & elci indigestum. **C**uz autē per frigus exterior restringuntur pori non potest exire superfuitum per vapores & poros & redundat ad interiora va- por: sicut fumus in olla cooperta: & ex illa abundantia hūme- scunt valde & humor viscosus efficitur: & animalia efficiū- tur pingua & dormientia & dormiunt illa que multum spis- se pellis & frigida per totum tempus quo pori per frigus re- stringuntur: & quo abūdat humor viscosus in visceribus: & postea euigilantia adueniunt & mouentur: hoc autēz ex ea- dem causa fit in hominibus aliquando: & p̄cipue in mu- lteribus quando sunt immobiles & spisse pellis: & viscosarū superfuitatum: & habentes lentum calorem naturalem: et p̄cipue quando dormiūt sub terra: q̄a frigus terre iuuat ad restrictionem porozum & hec sunt profundī somni in quibus nō sunt imagines somniales: & ideo in toto ligantur in eis vires animales exteriores que sunt quque sensus: & in- teriores

Obtio **Saleni** quā addu- cit et **Cōmen- tator** i cō. 98.

Obtio **brī** **Au- gustini**.

Obtio **in** i cō- mēto. 98.

Obiectiones **Auicēne** con- tra illā pōnē.

Tex. t. c. 98.

Transmuta- tio **h̄** **aiāz** **tri- p̄r** **p̄tingit.**

Nota **cām** **p̄** **fandi** **somni.**

teriores que sunt imaginatio et intellectus: et ideo tales nul-
 li circa se percipiunt tempus: habet igitur se illi ad tempus copula-
 do nunc prius qui dormire incipit ad nunc posterius qui enigi-
 lat tanquam si non esset nunc medij temporis: et hoc ideo quod latet eos
 alter esse nunc quod est cum prioris tempore et posteriori quod est medi-
 us iter tempus inceptionis somni et vigilationis: et ideo non percipi-
 unt tempus medij: a simili ergo accidit nobis non opinari tempus
 esse quod non determinamus esse aliquam mutationem sed in
 vno et eodem indivisibili videtur manere apprehensio anime nostre.
 Cum autem nobis sentimus et determinamus fieri transmutatio-
 nem qua nos transmutamur tunc dicimus fieri tempus. **C**eterum
 de autem causa est in delectatione maxima existens et deductione si-
 cut boves divini qui sunt in vehementi delectatione contemplatio-
 nis non percipiunt tempus. **C**onstat autem anima eorum in vno desiderabi-
 li: ideo non percipit motus qui in se sunt: et ideo tanto minus
 percipit motus quanto loci diuisus est illud quod contemplatur. **A**d
 manifestum est itaque quod tempus non est sine motu et mutatione. **V**idetur
 forte aliter sequi ex dictis quod tempus sit passio omnis motus eo quod
 percipitur ex omni motu: et non percipit res nisi sicut est: ergo est ex om-
 ni motu: quoniam videtur quod sit passio motus in nobis facta et per-
 cepta ab anima: et sic necessario multiplicaretur tempus secundum multipli-
 cationem motus: et percipitur secundum multiplicationem motus anime: et sic
 essent plura tempora. **E**t sequitur ex hoc quod tempus simul esset et non
 esset tempus: aliquis enim transmutatur secundum animam: et aliquis non. **S**e-
 quitur et ex hoc quod tempora sunt infinita: et quod plura tempora sunt si-
 mul in tempore: et illud tempus in quo sunt simul est etiam simul
 cum alijs temporibus: et hoc procedit in infinitum. **E**t sequitur etiam ex
 hoc quod sunt multa tempora nova: et corrumpunt tempora antiqua:
 quod sunt in nobis motus et mutationes nove et corrumpunt anti-
 que: et alia multa incomentia ex hoc sequi videntur que **A**le-
 nus et Augustinus euadere non possunt qui dicunt his de cau-
 sis in anima esse tempus. **P**ropter quod respondet viri illustres in
 philosophia **A**vicenna: **A**leraxander: **T**hemistius: et **A**verrois: **T**heo-
 phrastus et **P**rotophyritus: quod tempus non est passio nisi vni⁹ mo-
 bilis per motum suum: et hoc est primum mobile: et hic mo-
 tus percipitur in omni motu sicut causa in suo effectu. **E**t non
 est necessaria in hac preceptione collatio effectus ad causam: quod
 quisquid est in effectu: hoc est a causa sine aduertentia et parti-
 cipat distincte sine non. **S**i enim motus celi non esset: non esset
 aliquis motus in inferioribus sicut in anima sive in alijs qui fa-
 cerent aliquam in inferioribus transmutationem. **E**t hoc igno-
 rant **A**lenus qui obicit contra **A**ristoteli qui dixit tempus esse
 mensuram motus celi: de his qui nati sunt sub terra et dete-
 ti ibi nunquam aliquid percipientes de motu celi quos dixit secundum
Aristoteli non debere percipere tempus. **E**t est erroneum dictum suum:
 quod illi percipiunt motum celi in effectu habituali: sed non coterant et
 referant effectum ad causam. **E**t ex hoc ulterius patet quod non propter il-
 la **A**leni objectionem cogimur dicere tempus esse in anima tantum.
Quod quidem igitur neque motus neque sine motu est tempus
 manifestum est ex predictis. **C**um igitur iam querimus quid est
 tempus secundum nomen et distinctionem operis incipere ab eo quod consideramus
 quid est motus: eo quod nos simile sentimus motum et tem-
 pus. **E**t namque si nos ponamus nos esse in tenebris: et nihil
 per corpus partiamur. **M**otus autem deprehenditur esse in anima
 per imaginationem et intellectum subito: hoc est statim cum ipso
 motu videtur et percipitur tempus quoddam etiam: at vero e converso cum
 tempus videtur fieri simul cum illo tempore videtur fieri aliquis
 motus: quod tempus necesse est esse alterum duorum. scilicet quod sit aut
 motus aut aliquid concomitantum motui: et quia ex predictis
 probatum est quod tempus non est motus: relinquatur quod tempus
 sit aliquid motus: hoc est punctum motus.

Cap. 5^m. De investiganda natura
 et distinctione temporis.



Consideremus

et distinctionem temporis: quoniam
 in spatio in quo est motus principalis qui prin-
 cipaliter motus est: et vocatur: et per quem motus
 tempus est mensura omnium motuum venit necessario ex quodam
 spatio in quodam secundum vbi et sitis renouatione: et illud est ma-
 gnitudo continua in qua est motus localis: oportet tamen mo-
 tum esse continuum: eo quod est renouatio loci continui: vel potius

Ergo id quod mo-
 netur: tunc poterit
 mus inuenire nomen

eo quod ipse est vbi fluens continue: et ideo continuitas motus lo-
 calis est a continuitate spatij in quo est motus. **C**ontinuitas
 autem aliorum motuum est a fluxu continuo illius: sicut in illo in
 quo est motus sicut quantitas vel qualitas. **C**um enim supra in
 tertio huius scilicet libro habitum sit de motu quod est exitus de po-
 tentia ad actum: et continue in potentia et actu existens: patet
 quod illa potentia que erit ad actum diuisibilis est in medio et in
 medietate medij: et in illius medietate consistat autem quod per se est
 diuisibile quantum esse: et ideo potest motus esse quantum: ut di-
 citur **A**lpharabius: et motus quod est in genere acceptus continue
 tem non habet a spatio: quod aliter omnis motus esset sicut spatium.
Sed motus in loco habet continue a duobus: quorum vnum
 est primum fluxus secundum vbi non interruptus: alter autem est primum
 non primum quod est continue a spatio: nisi enim esset spatium pri-
 mum non esset fluxus mobilis secundum vbi non interruptus: et sic patet
 quod motus localis sicut a continue primo continue a spatio: sicut autem
 a continue primo continue a spatio: sicut autem a continue primo continue a spatio
 pro quo est secundum vbi. **Q**uia autem motus sequitur tempus absque
 vno: oportet etiam quod tempus habeat continue a motu: sicut vult
Aristoteles. que hic precipue sequimur: huius sententie contradice-
 re videantur **A**vicenna et **A**lpharabius: quorum contradictionem
 postea ostendemus. **A**denus autem enim tempus motu: et motus
 tempore: quod quantum est motus tantum etiam videtur fieri tempus.
Quam autem sit continue motus et temporis et quo differant
 ab alijs continue posterius demonstrabimus: sed hic tamen vo-
 lumus investigare temporis distinctionem secundum peripateticos.
Quia igitur prima causa continue motus localis est a co-
 tinue a spatio. **S**i nos consideremus spatium loci ut diuisibile
 tunc inuenimus prius et posterius quantum ad vna prioris et
 posterioris: primum in loco: quod inuenimus quod nam pars est an-
 te et alia est post illam secundum positionem determinantem et distin-
 guunt partes magnitudinis. **E**t si subtiliter consideremus tunc
 pars prior et posterior dupliciter considerentur. **S**i enim con-
 siderentur secundum quod stant sub forma continue magnitudinis: tunc non
 habent adinuicem aliquam distinctionem et non numerant
 magnitudinem. **S**i autem considerentur secundum quod stant sub forma pri-
 oris et posterioris: tunc erunt in genere numeri cuiusdam: quod pri-
 us et posterioris nomina sunt numeralia: et sic sunt distincte
 partes ille adinuicem et numerant spatium: et oportet quod tunc sub
 diuersis accipiantur unitatibus ad minus secundum intellectum: et non
 intelligitur pars linee distincta a parte linee: nisi et vna et alia
 intelligantur esse iter duo puncta terminata iter que est linea par-
 tialis: ergo prior et posterior pars non distinguantur in spatio nisi
 si se per duo et duo puncta adinuicem distinguant. **C**eterum etiam
 modo nihil prohibet lineam continue cadere in diuersis ge-
 neribus continue et discreti: sicut etiam **E**uclides in 10^o geo-
 metrie sue agit de linea connumerabili supra quam cadit nu-
 merus: et hoc est primum fundamentum ex quo scitur natura et
 positus. **C**um igitur in magnitudine continua primum et vltimum est
 sicut diximus: necesse est etiam in motu esse prius et posteri-
 us proportionaliter his que sunt in spatio. **E**t si quis diligen-
 ter consideret necesse est etiam motum cadere in duplici genere.
Quia enim motus est non interruptus exitus de potentia
 ad actum in spatio continuo necesse est quod sit in genere conti-
 nuus. **Q**uod autem alia pars motus est prius que est in eo quod pri-
 us est in spatio: et alia posterior que est in eo quod posterior est
 in spatio. **N**on habet motus necessario prius et posterius que
 dupliciter considerantur sicut et partes spatij. **S**i enim consideran-
 tur prout sunt in toto sub forma continue motus non habebit
 adinuicem differentiam nec distinctionem et sunt in genere
 continue. **S**i autem considerentur stantia sub forma prioris et poste-
 rioris: tunc oportet quod vtraque sit vna in se et ab alia diuisa secundum
 super eas cadit forma numeri eo quod nomina numeralia sunt
 prius et posterius: oportet ergo quod vtraque accipiatur ut terminata
 duobus indivisibilibus motus que a quibusdam partibus vo-
 cantur momenta inter que indivisibilia est prior pars motus.
Inter alia autem duo est pars motus que est posterior: et sic pri-
 us et posterius in motu numerata numerant motum: et hoc est
 secundum fundamentum quo videtur **A**ristoteles ad investigandam na-
 turam temporis. **A**t vero et in tempore est prius et posterius propter id
 quod sequitur semper alterum ipsorum: tempus enim semper
 sequitur motum: et motus sequitur tempus: sicut res nume-
 rata suum numerum. **I**d autem prius et posterius quod diximus
 esse in motu est illud motus quod quidem cum aliquando est

Quas existes
 in maxima de-
 lectatione non
 percipiunt tempus.

Nota illustri-
 us pithetici
 copiam de
 tempore.

Nota Bale-
 ni errorem.

Ex. 1. c. 99

Ad op⁹ in lo-
 co a duobus
 continue.

Primum fun-
 damentum ad i-
 uestiganda te-
 poris nam.

101.52

101.52

Secundum funde-
 mentum.



tunc motus est. Quia sicut diximus in tertio libro superius motus est in eo quod fit. Et sic acceptus prius et posterius sunt partes continui motus et continua: tamen eorum esse finem quod sunt sub forma prioris et posterioris non est esse motus: quia sicut paulo ante diximus sunt discreta stantia sub forma numeri finem quod numerus est in forma nominum ordinatum et numeratum que sunt prius et posterius: sine primum et secundum. Si autem accipiamus sic prius et posterius in motu stantia id est forma numeri est aliquid forma numeri in ipsis: forma autem numeri sit in ipsis adherens: prout accipitur ipsis ut adherens verissima est natura temporis finem sapientiores peripatetici eos. Cum enim cognoscatur prius et posterius in motu hoc modo quo diximus et cognoscitur tempus: quia cum diffinitus motus hoc est partes motus intra fines suos que sunt motus ponimus determinantes prius et posterius in ipso motu: tunc diximus fieri tempus in perceptione nostra quando percipimus sensum vel experimentum prioris et posterioris in motu: quia nos tunc percipimus numerum in ipsis rebus numeratis. Determinamus autem tempus in accipiendo aliud et aliud nunc que sunt termini prioris et posterioris: et tunc accipimus etiam aliud et aliud medium ipsorum nunc: et tunc habebimus prius et posterius in tempore inter quatuor nunc accepta. Cum enim intelligimus altera extrema medij: ita quod medium aliud et aliud inter ea: et dicitur anima ipsa nunc sic esse duo: hoc quidem prius: et hoc posterius: tunc hoc verissime dicimus esse tempus: quia inter illa duo nunc est tempus. Determinato autem sit per divisionem ipso nunc statim videtur esse fieri tempus: superponatur ergo sic esse et fieri et percipi tempus. Quando autem non ponimus duo nunc: sed tanquam unum siue illud accipitur ut stans siue ut fluens et accipitur non divisum sicut prius et posterius in motu: hoc est quando accipitur ut stans: aut accipitur sicut idem prioris et posterioris altitudo: et hoc est quando accipitur ut idem fluens non divisum: tunc nullum tempus fieri videtur: quia etiam motus fieri non videtur. Si enim nos accipimus idem nunc non mouens se: et indistinctum accipitur: tunc est indistinctibile: cuius transitus non percipitur: et ideo non dividitur per partes. Auertis tamen dicitur quod si accipitur unum instans aut duo instantia simul inter que non ponimus prius et posterius: sicut dormientes faciunt non percipimus tempus: eo quod non percipimus partes motus: cum vero prius et posterius est per modum predictum: tunc dicimus esse tempus: ergo tempus est numerus motus finem prius et posterius motus: et in hac diffinitione est numerus motus quod totus est pro genere: quia diximus quod numerus prout haberet motum est genus temporis: et sicut forma adherens numeratis. Quia autem omnis numerus est sub unitatibus rerum que numerantur per ipsam: propter quod additur finem prius et posterius et intelligitur finem prius et posterius motus: quia unitates formales illorum constituent numerum qui vocatur tempus. Diffinitio ergo in qua nulla dubitatio est: ista est quod dicitur tempus est numerus motus acceptus a prioris et posterioris in motu existentibus. Et in hoc reprehensibilis est Themistius qui dicit quod tempus est numerus motus finem prius et posterius temporis: finem hoc enim esset circularis diffinitio: quia prius et posterius temporis diffiniuntur per tempus: et tempus etiam diffinitur per prius et posterius temporis. Patet igitur et predictis quod tempus non est motus: sed tempus est idem finem quod numerum habet motus.

Cap. 6^m. De probatione et explanatione dicte diffinitionis.



Modum autem Diffinitio data de tpe sit conueniens pbat p signa: qz passiones numeri tepus ponit circa motu: plus enim et minus in rebus iudicamus et discernimus numero gnat. Specialiter vero in motu dicimus pluraliter motu et minus p tempus mensurates. Numerus itaqz aliqz est tepus: cu at numerus realis sit duplex. s. formalis et multis. Modus at est res numerata finem actu: vel numerabilis finem potentia. Formalis autem est quo numeramus que sicut forma ponimus circa res nu-

eius vel oculi sanantur: que tamen sunt partes toti. Et
est in isto modo differentia: qa alia dispositio est que in par-
tibus paruis principaliter existens coafficit totūz corpus in
parte illa: sicut est egritudo que est in dente vel in digito eri-
stens: si vehemens sit coafficit totūz corpus: et ideo illo par-
uo mēbro sanato dicitur sanatus est corpus totūz. Est autē
aliqua dispositio que sic est in parte qd non coafficit totūz cor-
pus: et de illa non est veruz qd parte mota moueatur totum:
sicut si aliqua denigretur in dente: et tamen non sequitur qd
ipse fm se denigretur. Iste autēz modus qui attribuit to-
ti motus partis: lz reducatur ad motus per accidens: eo qd
non conuenit toti nisi gratia alterius que est pars: tamē qñ
medius est inter motus per se et motum per accidens: quia
conuenit euz vtroq;. Quis motus enīz per accidens conuenit:
qa conuenit gratia alterius. Quis motus autēz per se conue-
nit: quia pars cui conuenit motus diuidi potest a toto: et tñc
mouebitur per se. Aut etiaz tertio conuenit motus alicui
non in eo qd fm accidens pure moueatur: neq; in eo qd ipis
aliqua pars moueatur: sed potius in eo qd ipsum semper moue-
tur primuz hoc est per se: et hoc est qd vocamus fm seipis mo-
bile: sicut dicitur infirmus sanari: et graue moueri deorsū.
Et lz multi modi sunt eius qd est per accidens: tamē oēs
reducuntur ad duos dictos. Et nostre intentionis nō est
hic distinguere modos eius qd est per accidens: qd hoc spe-
ctat ad primuz pñm: et nos non querimus hic aliquid qd est
per accidens: nisi vt ostendamus species motus non accipi
penez ipsuz. Id autēz qd mouetur per se diuersificatur: qa
aliud est qd est per se mobile in vno motu: et aliud in quo vt
alterabile per se: aliud est ab eo qd est mobile fm locum: lz
per accidens forte sint idēz. Et in motu vnius generis pre-
dicamenti aliud et aliud est mobile fm diuersas species spā-
lissimas motus: sic ē alteratiōe aliud est qd p se est sanabile:
et aliud qd pp se ē calefactibile. In his autē trib; modis mo-
tus lz dixerimus vniū esse simplr et pure p accēs: et aliū eē sim-
plr et pure p se: et tertiuū eē mediuū: tñ ex hoc nolimus intel-
ligi qd sit inter per se et per accidens aliquid mediuū: sic nec
medius est inter substantiaz et accidens. Sed aliud est cum
considerantur res opposite que sunt substantia et accidēs: et
per se et per accidens: et aliud euz modi accidētis et modi sub-
stantie: et modi eius qd est per se: et modi eius qd est per ac-
cidens considerantur. In rebus enī nihil est mediuū. In mo-
dis autē accidentis et per accēs nihil prohibet aliqd esse vi-
cinius

eplo docto-
rio.

Solo ad ob-
iecta vno ad-
uerse.
Cū of nūc ē
de et itellaria
et mot? hic ē
notatur: aut
exemplaritas:
aut pcomitā-
tia. vide p b
cap. i. imedia-
te pcedens.

Lex. cō. pmi.

Documentū.

Adūte qd sit
disponēs ali-
quā coafficef
toriū s; illum
doctorē: qz nī
est idē qd dno
minaf totūz:
qz tñc peteret
pncipiū.
3 dē Cōmen-
tator hic.

Documentū
6. met. t. c. 4.
5. t. 6.

Documentū

Lz iter stas
et accēs nī sit
mediuz: tñ in
modis sbe et i
modis accēs
nīl. phibet ali-
quā mō me-
diū inuenire.

Tex. 2. cō. 2.

estus substantie: et in modis substantie nihil prohibet aliquid esse vicinus accidenti quod aliud: sicut diximus superius. Si autem ista tres differentie quod est per accidens pure: et quod est gratia partis: et quod est per se pure sunt in mobili: et in eo quod movetur: ita sunt etiam in mouente. Aliud enim est quod secundum accidens movetur. Aliud autem quod secundum partes in eo quod est aliquid pars movetur: aliud vero movetur per seipsum primum: hoc est essentialiter: ut medicus qui sanat per se. Quod autem manus percutit homo percutit gratia partis. Et cum medicus edificat est per accidens pure. Et quod sicut est in mouente et moto quod aliquid in omni motu per se est primum: hoc est primum et essentialiter mouens: et aliquid est quod est primum: hoc est primum et essentialiter: erit hec diversitas que dicta est esse in mouentibus et motis: etiam in alijs que circumstant motum. Quinque enim circumstant motus omnino. scilicet id quod movetur: et tempus in quo est motus: et ex quo: et in quod: que duo ultima duo sunt termini motus. Omnia enim motus est ex quodam: et in quodam: et id sicut alterum est quod primum: hoc est essentialiter movetur ab eo quod per accidens: secundum partes movetur: ita est alter ex quo vel in quod est per accidens: aut secundum partes. Sunt enim ista in motu sicut diximus: quia dicimus quod lignum est quod movetur: et frigidum ex quo movetur: et calidum est in quod movetur quando calefit lignum. Et ex hoc elidit error eorum qui dixerunt quod motus est in specie: sive forma sicut in subiecto: ita quod forma movetur. Ad motus enim calefactionis quando calefit lignum in ligno est: et non in specie calidi: quia aliud est id quod movetur: et aliud est ex quo et in quod est motus. Species enim que est finis motus: neque movetur: neque movetur: nisi forte dicimus quod movetur intentione efficiens: sicut forma et finis movetur: sed non movetur influendo motum materie que admodum movetur efficiens: unde est efficiens per se et essentialiter sit idem movetur cuius forma que est finis motus: nunquam est idem esse: ratio ipsa: et ideo species absque dubio non movetur: neque movetur sed quod ipsa est finis motus: sive id in quod est motus: et vero species formam substantiale: vel qualitative. Et locus etiam et quantum sed quod terminat motus in quos sunt motus non movetur: neque movetur. Sed ista sunt in omni motu per se mouens et quod per se movetur et in quod per se movetur: ex quo est per se motus: tunc motus magis essentialiter est constitutus et in quod est quod est in quo est: ideo denotat ab eo id quod est: et non ab eo ex quo est: sicut generatio dei denotata ab esse in quod est: et corruptio denotata a non esse in quod est. Et sic est de augmento et decremento: et omnibus alijs denotationibus motus specialiter denotatis: sicut de albedo: denigratio: calefactio: et refrigeratio: et sic de alijs omnibus. Causa autem eius est quod id ex quo est motus in motu abijcit: et ideo motum nec informat nec denotat. Id autem ad quod est motus acquiritur: et ideo informat motus et denotat ipsum. In tertio autem scilicet huius libro diximus sufficienter quod est motus. Sed quod hic volumus esse notum est quod species substantiales in quas sunt mutationes generationum: et passionum que sunt qualitates in quas alterantur que alterantur: et locus in quem movetur id quod movetur locali: sunt immobilia immobilitate negative dicta ita quod nullo modo possunt moveri per se sed per accidens solum: et qui dicit talia moveri non est loquendus cum eo in propriis: eo quod ipse negat motus principia que sunt diversa mobilia esse ab his in que est motus: et cum est immobilitas non esse motum. In fine autem motus ad quem movetur est: est immobilitas et privatio motus: et hoc est quod species acquisita est per motum: et tunc non est motus. Qui autem dicit talia moveri dicit tunc motum esse maxime cum illa sunt: et cum illa sunt est privatio motus: et sic dicit talis quod cum motus privatio est: quod tunc maxime est motus: et hec ista dicere: et ideo est talis non est loquendus: quia mente excidit: talia autem sunt scientia et color: et omnia talia ad que est motus. Cuius aliquid iam dubitavit super hoc versus passiones et passibiles qualitates sunt motus sicut albedo que est passio corporum alborum: eo quod infert eis passiones. Et sicut ratio sue dubitationis quod tales qualitates quasi continue variantur in corporibus in quibus est actio et passio: sicut sunt corpora physica inferiora. Et iste nesciunt quod subiectus est quod mutatur: et ex mutatione subiecti consequitur variatio talium passionum et formarum. Si enim diceretur qualitas talis mutatio: tunc oporteret etiam dicere quod mutatio est in mutatione: quia mutatio aliquando est in al-

Tex. 2. c. 3.

For* ut est finis motus non movetur nisi movetur. idem habet Themisti* in p[ri]mo loco.
Tex. 2. cō. 4.

Tex. 2. cō. 5.

Ad que dicitur cetera formaliter moveri non est disputandum in scientia naturali. videtur per illo tex. cō. 5. 4. m[er]ita.

bedines vel alias passiones: et hoc nos infra ostendemus et impossibile: et ideo dicimus quod albedo non est motus alterationis: sed albedo. Quod ergo sicut diximus sunt duo termini motus ex quo et in quod absque dubio etiam in illis est distinctio predicta. scilicet per accidens: et gratia partis: et per seipsum: et primo sive essentialiter. Sed nos non distinguemus hic nisi in eo in quod est motus: quia hoc dat species motui: et non distinguemus ea in termino ex quo est motus: quia superfluum est a nostra intentione: cum abijciatur a motu et nullam det motui species vel notiones. In eo autem quod sit album sunt ista tria. Id enim quod sit album dicimus mutari in id quod intelligit eo quod accidit albedines intelligi: et hoc est per accidens pure: eo quod intelligibile sed quod huiusmodi non est terminus motus: sed potius a motu et materia separatur per intellectus. Dicitur autem in coloribus mutari gratia partis: quia pars coloris est album. Et in loci mutatione dicitur aliquid moveri in Europam: quia pars Europe sunt Athenae: vel in Germaniam: quia pars Germanie est Colonia. In album autem coloribus per se mutari dicitur. Ista igitur inveniuntur in mobili et in mouente et in moto: et in eo ad quod est motus: que essentialia sunt motui. Tempus enim causatur a motu: et ideo cum que rimus de speciebus motus non est necessarius ut de ipso ponamus distinctiones: sed etiam ista tria sunt in ipso: quia est motus in tempore terminato: et in anno: et in parte anni. Sed quia movens per hoc quod in specie convenit cum ipso in quod est motus aliquid facit ad species motus cognoscendas propter hoc locutionem fecimus de ipso: sed extrinsecus motui. Intrinsicas autem essentialia sunt id quod est materiale: ut mobile: id quod est formale: ut id in quod est motus. Et ideo ad cognoscendum species motus sufficit in his tribus consideratio distinctionis prehabite. Ad manifestum est igitur ex predictis quod quidem aliquid per se movetur: et quomodo quidem secundum accidens: et quomodo sed aliud: sive gratia partis: et qualiter ipsum primum quod essentialiter est et in mouente: et in eo quod movetur. Et manifestum est quod motus sicut in subiecto non est in specie ad quas est motus quecumque sit illa: sed est sicut in subiecto in eo quod movetur: et hoc est esse motus ut in subiecto immobili quod actus sit: quia actus mobilis in quantum mobile est motus: ut in tertio libro est declaratum. Ad mutationem quidem igitur que est per accidens dimittatur: quia in omnibus est generibus et est semper: eo quod infinitas habet causas: et continue est: quia una earum terminatur ad alias: qui enim factus est albus: factus est filius alicui et dissimilis alicui: et forte dicitur: et sic est in alijs mutationibus: eo quod mutatio per accidens modis multis fit: et non ad arte redigibilis. Illa vero que non est secundum accidens: ita est per se et non est in omnibus generibus: nec in omnibus speciebus generum: sed est in contrariis tantum: et in medijs contrariis: et in contradictione et huiusmodi fides et probatio est ex inductione motus: quia generatio et corruptio et alteratio et alie mutationes hoc modo habent fieri. Id enim quod mutat id quod movetur ex medio mutat ipsum et eo sicut ex contrario: quia nos supra ostendimus quod medium contrarium non est sicut subiecta natura medium: sed potius sicut id quod habitualiter habet aliquid de utroque contrario: et ideo mutans ex ipso videtur ipso sicut contrario ad utrumque: quia medium quodammodo est ultima et extrema: per hoc quod participat aliquid de utroque: et ideo extrema comparata ad medium: et ipsum comparatum ad extrema dicuntur contraria: sicut vox media dicitur gravis que comparatur ad vltimas in subtilitate: sive in acumine: et dicitur acuta et subtilis quando comparatur ad extremum in acumine sive subtilitate: et sicut fuscus dicitur albus quando comparatur ad nigrum et idem dicitur nigrum quando comparatur ad album. In talibus ergo contradictionibus et medijs species mutationum que sunt per se species motus inquiremus.

Cap. 2. De divisione ex qua sumuntur prima genera mutationum.



Determinatio videamus que mutationis sit motus: et que non sit motus earum quas per se esse diximus. Sumemus autem principium huius investigationis a divisione eorum inter que est mutatio omnis. Quod enim mutatio omnis sit ex quodam et in quodam: et vltimum nomen ma-

Nota que casus motor sit causa extrinseca: sic ipse de ipso philosophus fecit partitionem: non autem de ipse.

Tex. 2. cō. 6.

De ista iter medium potest nomen et forma: videtur ad. per philosophum. cō. 56.

Tex. 2. cō. 7.

nifestat mutationis. In omni enīz mutatione est aliqd post aliud qd fuit ante. Adhōnstrat enīz mutatio per hoc qd dicit transitū ab vno in aliud vni esse prius ex quo est: et aliud eē posterius in qd: siue ad qd est. Quādiu enim res manet in dispositione vna non mutatur. Sed tunc mutari dicitur quādo fuit ab vno in aliud: siue fm formas: siue fm locū mutetur. Adhōnstrat ergo siue mouens mutabit id qd mutat quā d ripharie eo qd duo termini inter quos est motus: quatuor: modis possunt cōparari et cōbinari. Adhōnstratio enīz inter duos terminos affirmatiue sumptos: sicut que est ex subiecto in subiectū. Aut inter duos negatiue sumptos: sicut si esset ex non subiecto in non subiectū. Aut inter duos quorum vnum subijctur affirmatiue et alter negatiue: et hoc dupliciter. Aut prior est affirmatiue et posterior negatiue: sicut est in mutatione que est ex subiecto in non subiectū. Aut prior quidē negatiue et posterior affirmatiue: sicut illa que est non subiecto in subiectū. Ego enīz voco hic subiectum qd affirmatiue monstratur: hoc autēz est ens cōpletum per formas ipotatas in predicato affirmatiue propositionis que est de ipso: sicut eius dicitur hoc est hō et hoc est asinus: et hoc est ens in se cōpletum qd iam aliud ens qd est accidens potest recipere in seipsū: et per hoc dare ei esse. Tale autēz ens non est materia pura: qd de illa nulla est affirmatio que vere habeat rationes affirmatiue: qd cū dicitur materia est materia non seruatur tibi habitudo subiecti ad predicatū: hō modus aliquis illius sit tibi: et ideo etiāz ex tali affirmatione non potest inferri materiaz simpliciter esse: qd non sequitur qd si materia est materia qd materia simpliciter sit: quia qd simpliciter est actu est. Adhōnstrat autēz in potētia est tibi. Sicut autēz materia in se considerata non mensuratur affirmatione: neqz est subiectū fm qd hic loquimur de subiecto: sic neqz materia stans sub priuatione subiectū est: qd a priuatione non habet entitatez materia: sed potius ex ipsa est non ens: et ideo neqz materia fm se: nec materia substantiatiōni est subiectū hoc modo quo hic loquimur de subiecto. Alia autēz ratione fm quāz subiectū dicitur id qd habet subsistere primo formis materia sola subiectū est: hō hoc modo non loquimur hic de subiecto. C Sumamus igitur diuisiones habitūz ex compositione duorum terminorum mutationis adinicez: qd ex numero partūz illius diuisionis necesse est crescere species et genera mutationum. Erūt igitur genera mutationum tria per ea que dicta sunt: quia oppositio non inuenitur nisi tribus mēbris prehabite diuisionis ex subiecto in subiectū: et ex subiecto in nō subiectū: et ex non subiecto in subiectū. Qd enīz est ex nō subiecto in non subiectū non potest facere genus mutationis: eo qd in terminis illis sic adinicez cōparatis: non est cōparatio per opposita in situ terminorum. Non subiectū est ad nō subiectū non opponitur: neqz contrarie: neqz cōtradictorie: eo qd non ens non opponitur nō enti: sed ens enti potest opponi cōtradictorie. Non ens autēz enti cōtradictorie opponitur: vel fm habitūz: vel fm priuationez. Cuz igitur omnis mutatio inter opposita sit: sicut nos determinauimus in libro primo scientie huius non potest esse mutatio aliqua inter non subiectū et non subiectū. Sine enīz inter non subiectū dicat negationez purāz: siue relinquat potētiāz solam: siue potētiāz cūz priuatione: nunqz facit oppositum ad non subiectū: quoniam nec non ens opponitur non enti: nec potētia potētie: nec priuatio priuationi. Est autēz sciendūz qd transmutatio que est de subiecto in subiectū non est inter opposita fm modūz: quia non est modus oppositionis aliquis inter subiectū et subiectū. Est autēz inter opposita que subijciuntur terminis illis: quia contraria ambo sunt actu: et ita utrūqz relinquit subiectū: propter qd quantūz ad ea que supponit illud mēbrūz diuisionis mutationūz constituit mutationez: que tamen mutatio etiāz reductur ad hāc que est de non subiecto ad subiectū: vel econuerso: et sic duo sunt membra prima istius diuisionis. Qd qualiter fiat intelligendum est qd cum dicitur non subiectū negatio potest dicere negationez purāz vel consequentem ex quadam affirmatione: et siquidēz dicit puram: tunc est absoluta negatio eius qd est in actu: sicut est non ens qd subijctur generatio nī. Si autēz dicit consequentem ex affirmatione negationez tunc relinquit subiectū informatūz fm actum qd ppter op

positionem quā habet ad aliud negatur ab ipso: et est prius / tio ipsius sicut dicitur nigrūz non album: et non bonum dicitur / tur malum. Est ergo prehabita diuissio talis qd mutatio: aut est de non subiecto ad subiectū: vel econuerso de subie / cto ad non subiectū: et non subiectū est duplex. s. simpliciter et fm quid: tunc illa que est de non subiecto ad subiectum: vel econuerso est duplex: qd aut est de non subiecto vere ad sub / lectum vere: vel econuerso: vel est de non subiecto fm quid ad subiectum fm quid: vel econuerso: nulla autēz potest eē de non subiecto vere ad formam accidentis: quia materia que est non subiectum vere non est susceptibilis forme accidentis nisi prius receperit formam substantialem: eo qd eē accidentis a substantia composita causatur: et in ipsa: sicut alibi habet probari: et ideo nulla mutatio potest esse de non ente simpliciter ad ens fm quid: vel econuerso. Patet igit qd ex predicta diuisione non crescunt nisi tria mutationūz genera. Illa igitur que est ex non subiecto in subiectū est in cōtradictionis modo: eo qd sui termini modum seruant oppositionis cōtradictorie: et illa dicitur generatio. Est propter causas quāz dirimus diuiditur in duas. Alia enīz est generatio simpliciter: et siue determinatione et simpliciter: qd est eius qd simpliciter. Alia vō est generatio quedam: siue fm quid: et est cuiusdam: hoc est fm quid entis: et nō in eo qd est simpliciter: sicut generatio que est ex non albo in album generatio dicitur fm quid: siue quedam et cuiusdam: et non simpliciter entis. Illa vō generatio que est ex non esse quod nō est: hoc est qd fm substantiam non actu existens: quia hoc simpliciter non est: et est in substantiam actu existentem est generatio simpliciter vel fieri vel non fieri: qd quando aliquid simpliciter fieri vel non fieri dicimus: hoc dicimus fm substantiam. Adhōnstratio autēz que est ex subiecto in non subiectū est corruptio et absolute et simpliciter corruptio: que cum est ex subiecto fm actum existentem non esse qd simpliciter non esse dicitur: eo qd non habet actū substantiam. Illa vō que est corruptio quedam cuiusdam et fm quid: est illa que est in oppositam negationem illi generationi que fuit dicta esse fm quid qd fuit in id qd est fm quid: siue fm accidens.

De probatione qd generatio et corruptio nō sunt motus sed mutationes solum fm fines earum.

Habitis procedamus ad determinandum vtrū oēs iste mutationes motus sunt vel non sunt. Hoc autēz inueniemus de facili distinguendo qd id qd non est: siue non ens dicitur multipliciter: et sufficit hic nobis tres modi quibus diuificatur non ens. Est enīz non ens per compositionem et diuisionem quando componuntur ea que habent diuidi: sicut cum dico homo est asinus vel chimera vel hircoceraus: vel diuiduntur ea que habent componi: sicut cū dicitur homo non est animal et huiusmodi: et hec sunt absolute vel omnino: et ideo non conuenit tale non ens moueri omnino: quia qd nihil est non subijctur motui vel mutationi. Alio autēz modo dicitur non ens qd non actu est ens demonstratus: sicut sunt omnia entia que perfecta sunt in natura: et de quibus contingit dicere vere quoniam sunt: et hoc est ens potētia materie solum qd modum oppositio nis habet ad id qd est actu per formam: et de hoc etiam probabimus quoniam non mouetur eo qd motui subijcti non potest. Tertio autēz modo dicitur non ens per accidens: quia videlicet non est per accidens illud cuius priuatio significatur in ipso: fm quāz etiam priuationem dicitur et significatur vt non ens: sicut dicitur non ens non bonum et non album: et hoc non ens conuenit moueri: eo qd illud non est ens simpliciter quidem est: et fm accidens non est: vt homo est non album: et ideo illud moueri potest. Illud igitur non ens qd simpliciter non est: eo qd fm actūz non est. Simpliciter enim esse et fm actum esse non conuenit moueri. Cuius duas rationes dat Aristo. et Auerro. et Aucēna assignat tertiam. Ego autēz apponam et quartam et quintā et sextā. Cūna igitur quāz dat Aristo. hec est: qd dicit qd impossibile est tale non ens moueri: et ideo impossibile est etiam generationem motum esse: quia si moueatur tunc mouebitur qd simpliciter non est. Cum enīz dicitur aliquid fieri fm generationez: oportet qd illud quod fit non sit simpliciter et fm substantiam.

Eū dē mā d mā nō seruā tibi habitudo. Sit ad prius: qd credo do ctore dicitur pp dēn. Eō mētatoris. i. m. c. e. t. q. vbi hō qd mā nō hō nām rei vīs predicabit de plib: et atten de qd dīa est opō pderipa th: ticoz iter pdicationem nālē: et iter ve rā pdicatio nālē nōllī. Nota multi plicitatē sibi.

Docu pul. epum.

Est velle mul. li accis fun. dari i mā: qd nō dicitur ad. nerfol i pēa. de sba orbis.

Et. cō. d.

Nota sex rō. nō p qd estē. dif nō ens in actu nō posse p se moueri.

substantia. Si enim in generatione secundum quod est non ens secundum quod de quo verum est dicere quod ipsum est simpliciter: oportet quod in eo quod simpliciter est generatio sit non ens simpliciter: de quo nullo modo verum est dicere quod ipsum est ens. Unde de eo quod simpliciter sit: hoc est de eo quod simpliciter generatur verum est dicere quod ipsum simpliciter est quod non ens est simpliciter. Idem autem contingit si dicatur non ens simpliciter quiescere: quod non ens non opponitur nisi motui: et ideo quod non contingit moveri non contingit quiescere. Hec igitur sunt inconuenientia que contingunt si dicatur non ens moveri: et si dicatur quiescere. Si quod simpliciter illud quod non est mouetur: et quod illud quod simpliciter non est quiescit: et hoc ideo est inconueniens: quod non ens non est motus: neque quies: sicut per se manifestum est. Sed hec ratio amplius declarabitur inferius: ubi duorum philosophorum Avicene et Averrois adiungetur: que quasi dicunt causam propter quod non ens moueri non poterit: neque quiescere. Secunda autem ratio est eiusdem Aristotelem qui dicit quod omne quod mouetur est in loco aliquo: cum ipsum sit quantum corpus. Quod autem simpliciter non est ens in nullo loco est: quod tale non ens non est nisi in potentia materie: et gratia materie simpliciter non debetur corporibus locus. Nullus signus est quod materia secundum quod altera pars est essentialiter componens corpus: est in omni corpore in quocumque loco sit. Et ideo quod non est simpliciter non in loco est alibi siue in aliquo loco: et sic eius quod est non ens simpliciter est potentia: esset aliquis locus particularis: sequeretur ex illo quod potentia ad ens: et ad non ens simpliciter saluaretur in aliquo loco: et corrupteretur extra locum aliquando existens: quod est inconueniens: cum materia sit incorruptibilis et ingenerata: sicut habitus est supra in primo libro scientie huius. Sic ergo due sunt cause quare non ens simpliciter non mouetur. Una quod non potest tale non ens motui subijci sicut mobile. Alia autem quod non est in loco. Et causa huius est: quod motui non potest subijci tale non ens absque dubio: quia si motui subijceretur sicut dicitur Avicenna et Averrois oportet quod aut gratia materie in quantum substantia quedam est motui subijceretur: aut gratia priuationis que est in ipsa. Quid sit autem quod non potest subijci motui gratia simpliciter in quantum substantia quedam est ex omnibus que sufficienter dicta sunt in fine primi libri ubi agitur de principijs mutationis et motus: et insuper quia omnis motus continuus est et diuisibilis: et sic oportet habere medium et extrema. Inter materia autem et formam nihil est medium: et ideo nullus potest esse motus unius ad alteram. Si autem diceretur quod subijciatur motui gratia priuationis que est in ipsa: hoc iterum esse non potest: quia priuatio vel est in ipsa: et per priuationem materia dicitur non ens: et sic sequeretur quod gratia non ens: et in quantum est non ens simpliciter esset aliquid subiecti motui: ergo ulterius cum motui subiectum sit simpliciter subiectum: oportet quod in quantum est non ens simpliciter esset: quod est absurdum. Si autem dicatur quod priuatio relinquit aptitudinem formalem ad actum: et gratia illius supponitur motui: hoc iterum esse non potest: cum aptitudo illa sit essentialiter forma substantialis: que simpliciter est et indiuisibilis. Quod autem simplex est et indiuisibile non potest intercipi ut secundum partem et partem habeatur. In omni autem motu existit hoc quod ubi vel forma habita per motum secundum partem habeatur: ut dictum est in tertio scientie huius: et ideo generatio non est motus: sed finis motus: ut dictum est superius. Si autem generatio non est motus: neque corruptio erit motus per eandem rationem. Id enim quod contrariatur motui large sumpto contrario ut sub se comprehendat: et oppositionem contrariorum habitus et priuationis: oportet esse motum aut quietem: et ideo cum oppositorum idem sit genus: et generatio que opponitur corruptioni non sit in genere motus: sed mutationis simpliciter: non erit corruptio in genere motus. Ecce ad ratum extenduntur verba philosophorum decessorum nostrorum in scientia peripateticorum. Quibus autem quarta ratio est: quod cum omnis motus sit actus imperfectus successiuus: sicut in tertio probatum est indiget ipse subiecto quod per motum deuenit ab uno in aliud continue. Si ergo materia simplex subijceretur motui oportet necesse est quod ipsa per motum continue ueniret ab uno in aliud: ergo aut ab una materia in aliam: aut ab una forma in aliam. Constat autem quod non potest deuenire ab una materia in aliam: cum non sit nisi unum huiusmodi quod subijciatur ge-

nerationi simpliciter. Si autem deuenit ab una forma in aliam tunc est in una forma et alia: ergo fuit actu ens et non materia simpliciter: que simpliciter est non ens: et hoc est contra hypotheseos: et hec forte fuit ratio que precipue mouit Aristotelem ad istam subtilem considerationem. Quinta ratio est quoniam si materia ens in potentia tibi subijceretur motui et sufficiens esset ad hoc: tunc cum natura operetur per minima non quereretur aliud subiectum motus. Querit autem aliud sicut constat ad visum: ergo ipsa per se non potuit esse subiectum. Sexta autem ratio est eiusdem: quoniam materia susceptibilis est forme: subito non interueniente tempore. Si ergo talis materia subijceretur motui opereretur quod omnis motus esset subito quod falsum est. Et ideo etiam diuini sapientes dicunt quod cum materia esset creata que subito receptibilis est forme substantialis quod creator: omnium formis eam informauit subito: et sic creauit omnia simul: sicut aer ad oppositionem rectam luminaris ubi quocumque sit simul recipit lumen. Cum autem dico generationem et corruptionem non esse motus: intelligo quod nomen nec conuenit ei uniuoce: nec per prius et posterius. Et quod quidem uniuoce non conuenit ei satis patet ex dictis. Quod autem non conueniat ei per prius et posterius ex hoc declaratur: quia quicquid per prius et posterius conuenit aliquid: id primo conuenit uniuoce et alij per comparisonem ad illud. Ad motum autem nomen et ratio: nec conuenit generationi primo: nec in comparatione ad aliquem motum: et ideo nullo modo est motus: sed mutatio simplex vel finis motus: sicut in precedentibus dictum est: habent se tamen motus et mutatio sicut inferius et superius: quia omnis motus mutatio quedam est: sed non conuertitur quod omnis mutatio sit motus. Dictum autem est quod mutationes secundum diuisionem superius habitam sunt tres. Primum autem trium ille que sunt secundum generationem et corruptionem non sunt motus: sicut nunc est declaratum: quia ille sit secundum contradictionem que non habet medium per quod sit motus: ergo relinquitur quod mutatio illa que est de subiecto in subiectum sit motus tamen: ergo est de affirmatiue significato in id quod oppositum est illi affirmatiue significato. Duo autem affirmatiue significata opposita sunt duobus modis: scilicet secundum oppositionem contrariorum: et secundum oppositionem priuationis et habitus: et ideo cum dicimus motum esse de subiecto ad subiectum summum subiectum in communi pro contrariis et oppositis secundum priuationem et habitum et uocamus utrumque illorum contrarium in communi: et ideo subiecta dicimus contraria: et media inter contraria que comparata extremis contraria sunt. Priuatio enim in communi ponitur pro contrario: quia affirmatiue monstratur designari ut nudum et album et nigrum. Sicut enim nudum ad uestitum: priuatio est affirmatiue designata: et cecum ad uidens: ita priuatio albi est nigrum secundum aliquem modum quem supra determinauimus. Eo autem modo quo cecum et nudum dicuntur priuationes affirmatiue designate non differunt subiectum a non subiecto ex quo est generatio: quia nudum et cecum non ponunt formas oppositas: sed materiam tamen: dicunt tamen aptitudinem ad formam: et ideo si talis priuatio significetur respectu forme substantialis ex ipsa erit generatio: non motus: sed affirmatiue designatur.

Cap. 4. Quod in substantia non potest esse vere motus: in quo est digressio que et quor eriguntur ad vere contraria.



Igitur sufficienter predicamenta diuisa sunt quando diuiduntur in substantiam: et quantitatem: et qualitatem: et ubi: et quando: et ad aliquid: et facere: et pati: et situm: et habere: tunc necesse est motus esse tres secundum genera: scilicet motum qualitatis: et motum quantitatis: et motum ubi locum. In alijs enim non est motus: sed in istis tamen. Sicut enim quidam dixerunt philosophorum motus dupliciter consideratur. Aut scilicet secundum quod est ubi: vel forma fluens. Aut secundum modum sue redemptionis in subiecto. Et primo quidem modo est in eodem predicamento cum forma non fluente: vel cum ubi non fluente: et hoc modo motus est in tribus predicamentis. Secundo autem modo motus est in predicamento passionis solum: et quod omnis forma consideratur ut fluens vel ut acta.

2^o r^o Aristo.

3^o r^o Auicene et Aver.

Nota secundum Albertum quod aptitudo qua relinquit priuationem in materia est essentialiter forma substantialis.

4^o r^o docto.

5^o eiusdem

6^o r^o ad id.

Homem motum non uenit uniuoce neque per comparationem ad aliud generationi et corruptioni: et hoc est huiusmodi.

Ex. c. 9.

Ex. c. 9.

Et si vt fides hiderat tunc est cu tempore. Et si hiderat vt ge- ta tunc est sine tempore: ideo principales partes orationis apd omne genus: idiomatis sunt nome & verbu: & hec videtur esse Alpharabij & Aule. sententia. Quidam tñ alij nō pcesserūt q̄ forma fluens vt fluens caderet in predicamento sicut sub predicamento p̄tentū: t̄ illi dixerunt q̄ motus est via in p̄dicamento: ideo reducitur ad ipsum: sicut ire ad calorem est calor: & ire ad substantiā est substantia quodāmodo. Et alij dixerunt q̄ motus absq̄ dubio nō est in passione fm q̄ ponitur in tribus generibus: hoc est ratione terminor̄ motus: & non ratione essentie motus. C̄ Auerois aut̄ videtur velle q̄ duplex est p̄sideratio motus. s̄ fm suā materiaz: hoc est fm q̄ est rō in qua est motus: que est q̄litas: vel vbi: vel quātitas: & sic est in genere illius rei ad quaz est motus: fm formam autem p̄sideratur: hoc est fm q̄ est trāsmutatio cō- iuncta cum tempore est in predicamento passionis: quia sic est in eo q̄b̄ mouetur a mouente: & non in agente. De hoc at̄ plura disputata sunt in tertio libro scientie huius. Diuisio predicto modo predicamenti ostendimus impossibile esse q̄ motus sit in aliquo aliozū nisi in p̄nomnatis tribus tm̄. C̄ Dicimus igitur q̄ fm substantiam non est motus eo q̄ substantie non est aliquid contrarium. Omnis autem motus est inter contraria: media: ergo nullus motus est in substantia. C̄ Nec intelligimus hoc sicut dixit Alexan. gre- cus: q̄ substantia cōposita non habeat p̄trariuz: sed potius quia formaliter contrarietas non est in substantia: ita q̄ ille p̄trarie forme sint substantie: q̄ aliter ex hoc q̄b̄ diximus p̄- bare non possemus q̄ in substantia non est motus. Id̄ enī quod mutationi subicitur in substantia in potentia est ens q̄b̄ est non ens simpliciter. Omne autem quod mouetur est ens actū: quemadmodum in precedenti capitulo est dictus. Nec obstat hoc q̄b̄ Arist. dicit in libro 2^o perigeneseos: q̄ ignis & aqua sunt p̄traria: cum tamen ignis & aqua sint sub- stantie. Ignis enī & aqua non sunt contraria: vt ipse Arist. in primo perigeneseos innuit nisi ratione qualitarum suaz: propterea q̄b̄ ipse dicit ignem fm q̄ est substantia nihil age- re cum prime qualitates sint qualitates & accidentia in mir- tis non possunt esse substantie in elementis: quia impossibi- le est q̄ id̄ q̄b̄ est accidens in vno: sit substantia in altero: & ideo sunt qualitates: & non substantie elementor̄: verumta- men sunt qualitates p̄trarie elementor̄ & naturales ipsi & in separabiles: & ideo sunt signa formaz substantialem in ele- mentis: & in diffinitione eor̄ ponuntur loco formarū sub- stantialem. Et diuisio elementorū penes ipsas: vt sunt signa substantialem formarū accipitur. De hoc autē plu- ra habent dici in libro perigeneseos. C̄ Scias autē q̄ lz̄ be- ne sequatur q̄ si in substantia non est contrarietas q̄ nō est in substantia motus: non tamen sequitur si est contrarietas in substantia vel in alio genere q̄ sit in substantia vel in alio genere motus: & in hac p̄sequencia deceptus fuit Themis- tius grecus. Non enim supra ostendimus q̄ in substantia est contrarietas quedam sicut in omni genere vno est con- trarietas: quia si large sumatur contrarium tunc compre- hendit oppositio p̄trarioz sub se oppositioē priuationis & habitus: cum priuatio affirmatiue designatur: sed inter ta- lia contraria non est motus: sed mutatio simplex. C̄ Ad hoc autem aduertendum est q̄b̄ superius diximus cōtraria du- pliciter accipi. s̄ simpliciter & fm se prout sunt qualitates pu- re & fm q̄ habent in se virtutem formarū substantialem in quaz sunt substantijs: & ideo calor hominis aliter agit q̄ ca- lor naturalis ignis: & sic est in omnibus substantijs. In hac enim duplici acceptione non accipimus hec contraria: sed contraria hic vocamus vere p̄traria. C̄ Ad vere autem cō- traria quatuor eriguntur. p̄rimū quidem est q̄ sint agētia in se inuicem vel patientia: vel per se: vel per alia que sunt p̄traria ipsi. p̄der se quidē sicut qualitates prime. p̄der alia ab ipsi sicut qualitates secunde create ab ipsi que dicun- tur prime. C̄ Secundum autem est q̄ sint forme non simpli- ceter simplices: sed multiplicare in materia multiplicata: & diminuate in subiecto diminuto: sicut sunt omnes forme cor- porales. Calor enim maior est in maiorē calido: & minor in minorē: si id̄ sit proprium subiectum eius sicut nos dicemus in fine octauū libri huius scientie. C̄ Tertium autē est q̄ oia contraria habeant medium per quod sit motus: & hoc qui-

dem necessarium estimo: quia in omni motu est processus ab vno in aliud: & quando p̄cessus ille relinquit vnū: accipit aliud continue plus & plus: & ita oportet q̄ medius sit in- ter extrema motus. Et si forte aliquis obijciat q̄ etiam in qualitatibus contrarijs quedam sunt immediata: sicut sanus & egrus: & vt quidam dixerunt calidum & frigidum. Dico ad hoc q̄ contraria immediata non sunt ex hoc immedia- ta q̄ sunt p̄traria: sed quia causantur a priuatione & habitu sicut sanus & egrus. Inter calidū autē & frigidum media sunt multa: vt tepidū aliq̄. Et si ad hoc mihi obijciatur q̄ Bri- sto. dicit illa esse immediata: dico dupliciter accipi contra- ria. s̄ fm intentiones suas: & fm suum esse. Et si accipiantur fm intentiones suas: hoc est fm q̄ sunt forme in se non re- late ad esse quod habent in subiecto. Quedam sunt forme miscibiles sicut fm actum suum formalem: hoc est per hoc q̄ agit eas in formali esse suo. Et quedam non sunt tali- ter miscibiles forme. Illa autē contraria que sunt forme mi- scibiles modo quo dictum est habent media sicut album & nigrum: q̄ lux que agit colores miscet extrema medijs colo- ribus: & sicut est in acuto & graui sono & in saporibus: & odo- ribus similiter: & in alijs multis p̄trarijs. Si autē nō sūt for- me miscibiles: sed vincētes se mutuo in proprijs subiectis: tūc nō habēt mediū: sicut calidū & frigidū: & hoc cōuenit p̄- p̄ter vehemētiāz sue actionis que semper vincere querit: aut vincit. Si autē vere contraria fm se p̄siderant: tūc absq̄ dubio omnia habent media: quia nunq̄ est processus ab ex- tremo ad extremū nisi per media multa que in esse sunt in substantia motus: sed media ista sunt in potentia que pro- cedit continue ad actum fm exigētiāz motus: q̄ videlicet motus est actus eius q̄b̄ est in potentia. C̄ Quartū autem sequitur ex primo. s̄ q̄ mutuo se expellunt ab eodē suscepti- bili expulsiōe propria: & non per formam alienam. Hoc at̄ dico q̄ propria actione agat expulsiōnem suaz: q̄ forme sub- stantiales diuerse non sunt simul in eodē susceptibili: s̄ ex- pulsiō eaz non fit mediante actione ipsaz: s̄ potius p̄ actio- nē p̄trariāz qualitatū: sicut diximus in alijs locis. Manife- stū est autē q̄ nullū horū quatuor p̄uenit formis substantialem: quia ille neq̄ agunt: neq̄ patiuntur ab inuicem: & ideo vna substantia posita iuxta aliā nō mutabit eā nisi per qua- litates primas vel secundas que sunt in ipsa. Forme etiam substantiales sunt simpliciter simplices sine quantitate: nec maiores in maiori parte materie sue: nec minores in mino- ri: nec habent mediū per q̄b̄ sit motus ad extremū ipsuz: q̄ aliter intenderent & remitterent. Et ideo generatio & cor- ruptio sunt imediata per modū p̄tradictionis opposita: nec propria actione etiā ducunt & expellunt a proprio susceptibi- li: & ideo nō sunt p̄traria vere loquendo de nō p̄trario. C̄ Sūt igitur in vniuerso due cause in cōmuni quare in suba nō est motus: sed mutatio simplex quaz vna est defectus mobi- lis: q̄ sicut diximus superius mā que est in potētia ad formaz substantialem nō est mobilis. Altera at̄ est defectus extremor̄ & medior̄ que requirit motus vt sit inter ipsa que sunt p̄traria & media: quoz quodlibet sit habitus & forma.

Ter. 2. c. 9. Quer. opinio

Mora q̄o in telligat di- tū Quer. in hoc loco: videlz q̄ mor? fm for- mā est in p̄di- ca memo pas- sionis. 3. Cō. 10.

Idē Cōmē. hic & in 8^o me- ta. c. 5. Documentū

Cōtraria du- p̄r accipi p̄nt absolute & vt p̄nt p̄trarie for- maz subaliū.

Admonet q̄ liter ad vere p̄ria q̄tuor cō- ditioes req̄- runtur.

Due sūt cāe in vlt̄ q̄re in substantia non sit motus. vt sup̄ obit̄ dicitur sup̄ illud in motu cō- ditionū sui

Cap. 5^m. De probatone q̄ in ad aliquid non est motus p se: sed per accidens.

Sed neq̄ in ad aliquid est motus nisi p accidēs. Quorūcūq̄ enim accidit fieri mutationes fm formā aliquā nihil mutato eo q̄b̄ mutari dicitur illa nō mouent per se: sed per accēs. Sicut autē accidit in ad aliquid. Cum enim coriscus dexter sit colūne transeunte corisco in sinistro: efficit colūna sinistra nihil mutata colūna: ergo variatio forme ad aliq̄d que fit circa colūnam a dextro in sinistrū per accidens fit: q̄ fit motu alio quodā. Sed & in eo q̄b̄ mouet mot? fit p̄ accēs in forma relationis: q̄ coriscus non efficit sinistrē nisi p̄ motū locale a dextro in sinistrū: ergo variatio formarū fm quas dicitur ad aliquid causat ex alio motu p̄ accidēs: ergo fit talis motus. p̄der accēs autē motū diuisim? olim eo q̄ in oib? est: & determinari per artē non poterit. Ad hoc at̄ sunt alie cause. s̄ quia opposita relatiue in vno non sunt. Ea autē inter que essentialr̄ est motus sunt in vno eodē susceptibili. C̄ Ad hoc

Ter. 2. c. 10.

aut q: simul sunt opposita relative: et posita se ponunt: et perempta se perimunt. Ea vero iter que est motus non simul sunt: et si ponit unum eorum alter destruit: et econverso. Adhuc autem quod simplices forme sunt que ducunt ad aliquid medium non habentes: sicut per se videtur in non eorum que sunt ad aliquid. His ergo de causis in ad aliquid non est motus nisi per accidens ut diximus.

Cap. 6. In agere et pati non est motus.



Stendemus Etiam quod in agere et pati non est motus: et loquimur uniuersaliter de agere et pati secundum quod omne mouens est agens: et omne motus est patiens. Nec ostendemus tamen quod motus non est in agere et pati: sed etiam quod nulla mutatio per se est in predicamentis dictis: neque generatio: neque corruptio: neque aliquis alius motus vel mutatio. Et huius causa in uniuersali est: quod motus non est motus: neque generationis generatio: neque aliquis mutationis mutatio. Agere autem et pati non sunt sine motu vel mutatione: et ideo si motus vel mutatio per se et essentialiter esset in agere et pati absque dubio sequeretur ipsius motus esse motus et ipsius mutationis esse mutationem. Et hoc primo ostendemus per hoc quod si motus esset ipse motus: et mutationis mutatio: hoc contingit altero vel utroque duorum modorum. Cuius enim dicitur quod mutationis est mutatio potest in gentino notari constructio subiecti vel termini: et si constituitur in habitu sine subiecti sensus est quod motus est motus: et mutationis mutatio sicut eius quod mouetur: sicut dicitur mus hominis esse motus qui mouetur: quod mutatur ex albo in nigrum: vel huiusmodi aliam mutationem. Si autem constituitur in habitu sine finis sicut terminus: tunc sensus est quod motus est motus: ita quod motus essentialiter sit ad motum sicut ad terminum: sicut motus albi essentialiter per se est ad nigrum. Et primum quidem est impossibile: quod si motus esset motus sicut subiecti quod mouetur: tunc oporteret procedere quod motus mouet per se: et omne quod in genere est in aliqua specierum est: tunc oporteret procedere quod motus aut caleficeret: aut frigeret: aut locum mutaret: aut augetur: aut diminueret: hoc autem est impossibile: quod motus vel mutatio non est aliquid de numero subiectorum: eo quod subiectum est ens in se completum quod est causa esse accidentis in ipso. Mutatio autem et motus incompletus esse habet per accidens quietum. Adhuc autem abiret hoc in infinitum: quod si motus subiceret motui oporteret quod omnis motus esset subiectum alterius: et sic secundum etiam tertio: et tertius quarto subiceret: et sic in infinitum quod est impossibile. Adhuc autem si motus esset subiecti: et motus esset in motu: esset subiectus in subiecto quod est impossibile. Et si forte diceretur ad hoc quod unus esset subiectus: et alter non: sed res existens in subiecto: oporteret quod due res que sunt eiusdem generis et rationis essent subiectum et accidens: quod per hoc quod una eorum esset subiectum substantia est: et per hoc quod est in subiecto est accidens: cum motus et motus sint eiusdem generis: et eiusdem rationis secundum genus. Illud est igitur impossibile motum esse motus: et mutationem mutationis per modum subiecti. Eodem modo est impossibile quod motus sit motus per modum finis et termini. Si enim motus est motus: vel mutationis mutatio per hunc modum hoc erit in mutando alterum aliquid subiectum: ex mutatione una in alteram speciem mutationis que essentialiter est finis et terminus eius. Opus enim quod omnis mutatio terminum habeat essentialiter et per se sibi quoniam: sicut per se cum homo mutatur ex egritudine in sanitatem: sanitas adepta essentialiter terminus est mutationis qui dicitur sanatio. Sed neque hoc possibile est quod hoc modo mutatio sit terminus essentialis mutationis: sed potest terminari mutatio ad mutationem per accidens sicut inferius ostendemus. Hic enim motus qui sic per se terminari ponitur ad aliam mutationem erat motus ab una specie mutationis transiens ad aliam speciem mutationis sicut ad finem sibi essentialiter per se convenientem: et generatio et corruptio erunt similiter terminare ad alias mutationes: quod quo ad hoc simile est de generatione et corruptione. Neque est differentia in alio preter hoc solum quod generatio et corruptio sunt in opposita sic quod habent modum contradictionis qui est de subiecto ad non subiectum: et de non subiecto ad subiectum. Adnoto autem non similiter his ad op-

posita: sed potius est inter contraria quorum utriusque est subiectum. Sed quo ad constructionem impossibilem idem est motus esse motus quod generationem esse generationis: et corruptionem corruptionis. Si enim sic motus esset motus: vel mutatio mutationis: tunc oporteret quod simul alia res mutaretur dupliciter. Quia enim mutatio est inter contrarias formas: oporteret quod transiret de forma in formam: sicut ex sanitate in egritudine. Et cum hoc propterea quod mutatio ponit esse mutationis oportet quod etiam per illam mutationem transeat ad quacumque aliam que dicitur per se esse terminus prime mutationis. Ad manifestum est quod secundum ista dicta cum aliquis infirmatur et mouetur ex sanitate in egritudine: quod tunc erit etiam mutatus in quolibet aliam mutationem: hoc autem falsum et impossibile est: quod nos videmus quod ipsum conuenit quietescere in egritudine quam accipit per mutationem qua mutabitur ex sanitate. Quies autem priuatio est motus: et ideo non uenit ipsum tunc transmutari: ergo transmutatio non terminabitur ad mutationem: sed ad quietem. Et amplius manifestum est hoc esse impossibile ex hoc quod tota doctrina transmutationis secundum hoc annihilatur. Doctrina enim transmutationis est quod transmutatio non est ad quodcumque contingens: sed ad oppositum: et ita si transmutatio est ad transmutationem non erit ad quodcumque contingens: sed ad oppositum: et illa opposita erunt in quodammodo alterum oppositum: et quodammodo opposito illi: et ex hoc uenit duplex inconvenientia si dicatur mutationis esse mutatio. Quorum unum est quod cum aliquis mouetur ex sanitate in egritudine: quod tunc etiam sanatio que opposita est egritudine in mutatio etiam inerat eidem: et sic aliquis simul infirmatur et sanatur quod est impossibile. Secundum est quod mutatio tunc non erit secundum regulam mutationis ex opposita in oppositam: sed potius ex hoc quod accidit. Cum enim simul mouetur ex sanitate et in sanitate: et ex egritudine in egritudine: non potest aliquis istorum terminorum mutationis esse per se terminus: quod si ex uno moueret essentialiter: tunc non moueret essentialiter in eodem simul: quando mouetur ex ipso: nec tunc posset moueri simul ex opposito et in opposito illi. Sic ergo erit mutatio semper ex eo quod accidit: et in id quod accidit: ut si alius mutat hominem ex scientia: vel ex recordatione in oblivione: non erit hoc: ideo quod recordatio vel oblitio opposita sunt: sed potius mutat ipsum: quod inest ei accidentaliter oblitio: et non propterea quod oblitio sit terminus essentialis motus qui est ex recordatione: et tunc sufficit terminus accidentaliter ad mutationem: aliquid quando uenit ex recordatione in scientiam que eadem specie vel genere est cum recordatione: aliquando autem uenit ex recordatione in sanitatem que est diuersa genere a recordatione que omnia sunt impossibilia: et sic non est possibile quod sit mutatio mutationis. Amplius autem si mutatio est mutationis in infinitum uadet: sed antequam hoc ostendamus uideamus quod inconueniens sequitur. Si generatio est generationis in infinitum: et supponamus tres propositiones: quarum una est: quod id quod generatur dum generatur non est: sed fit: et ideo qui ponit generationem generari eo quod est terminus generationis: necesse est quod generatio non fit dum generatur sicut finis generationis. Secunda autem propositio est: quod id quod est finis generationis quando generatur est: et ideo si generatio est finis generationis: generatio est quando attingit eam illa generatio que est ad ipsam. Tertia propositio est: quod si hoc processerit in infinitum se extendunt in ante et post. Dicamus ergo si generatio est generationis: oportet generationem esse priorem si detur esse posterior cum posterior sit nata ex priori: ut si generatio simpliciter que substantialis est fiebat aliquando per generationem aliam: tunc necesse est quod illud fiebat et generabatur quod fit et generatur: hoc est generatio generata secundum quod fit et generatur adhuc nondum est: ergo generatio dum fiebat nondum erat. Deinde procedo ulterius dicens quod generatio generata que fit: est finis generationis prioris iam facta est quando generatio prior facta est: ergo una generatio numero que est finis facta est: et est per precedentem generationem: et fit: et nondum est per seipsam: ergo idem numero est: et nondum simul et semel: et sequitur quod hoc fiat iterum: quia ex generatione ista sequitur alia in infinitum. Illud autem fit ex quo fit generatio: ergo hec generatio facta fiet iterum in se quaerit generationem et erit: et non erit in illa simul et semel: sicut

Tex. 2. c. 10.

Defiaz at iter agere proprie superius et mouere. vide per de generatione. l. c. 45. 3.

Tex. 2. c. 11.

Nota quomodo implicat motum habere rationem subiecti.

Tex. 2. c. 12.

ex. 2. c. 13.

Physicorum

continua sunt: oportet esse contingencia: quia ultima eorum non
fierent vnum: nisi prius sint similia in loco se tangentia. In ma-
thematicis autem quecumque se contingunt vniuntur: sicut ostē-
dimus in antehabitis. Et iterum hoc dicitur est: quia illa sunt con-
sequenter quorum nihil est medium sui primi generis: et hec
iterum in physicis erant ante contigua et ante continua: quoniam
nulla se contingunt in physicis: nisi que sibi immediate contingunt:
et postea adiunguntur illa per continuationem. Si ergo ista
sic esse supponantur probabimus nullum continuum esse compo-
situm ex indivisibilibus: et per prius nullum continuum dividi
in indivisibilia: quia omne quod dividitur non dividitur nisi in
ea ex quibus componitur: et sic impossibile erit lineam esse pun-
ctis: si vere punctum indivisibile esse supponitur. Et hoc pri-
mo quidem ostendemus ex ratione continui: et deinde ex ratione
contingentis: et tertio ex ratione partium. Ex ratione quidem conti-
nuum sic: quorum non est ultimum aliquid: hoc ultima non sunt vni:
sed punctorum: et aliorum quorumque indivisibile non est vlti-
mus aliquid: ergo punctorum et aliorum quorumque indivisibilia
non sunt ultima vni. Quod autem non sit vltimum punctorum
vel aliorum indivisibilium probat ex hoc quod omne quod habet vltimum
quod est aliquid sui habet etiam aliquid aliud sui preter vltimum
illud. hoc enim ostendit nomen vltimi: et sic huius vltimum ut aliquid
quod sui compositum est: unde nihil est vltimum impartibile:
quia alter est vltimum alicuius: et alter est illud cuius siue re-
ctu cuius vltimum dicitur esse. Impartibile autem non habet sic al-
terum et alterum que sunt aliquid sui: ergo non habet vltimum: ergo punctum
ita diversa: nec vnum habet vltimum: nec simul habet vltimum
etiam: ergo nec continua a sunt nec contigua. Sed illa ex quibus
est continuatio oportet esse continua sibi et tangentia se cum conue-
niant ad formam continui: siue sint puncta: siue alia: ergo puncta
nec continua nec tangentia sunt ad invicem. Eadem autem
ratio est de omnibus indivisibilibus in continuo existantibus: sicut
de instantibus in tempore et de momentis. In motu igitur propter
predictum modum ex diffinitione continui sumptum oportet dici quod punctum
ita non sunt continua. Probatur autem idem ex diffinitione continui:
gentium: cum enim quod tangit aliud: aut totum tangit totum: aut per
partem tangit: aut pars tangit totum. Non enim potest esse quod
tutus modus tactus: quia idem est si totum tangit partem: et si pars
tangit totum. Quod autem ea que contingunt se in continuo ponuntur
esse indivisibilia: tunc non potest dici quod pars tangat
partem sibi quod pars tangit totum: quia indivisibile non habet partes.
Omne enim habet partem habet etiam compositum: quia aliter totum esset
compositum est indivisibile: sed prius erat datum quod esset indivisibile:
non ergo potest dari quod pars partem: vel pars totum tan-
gat: ergo si continua erant indivisibilia: tunc oportet quod totum tan-
gat totum: ergo totum vnum est cum toto alio in eodem loco pro-
prio: ergo vnum aliquid supponitur: et conuerso in quantitate vna.
Cum autem sic aliqua conveniant non constituentur continuum:

quia omne continuum componitur ex partibus quantitatibus: quibus
due equales maiores sunt quam vna: et sunt in se invicem et locis
suis discrete: quando in ea dividitur continuum: ergo ex indi-
visibilibus. Iterum propter rationem predictam continuum com-
poni non potest: quia continuationem videlicet in ipso habere
non possunt. Et hoc demonstrabimus quod nec propter inerte
punctum puncto in continuo: aut sibi nunc: alij nunc in tem-
pore: et sic nec longitudo erit ex punctis: nec tempus ex ipsis
nunc. Et consequenter enim diffinitum est esse quorum nullus
est medius proximis generis. Sed cum puncta in continuo ac-
cipiuntur semper media ipsorum est linea: et cum nunc in tempore
accipitur semper inter quolibet duo nunc est tempus. Et linea autem
est terminata punctis: et tempus est terminatum nunc: et sic iter
quolibet puncta sunt puncta in continuo: et inter quolibet nunc
sunt alia nunc in tempore: et sic aliquid proximis generis est me-
dium ita inter puncta quam inter nunc: ergo non sunt ibi directe con-
sequencia. Et si autem de hoc dubitabit aliquis dicens quod linea
non est eiusdem generis proximis cum puncto: cum punctus non sit
linea nec pars lineae. Eodem autem modo se habet nunc ad tempus: et
sic non valet nostra argumentatio facta per diffinitionem co-
rum que sunt consequenter. Et redit autem tota difficultas
ad hoc ut sciat qualiter punctus est in linea: et qualiter nunc
est in tempore. Aristoteles enim in posterioribus videtur dicere quod punctum
etiam tripliciter se habet ad lineam si quis velit colligere verba eius.
Dicit etiam quod linea est ex punctis. Dicit etiam quod punctus est sub-
stantia posita in linea. Et dicit tertio quod punctus est in diffini-
tione lineae: et ideo ubi explicat de primo modo eius quod est
per se. Et quando predicatum cadit in diffinitione subiecti po-
nit exemplum sicut punctus in linea diffinitione: nec potest dici quod
illa dicta sint sibi aliorum opinionibus: quod dicitur linea componi ex punctis
et quod dicuntur principia corporum esse puncta: sicut Democritus
et Leucippus: quia sibi hoc etiam iste locus non est simpliciter
verus. Et punctus non est prius ad punctum in continuo. Sed
esset verum sibi opinione Democriti et Leucippi qui dicitur li-
neam componi ex punctis: sibi hoc demonstratio idcirco nihil
valeret. Antiqui igitur oportet nos determinare quantum punctus sit
in linea: et verum sit suba vel accidens: et verum sit aliquid lineae. Di-
cendum igitur videtur quod punctus sicut et linea dupliciter potest conside-
rari. sibi esse quod habet in materia: aut sibi diffinitivam rationem ipsius
sibi quam non accipitur cum materia: sicut nec quantitas. Si autem sibi esse
accipitur: proculdubio in materia est sicut accidens in subiecto. Adate-
ria enim ut dicit Aristoteles et nos ut supra exposuimus: nec est
punctus nec linea: sed est id cuius hec sunt ultima: et sic punctus
ortum habet vel causam a materia: sicut et alia accidentia: et materia subiectum
et eo quod ipsa de se impartibilis est: potest esse partibilis per
quantitatem quam accipit: et prius subiectum puncti non est materia
simpliciter: sed potius illa que iam incipit esse principium
quantitatis: et inclinatur ad potentiam: unde si aliquid est materia intel-
ligentia: illa est ante eam que est prius puncti subiectum. Et
autem punctus hoc modo sit accidens sicut et linea et superflua
cies: tamen si absolute et sibi diffinitionem accipitur non est ac-
cidens lineae: sed aliquid de substantia eius hoc modo quo suba
dicitur quod cadit in diffinitione alicuius. In continuo enim duo
sunt necessaria. sibi continuata et continuata: et continuata quod est
pars continui: sed continuata non potest esse pars eius: aliter enim
idem esset continuata et continuata: unde prius continuata est punctus:
et ideo punctus tripliciter est in linea. sibi ut prius: et ut medius: et
ut finis: et sibi quod est principium sic ab eo fluit continuum primum
quod est linea: eo quod motus eius imaginabilis permanens in p-
cessu facit lineam quemadmodum dicitur supra: et sic dictum est
quod linea ex punctis non est quod sicut partibus: sed a quod est
indivisibilitas eius per totam longitudinem. Secundum autem quod est me-
dium sic est continuata partes: et sic cadit inter duo puncta lineam
terminantia: et ideo nunquam possunt esse puncta se duo puncta: et
sibi quod est terminus continuatio est ad sibi ut ad finem continuata.
Et igitur quod punctus est linea sicut causa eius et forma. Sed for-
ma est pars essentialis et non quantitatia: et ideo a quibusdam meo
iudicio non irrationabiliter precessum est punctum esse partem li-
neae essentialis: non autem quantitatia. Nec enim oportet quod omne quod est
forma rei de re predicetur: quia forma facies esse non predicatur.
Nec forma in se forma est predicat de eo cuius est forma:
ut testatur Avicenna. sed predicat pur est forma: et idem sine vni
genere: vel specie: vel numero. Sic ergo iam patet qualiter
punctum est id quod suba posita in continuo: quia sibi est prima
substantia

Ex. 1. c. 6. m.

In puncto que
cumque continuatur
oportet esse
contingentia.

Ex. 1. c. 2.

Primo po-
sitione. t. c. 9.
et c. 42.

Primo de ge-
nera. et cor-
ruptione. t. c.
29. 3.

Punctus tri-
plex habitu-
dine habet re-
spe-
ctu lineae.

substantia continet habet positionem in ipso: et cadens in divisione ipsius: sicut principians et continuans et terminans continuum: que omnia sunt actus forme. Et patet qualiter punctum non sequitur punctum: et qualiter est accidens materie et substantia lineae: et oia que de puncto queruntur iam facta sunt plana. Per oem autem eundem modum nunc se habet ad tempus: sicut explanatum est in quarto huius scientie: in tractatu de tempore.

¶ Redeamus ergo ad opposita ostendentes quod continuum non componitur ex indivisibilibus demonstratione puncte ad impossibile. Si enim datur continuum componitur ex indivisibilibus: sequitur etiam quod dividitur in indivisibilia. Omne enim quod dividitur dividitur in ea ex quibus componitur. Sed nullus est de numero partium quod dividatur in indivisibilia: ergo nullus partium componitur ex indivisibilibus. Si enim continuum dividitur in indivisibilia: tunc staret divisio partium: quod indivisibilia non sunt ulterius divisibilia. Ostendat autem quod non potest aliud genus entis quam partium divisibile esse medium inter puncta: vel iter ipsa nunc. Si enim medium ipsorum sit aliud genus: hoc erit aut divisibile: aut indivisibile: si est divisibile indivisibile erit conficiens ad indivisibile: quod impossibile est: et indivisibile est constitutum ab indivisibili: quod medium ostendit ab extremis: quod falsum est. Si autem dicatur quod est divisibile medium: aut ergo dividitur in indivisibilia: aut in ea que semper divisibilia sunt: et si primo modo dicatur sequitur idem quod prius. Si autem dicatur secundo modo tunc sequitur quod medium punctorum et ipsorum nunc est continuum: quod distinctio partium est quod dividitur in semper divisibilia. Manifestum est enim quod omne divisibile in semper divisibilia dividitur. Si enim diceretur dividitur in indivisibilia: oportet: ret quod indivisibile esset in divisibili: tractum: quod superius dictum est ea que continentur in physicis: sunt ea que se primo tangunt: et postea eorum ultima unum et idem.

¶ Cap. 2^m. De demonstratione quod continuum in nulla suarum partium sigillatim sumptarum componitur ex indivisibilibus.



Quod autem nos ostendimus de continuo in communi habet unam et eandem rationem in omnibus speciebus partium: etiam de enim positionis est dicere oia hec magnitudines: videlicet tempus et motus componitur ex indivisibilibus: et dividitur in indivisibilia: aut nullum eorum: hoc autem erit manifestum ex his que dicentur. **¶** Et si enim super magnitudinem sit motus localis: si dicatur magnitudo alia componitur ex indivisibilibus oportet dicere: quod motus qui est super eam componatur etiam ex indivisibilibus motibus equalibus indivisibilibus illius magnitudinis: quod supra in quarto huius scientie libro docuimus: motus sequitur magnitudinem: et prius et posterioris in motu sunt a priori et posteriori in spatio siue magnitudine: ut si dicamus quod magnitudo que significatur per litteras a. b. c. componitur ex tribus indivisibilibus que sunt a. primus: et b. secundus: et c. tertius: tunc oportet nos etiam concedere quod motus illius qui movetur super spatium illud componatur etiam ex indivisibilibus: et dicamus quod id quod movetur super illud spatium: vocetur o. et motus eius significetur per litteras c. e. 3. et tres partes indivisibiles motus sint d. primus que est in prima parte indivisibilis spatij: et e. in secunda: que est in secunda parte spatij: et f. in tertia que est in tertia parte spatij. Si enim dicatur motus esse eius moti quod vocatur o. tunc oportet de presenti motu eius moveatur per aliquam partem ipsius motus: quod non explicat totum motum nisi partes eius successively unam post aliam explicando. **¶** Constat autem quod si aliquid movetur: tunc oportet quod sit eius motus: et converso cum motus aliquid est: tunc oportet quod ipsum moveatur. Si ergo dicatur quod ipsum movere siue ipse motus sit ex indivisibilibus: tunc oportet quod ipsum quod fertur quod vocatur o. feratur per primam partem spatij: quod dicitur a. explicando primam partem motus que dicitur d. et per secundam partem spatij que vocatur b. explicabit secundam partem motus que vocatur e. et per tertiam partem spatij que dicitur c. explicabit tertiam et ultimam partem motus que dicitur f. quod sicut non transit spatium nisi per partes eius movendo: ita non explicat motum nisi partem per partes in spatio explicando: quod si partes spatij dicantur indivisibiles: erunt et partes motus indivisibiles. Quod si procedit ostendit hoc esse impossibile per hunc modum. **¶** Si enim omne quod movetur videtur: ubi: hoc est de aliquo loco ad aliquem locum: necesse est non simul moveri et motum esse a loco a quo movetur se: quando

movetur se ab illo: tunc etiam impossibile est quod aliqua pars motus sit in indivisibili parte magnitudinis. **¶** Quod autem prius sit impossibile sic probatur per exemplum. Si enim aliquis vadit thebas impossibile est quod hec duo simul sint in tempore: que sunt ire sua ad thebas: et itur esse ad thebas: sicut nec simul sunt ire ad balneum: et esse in balneo: siue itur esse ad balneum. Si enim simul essent hec duo: tunc aliquis cum incipit ire Romam esset romae: et tunc ire esset superfluum: et simul esset in quiete et in motu: quod est impossibile. **¶** Similiter ergo si dicatur id quod movetur quod vocatur o. moveri in impartibili: tunc partem motus que est d. vocata explicat in illo indivisibili magnitudinis que vocatur a. In illo ergo a. oportet prius sit in moveri quam in motu esse: per ea que probata sunt in simili. **¶** Et simile est in alijs partibus motus. **¶** Ostendat autem quod cum movebatur transit spatium aliquod in quo non fuit in motu esse: ergo si illa pars magnitudinis que vocatur a. composita est ex spatio quod transit ipsum quod vocatur o. et ex illo in quo fuit in motu esse: postquam transit ipsum: ergo non est indivisibile: et hoc est contra positionem primam. **¶** Hoc autem eodem modo procedit in similibus: quod spatium quod vocatur b. est divisibile: et similiter illud quod vocatur c. supposito eorum quod posterioris deneget hoc cum inveniunt esse fuerit quod venit: hoc autem est quod in veniendo fuit. **¶** Non enim potest dici quod quiescebat in partibus magnitudinis: et movebatur in tota magnitudine: quod id quod movetur non explicat spatium aliquod in transiendo in partes eius: neque itur potest dici quod quiescebat dum transiret: quod sicut opposita ut prius et habitus essent simul in eodem: et similes idem: et respectu eiusdem: et postquam intermedium est in spatio in quo solo fuit motus: sicut ostendimus in quinto libro huius scientie. **¶** Si autem dicatur quod hec duo sunt simul in tempore que sunt ventum esse et venire: tunc sequitur quod cum iam aliquid venit per hoc quod in veniendo est presentia quod erit ventum in loco ad quem venit: et erit ibi motus esse: ubi iam est in movendo: ergo presens ostendit se totum est preteritum: que omnia sunt impossibilia: ergo non potest dici quod aliquid simul veniat et ventum sit ad illud. **¶** Si autem aliquid dicatur adhuc sicut prius: quod id quod vocatur o. movetur per totum spatium magnitudinis: que est a. b. c.: motus qui est in tota illa magnitudine. **¶** Totus quidem est qui vocatur d. e. 3. sed o. nihil movetur per aliquam partem spatij: et ideo in a. que est impartibilis pars spatij nunquam movetur per aliquam partem motus: sed potius motum in quolibet partibili spatij: et tamen movetur in toto: hoc est quod id quod fertur in movetur sit in toto: et in motu esse sit in quolibet partibili spatij: eorum que sunt indivisibiles: tunc sequuntur multa inconvenientia. **¶** Quorum una est: quod motus componitur ex non motibus: sed ex momentis indivisibilibus: quod postquam est quod motus dicitur ex tribus: quorum primus est d. secundus e. tertius f. que sunt in a. b. c. partibus spatij: hoc non potest esse: quod ex indivisibilibus nulla componitur quantitas. **¶** Secundum autem est: quod aliquid iam motus est quod nunquam motum fuit. **¶** Quod nunquam movetur: quia erit aliquid in transitum esse per totum: quod nunquam transit partem illius spatij totum. **¶** Constat ergo: quod aliquid erit in transitum esse Romam: quod nunquam fuit: vel vadens Romam: constat enim quod id quod vocatur o. per hoc dictum hanc magnitudinem spatij transit totam: et nunquam transit hanc eandem magnitudinem per partes: et cum tamen aliquid possit transire totum spatium explicando partes illius spatij. **¶** Tertium autem inconveniens est: quod cum non possit aliquid simul quiescere et moveri: eo quod omne mobile aut quiescit aut movetur: eo quod ista opposita immediate circa mobile sicut affirmatio et negatio. Sequitur ex isto dicto quod id quod vocatur o. simul quiescit et non quiescit: et simul movetur et non movetur: et quod simul quiescit et movetur: quiescit enim per unumquodque indivisibile: que sunt a. b. c. que tamen componunt totum spatium: et movetur per totum: ergo erit continue quiescens in partibus motu per totum: postquam enim quod per totam longitudinem a. b. c. movebatur: et nunc dicitur quiescere in quolibet longitudine illius. **¶** Quod autem totum quantitate habens non sit extra partes suas: sed in quolibet parte quiescit: sequitur necessitas quod etiam in toto quiescit: et sic in toto movebitur: et non movebitur: et in toto quiescit et non quiescit. **¶** Quartum inconveniens est quod si ea que vocantur d. e. 3. ponuntur esse indivisibilia: et cum hoc sint partes motus presentis qui dicitur esse esse motus eius qui vocatur o. tunc continget quod o. non move-

Ex. 2. c. 5.

Ex. 2. c. 4.

Ex. 2. c. 5.

4. pp. l. c. 99.

Ex. 2. c. 6.

Ex. 2. c. 7.

Ex. 2. c. 8.

Ex. 2. c. 9.

tur: sed quiescit: quia indiuisibile motus non potest esse nisi...

ne in breuiori tpe transeat q̄ totū spatij: ergo transit ipsam in parte temporis totius quod dicitur...

In motu recto h̄s veritatez q̄ mobilē trāsit a spatio in spatia maius in se.

Tex. 7. c. 10.

Tex. 7. c. 15.

Cap. 3. De diffinitionibus velocis et tardi: vt ex hoc sciat...



Intendimus ostendere motū q̄tinitatis et diuisibilitatis motus: nō possumus hoc...

facere nisi sciamus quid est velox et quid tardū in motu. Ideo q̄derabimus nunc primo...

Tex. 7. c. 11.

Velocitas tria requirit.

Tex. 7. c. 11.

diffinitio tardi manifesta. Dicitur ergo ex premis q̄ ois magnitudo spatij super q̄ est motus...

Cap. 4. In quo probatur ex diffinitione velocis q̄ tā magnitudo q̄ tempus sint continua.



Prehabitis. Hic ostendit: q̄ tā magnitudo q̄ tempus q̄tinitū est. Ac...

ceptamus enī ex superioribus determinatis q̄ ois motus est in tēpore: et cum motu accidit...

Tex. 7. c. 14.

Tex. 7. c. 15.

Obiectio q̄d etiam mouet quæros in sicuti comē.

Solutio

illam absq̄ dubio omne quod mouetur conuenit velocius
 & tardius moueri. **C** Et talis est hic nostra consideratio de
 motu & mobilitate: quia mobile non peracti non ponit aliquam formam
 determinatam: quia vel tardius vel velocius motus eius. Si
 autem considerat mobile peracti & determinati: tunc absq̄ du-
 bio verum est quod accipit determinata velocitas motus eius: quia
 secundum naturam non est accipere maiorem: sicut obijcit Alexander. Ac-
 cipiat ergo vniuersaliter ex dictis quod in omni tempore uenit ve-
 locius & tardius moueri omne mobile in quantum est mobile.
C Accipiamus ergo definitionem priusquam qua dicitur quod prius
 est id quod diuisibile est non per atomum: sed per diuisibilia. **C** His
 enim suppositis demonstrabimus ex definitione velocitatis
 tardi tam magnitudinem quam tempus esse diuisibilia in semper di-
 uisibilia: sic esse continua. **C** Quia enim ostensum est prius in vi-
 tima demonstratione precedentis capituli: quia velocitas in
 minori tempore transibit equale et quod tardius transiit in maiori.
Ponamus ut prius quod velocius significet per a. litteram: & quod tar-
 dius significet per b. litteram: & ponamus quod id quod est tardius
 mouet per magnitudinem spatij sui & signet per c. d. litteras in to-
 to tempore quod significet per 3. i. litteras. Tunc enim patet ex dictis
 quod idem spatium totius in breuiori tempore transibit idem spatium. **D**i-
 camus ergo: quod id velocius quod vocat. a. transibit per spatium. i.
 per parte temporis prius dicti: & illa pars uocet. 3. e. & sit pars to-
 tius temporis quod dicit. 3. i. **I**tem autem dicimus quod quod velocius in
 parte temporis: que est. 3. c. transiit totum spatium quod dicitur. c. d.
 tunc in eadem parte temporis. k. quod est tardius per minorem magni-
 tudinem spatij transibit. **T**ransseat ergo parte spatij prius di-
 cti in parte temporis prius habiti: & signet illa pars transita a
 taro per. c. k. ad huc quod tardius transiit. c. r. in tempore quod
 est. 3. c. idem spatium transibit velocius in breuiori tempore: ex mo-
 tu ergo velocius: & ite scda diuisione diuidit tempus: sic er-
 go ex comparatione velocius ad tardius super quacumque parte
 magnitudinis iteratis semper diuisionibus tempus: hoc autem di-
 uisio etiam pars magnitudinis que est. c. r. diuidet per compara-
 tionem tardioris ad velocius: & si magnitudo diuidet neces-
 se est ite tempus diuidi: hoc autem semper ita uenit in infinito.
Si autem accipiat comparatione velocius tardius: quod transi-
 minus spatium in eodem tempore in quo velocius transiit maius: &
 si accipit e contrario a comparatione tardioris velocius quod tra-
 sit equale spatium in breuiori tempore: ob modo aliquis vratur
 velocius & tardior in diuisione qua superius demonstra-
 tum est de ipsis. **O**stendit enim velocius semper diuisione tempo-
 ris si accipit in equali magnitudine cum taro: & tardi tempus
 ostendit diuisione magnitudinis si accipit in equali tempore cum
 veloci. **S**i autem semper tenet huiusmodi comparatio: tunc semper
 uerum est uerum tardius ad uelocitatem: & e contrario. **Q**uotiescumque
 auertunt ad se toties ostendunt fieri diuisiones magnitudi-
 nis & temporis. **C** Et autem prius sic diuidit in semper diuisibi-
 lia: oportebit ex dictis & magnitudinem prius esse. **C** Et enim
 tempus prius sit manifestum est: quod similiter ois magnitudo pri-
 uia est: per huiusmodi enim & equalis diuisiones tam magni-
 tudo quam tempus diuidit. **F**orma autem linearum dicitur esse huiusmo-
 di: quod signa sectionis infinite sunt in duobus signis. **L**ogitu-
 dinis & temporis. **A**mplius autem idem probat quasi logice ex his
 que supra sunt dicta. **M**anifestum enim est quod si tempus prius
 est quod etiam magnitudo prius est: & e contrario: ois enim dicitur
 quod si aliquid in regulari motu transiit aliquod spatium quod in dimi-
 dio illius temporis transiit mediu: & in dimidio medietatis te-
 poris ite dimidui medietatis spatij: & sic in infinitum. **D**e
 hanc diuisiones in eodem etiam mobili sumpte sunt tam tempo-
 ris quam magnitudinis. **C** Unquamque istorum infinitum esse dici-
 tur: erit & alterum necessario infinitum: & hinc quocumque mo-
 dum infinitatis unum eorum est infinitum: secundum eundem modum infinita-
 tis est alterum infinitum: ut si tempus est infinitum in ultimis: ita quod
 non habeat ultimum vel finem: ita quod sit extensum in infinitum: tunc
 etiam logitudo est infinita secundum distantiam ultimorum quod est infinitum
 esse per extensionem in infinitum. **S**i autem diuisio sit tempus infinitum
 erit & magnitudo diuisione infinita: & si utroque istorum modo-
 rum tempus est infinitum: tunc etiam utroque istorum modorum logitudo
 est infinita. **C** Et forte de hoc aliqui dubitare possunt: quod secundum
 peripatheticos tempus ponit sine ultimo: quod non habebit finem:
 & a peripatheticis probatum est in celo & mundo quod nulla magni-
 tudo infinita est in ultimis. **C** Sed ad hoc dicendum quod quan-
 do tempus infinitum ponit: hoc dicitur quod tempus quiddam est circulus

& redit idem tempus. **N**os autem loquimur hic de infinitate que est
 per extensionem rectam: hoc enim modo super oem magnitudinem potest esse
 motus: & ois motus mensura est tempus: & ideo infinitas que
 uenit in uno necessario euenit etiam in altero.
C Cap. 5. **D**e reprehensione Zenonis qui dicit quod si motus
 est conuenit transire infinitum in tempore finito: & qualiter
 hoc conuenit: & qualiter non.



Predictis nis qua destruit motum
 assumit aliquid falsum:
 quod Zeno opinatur esse uerum: hoc autem falsum est il-
 lud quod Zeno assumpsit: quod impossibile est quod ali-
 quod motum pertransire infinita que sunt in conti-
 nuo: uel ut tangat ea secundum unumquodque in tempore finito: & sic per
 cessit Zeno. **O**mne quod mouet in aliquo tempore mouet in
 quo perficitur motus eius: quod autem mouet in tempore in quo per-
 ficitur motus eius mouet in tempore finito: ergo omne quod mouet
 nullo per spatium alicuius magnitudinis transiit tangendo oia secundum
 unumquodque eorum que sunt in spatio in tempore finito. **S**ed que
 sunt in continuo spatio sunt infinita: ergo id quod mouet transiit
 tangendo infinita secundum unumquodque in tempore finito: quod est impos-
 sibile: ergo & motus esse est impossibile: quod hoc sequitur si deum
 esse motus. **F**alsum autem opinatur Zeno in hac ratione: cum dicit
 magnitudinem infinitam & tempus infinitum: quod quo ad finitum esse
 uel infinitum eiusdem rationis sunt tempus & magnitudo. **D**uplici-
 ter enim dicitur magnitudo & tempus: & sic omne prius esse infi-
 nitum: aut enim dicitur infinitum secundum diuisionem eo quod diuisibile est
 in infinitum: aut dicitur infinitum actu quod est in ultimis: hoc est
 in distantia suarum extremitatum infinitum: & hoc diximus supra
 esse infinitum uel extensionem in rectum: & uerum quidem est quod taliter in
 finitis secundum quantitates actuali extensione non uenit se tangere
 in tempore finito: quod cum tanta infinita ultima non habeat nunquam
 contingit se his que non habet: quod si etiam ultima haberet: quod tunc
 esset contra rationem infinitorum hoc modo dicitur: non contingit esse
 in suis ultimis: quod sua media que actu sunt infinite exten-
 sionis nunquam pertransire possent: & hoc modo si esset infinita ma-
 gnitudo: uerum dicitur Zeno: sed ostendit esse supra in tertio
 hanc scire quod hoc modo nihil est infinitum. **E**is autem que sunt infinita
 secundum diuisionem: eo quod diuiduntur in infinitum uenit hoc modo
 transire infinita que contingit se in continuo: quod illa infinita non
 sunt actu sed potentia: & hoc modo etiam ipsum extensum est infi-
 nitum: & ideo in tempore hoc modo infinito quod non est infinite diu-
 sionis uenit id quod mouet transire in infinitum secundum diuisionem:
 sicut etiam prius spatium: & hoc modo uenit quod potentia se tan-
 gunt infinita in ipsis que hoc modo sunt infinita que sunt prius
 uia: & ideo non finita per diuisionem. **S**ed si daretur aliquid esse
 actu per extensionem infinitum id non posset transire spatium finitum:
 nec in infinitum in tpe finito: nec etiam in tempore infinito: quia si
 transiret tunc aliquando ultimum eius contingeret ultimum spatij:
 & sic oportet quod esset finitum: & hoc est contra hypotheseum: quia
 positum fuit ipsum esse infinitum. **S**ed oportet dicere quod per mo-
 dum illud quo tempus est infinitum quod per eundem modum magnitu-
 do est infinita: & e contrario si magnitudo est infinita per aliquem
 modum per eundem erit tempus infinitum. **H**oc ostendit per demon-
 strationem ducentem ad impossibile per hunc modum. **C** Si enim
 aduersarius det magnitudinem aliquam finitam esse: & tempus me-
 surans motum esse infinitum: signet magnitudinem recta finita
 utrumque finem habens per lineam. a. b. tempus autem infinitum ad equa-
 tum motui qui est supra ipsius signet per litteras. c. d. **O**portet
 autem necessario quod tempus illud finitum sit ad unam suam extremitate-
 tem in qua incipit motus: quod ad utrumque suam extremitatem non potest
 imaginari infinitum esse ex parte: ergo finite extremitatis te-
 poris sequebimus ex tempore parte finitas que signet per litteras
 g. d. & incipiat motus temporis motum magnitudinis in extre-
 mitate linee. a. b. in parte que signat per b. illud ergo quod signa-
 tur per lineam. a. b. in parte finita temporis quam sequebimus ab in-
 finito tempore aliam parte magnitudinis transibit: & sic illa signa-
 ta per lineam. b. e. que est pars totius linee. a. b. **P**ars ergo illa
 que est. b. e. aut est pars aliquota linee. a. b. ita quod sit dimidia
 uel tertia uel quarta: & sic deinceps. **A**ut deficit ab aliquota
 ita quod est minor. **A**ut excellit aliquotam: ita quod est maior: si-
 cut si uelles accipere partes eius quod est serui: aliquote par-
 tes sue essent que aliquotiens sumpte constituerent totum

Ex. 2. c. 16.

Ex. 2. c. 17.

In regulari
 motu hanc dicitur
 tem quod diuisio
 spatij & diuisio
 no tpe reci-
 proce se cole-
 quat equale.
 Ex. 2. c. 18.

Obiectio.
 Solutio.

Ex. 2. c. 19.

Ex. 2. c. 20.

Physicorum

sicut tria essent dimidia: et duo essent tertia: et unum esset sexta: pars deficiens ab aliquota est: sicut si velles accipere. 3. deficiens a dimidia esset ternarius: et excedens aliquotam esset quinarium et senarium et septenarium: et hoc modo dicitur pars que minor est toto cum tamen sit in ipso. Si ergo diceremus qd linea. b. e. aliquota esset linee. a. b. totius: tunc oportet qd mensuret totum et reddat ipsum si iteretur toties in toto quot unitates habet numerus a quo denominatur: ut si est altera vel iterata reddet totum: et si est tertia sic iterata constituet totum: et sic de alijs. **C**onstat autem qd equaliter velor motu regulari equales partes spatij transiit in partibus equalibus. Si ergo transiit partem que est. b. e. in tempore. g. d. alias partes transiit in tot temporibus equalibus illi quot sunt partes equales linee. b. e. et tota linea. a. b. Sed quod componitur ex equalibus finitis aliquotis est finitum: ergo tempus motus qui est super lineam. a. b. erit finitum: dictum fuerat qd erat infinitum. Si autem dicatur qd pars illa que dicta est. b. e. deficit aut excellit id est sequitur: quia tunc sicut linea componitur ex parte minori et parte maiori: ita et motus super ipsam: et tunc tempus adequatur motui: tunc oportet qd et totum tempus componatur ex maiori et minori finitis: et tunc totum erit finitum: et dictum erat qd esset infinitum. Hoc autem totum sequitur propter illud quod semper per equalia additur magnitudo et motus: quia tantus est motus quanta est magnitudo spatij in quo est motus: et quantum est motus: tantum est mensuras ipsam. **C**onsequenter autem si dicat aduersarius: qd bene verum est qd non omni magnitudine transiit in tempore infinito: sed transiit aliquam in tempore finito: sicut illam que est partium: sed tamen illam que est totius sibi se transiit in tempore infinito. **C**onprobabitur iterum non posse stare qd dicit. Intendit enim significans qd illam magnitudinem que est partis que dicitur. b. c. transiit ipsam in tempore finito: cum illa sicut sit aliquota: siue excellat: siue deficiat ab aliquota: semper reddat totum: et concessus est qd equaliter velor in equalibus temporibus equales partes transiit: oportet necessario sicut prius qd totum tempus ex finitis compositum sit finitum: quia totum continuu et quantitatum non habet quantitatem: nisi illam que ex partibus quantitate est. Si forte dicat aduersarius iterum qd etiam partes transiit in infinito tempore: sicut partem que est. b. e. ostendemus hoc esse falsum. Sicut enim diximus oportet qd tempus tale in altera extremitate sumatur finitum. Hoc autem dato accipimus propositionem per se manifestam: que est: qd omne quod transiit aliquod spatium equaliter velor in toto spatio existens in minori tempore transiit partem illius spatij in toto spatium: ergo illud quod mouetur super spatium. a. b. in minori transiit hanc partem que est. b. e. qd totum. Sed qd minus in finito necesse est finitum esse: cuius infinita omnia equalia sunt: ergo partem. b. e. et simili ratione alias partes transiit in tempore finito. Sed prius habitum est qd illa parte temporis finita necesse est et alias finitas esse: ergo totum tempus est finitum. **C**oncedit autem demonstratio figuratur in lineis hoc modo: quia linea magnitudinis et spatij finita sic ponatur: ut primus terminus eius prenotetur littera. b. et ultimus terminus signetur littera. a. et pars eius quecumque fuerit siue aliquota: siue deficiens: siue excellens eam significet versus. b. per. e. litteram: sub illa autem linea ducaat linea designans tempus infinitum: que quidem finita sit in extremitate prima versus. b. et illa extremitas significet per. g. litteram: et ab altera parte ducaat in finitum: et pars temporis in qua est motus b. e. significet per litteram. d. sicut hic vides. **C**on eadem autem demonstratio quersa demonstrabit impossibile si dicat magnitudo esse infinita in altera extremitate: et super illam esse motum qui mensuret tempore finito: quoniam tunc eodem modo ab infinita magnitudine ex parte extremitatis finite secabimus partem super quam est motus in parte temporis finitum: et probabimus qd illa pars mensurabit totam magnitudinem: et sic erit finita. **C**on manifestum est igitur ex his que a principio istius serui dicta sunt: qd neqz linea: neqz planum quod est superficies: neqz vniuersaliter aliquid quod est de numero continuorum compositum est ex atomis: et hoc non solum ex dictis manifestum est: sed etiam ex eo quod dicemus in sequenti capitulo. s. qd sequeret diuisibile indiuisibile. **C**on enim continuum

fit indiuisibile in ea que semper sunt diuisibilia et non sit compositum ex atomis tripliciter declarari potest: quorum unum modus est per distinctionem et nam pignat et tringentis. Alter est per nam motus: et eius quod mouetur: et hi duo modi habiti sunt. Restat adhuc tertius qui in sequenti capitulo ponetur ex proprietate velocioris et tardioris.

Ideus inquit
Auerrois in
p. c. i. loco.

Con ap. 6. m. qd continuum non componitur ex indiuisibilibus per distinctionem velocioris et tardioris.



Dicamus

diuisibile nisi dupli: ut in sequentibus istius libri declarabit. s. p magnitudinis diuisione et temporis diuisione: et nos habuimus iam in premisis partibus qd tardius diuisit magnitudines: et velor diuisit tempus. Oportet ergo qd in omni motu sit accipere velocitatem maiorem et minorem in infinitis: sicut in continuo est accipere diuisione in infinitis: et si staret velocitas siue in minus siue in magis: sic sequeretur qd in aliquo continuo staret diuisio: qd in motu continuo staret diuisio: quod est impossibile: et ideo hic probatum.

Dicamus igitur quoniam sicut iam dictum est in omni tempore conuenit velocius et tardius moueri: tunc velocius semper est id quod in equali tempore cum tardio plus transiit de magnitudine. Velocius autem et tardius uenit in omni portione se habentes adinuicem magnitudines transire: possunt enim esse in portione dupli: et in portione empyolia: que sexquialtera ab arithmetico vocatur: que est qd unum contineat totum alterum et mediam eius partem in super. Est enim in greco empy dimidisti: et olon totum: et inde componitur empyolia: quod est continens alteram partem et totum. **D**onamus ergo in istis proportionibus se habere duas magnitudines ad duo puncta: et sit hec portio velocioris ad tardius: et in eodem tempore adducatur velocius sibi empyolia portionem: et diuisant magnitudines sibi atomia siue indiuisibilia ex quibus dicuntur componi: ita qd linea significans magnitudinem cuius motus significatur per. a. b. c. d. et diuisatur in tres atomos: a. b. c. d. et super illam sit motus velocioris. Magnitudo autem super quam est motus tardioris significetur per lineam. e. 3. i. diuisam in duos atomos. e. 3. i. quia tria ad duo se habent in portione empyolia: in qua portione positus est se habere velocius ad tardius. **P**ositum autem est: qd tempus sit unum: motus vtriusqz. **E**t quia nos supra posuimus qd tempore necesse est diuisi sibi diuisiorem magnitudinis: et conuerso: tunc tempus in quo velocius transiit lineam trius atomorum: necesse est diuisi in tres atomos componetes totum tempus motus sui: quod equaliter spatium transiit equaliter velor in equali tempore: et ideo in isto transiit sibi atomum spatij: in tanto transiit sibi et tertium: et tempus tres equales atomos habebit. Signetur ergo totum tempus p. k. l. m. n. et diuisat in tria diuisibilia: que sunt. l. m. n. Sed eadem ratione idem tempus quod etiam mensurat motum tardius p. e. 3. i. magnitudinem secabif in duo: sicut secatur sua magnitudo in duo: que que sunt sub empyolia ad tria que sunt empyolia ad duo: et illa duo sibi designent idem tempus cum tempore velocius sit sicut tria atomia velocius. Sed si equaliter tardius transiit aliquod spatium in tempore aliquo medietate illius spatij transiit medietate temporis illius: ergo tardius quod transiit. e. 3. i. spatium in toto tempore. k. l. m. n. medietate transiit in medietate illius temporis: sed dimidisti illius temporis sunt unum atomum et dimidius: ergo atomum temporis diuisit. **I**dem autem sequitur si tempus trius atomorum diuisat in duo equalia: sicut diuisit magnitudo quod transiit tardius: quia tria atomum non diuisant in duo equalia: nisi p unum et dimidisti: et p unum et dimidisti: et sic sequitur indiuisibile diuisit et bipartibile. **C**onstat enim qd tardius medietate sui spatij non transiit in uno atomum totius temporis: sed in pluri: cum equalia spatia transeat in temporibus equalibus. **A**d manifestum est igitur ex omnibus prehabitis qd nihil continuum neqz in partibus neqz in toto est partibile. **F**igura autem lineam hoc modo praeferat: ut primo ponatur linea velocius in tria diuisa significata p quatuor: lineas. a. b. c. d. deinde linea tardius significata per tria momenta. k. l. m. n. deinde linea tardius significata per duo atomia: que sunt. e. 3. i. sicut hic vides: et debet referre ad motum velocius et ad motum tardius: et ad partes vtriusqz motus.

Ex. 7. c. 23.

Que sit empyolia portio

Ex. 7. c. 21.

Ex. 7. c. 22.

Cap. 7^m. De pbatidē qd idē nōc ē dīuisibile ē in toto tpe.



Liquia Jam nos ostēdimus p̄tinuum nō componi ex indiuisibilibus: op̄ nōc nos loquit̄ de nōc indiuisibili qd accipit̄ in tēpore vtrū sit vnū ē idēz: vt postea videamus an in ipso possit esse motus. Si enī ipsum sit indiuisibile ē vnū: tunc si dicatur motū esse in ipso: ē motū esse indiuisibile: ē hoc nos ostēdemus in sequētibus esse falsū. Dico ergo qd duplex nōc est in tēpore: vnū quidē fm̄ seipsam nōc dicit̄: ē alterum qd est tēpus breue cōpositū ex p̄terito p̄tinuo ad p̄sens: ē ex futuro qd coniungitur propinque p̄senti: ē hoc vulgari ter nunc ē apud grammaticos dicitur: ideo quia p̄sens componitur ex p̄terito ē futuro: ē hoc non fm̄ seipsam vocatur nunc: sed fm̄ alterum qd est p̄sens: qd habet coniunctionem cum parte p̄teriti ē cum parte futuri: ē cum nos querimus vtrum idem sit: intelligimus de eo qd fm̄ seipsū dicitur nunc: ē hoc est idem simplex qd solus de tempore potest accipi. De illo ergo loquentes dicimus: qd necesse est in ipso nunc qd non fm̄ alter: sed fm̄ seipsū ē p̄ncipaliter nunc dicitur esse esse indiuisibile: ē ratione necesse est qd hoc in omni tempore sit idem ipsum: ē nos quidem ostēdemus qd ipsam esse idem: ē ex hoc cōcludemus qd est indiuisibile. Quod autē sit idem sic probatur. Cum enim duo tempora scilicet p̄teritum ē futurum p̄tinentur aliquo qd est finis vnus ē p̄ncipium alterius: eo qd omne p̄tinuum sic p̄tinuatur: oportet qd aliquid sit vltimū p̄teriti: ita qd nulla pars p̄teriti sit: ē qd aliquid sit vltimū futuri: ita qd nulla pars futuri sit: ideo vltimū p̄tinuans vtrūqz. In p̄terito quidē nihil est futuri per modum partis: ē in futuro nihil est p̄teriti: ē quod sic neutrius pars est hoc esse diximus in quarto libro terminum vtriusqz: quia est finis vnus ē p̄ncipium alterius: sic vtrūqz tempus terminatur ad ipsum. C Si ergo demonstratur qd talis est terminus huius per se: ē nihil futuri in p̄terito: ē nihil p̄teriti in futuro: ē qd est idē ipm̄ fm̄ sensum: ē differat in ratione: fm̄ qd est finis vnus ē p̄ncipium alterius: tunc simul cum illo declaratum est: qd idem nunc est indiuisibile: qd si esset diuisibile cum ipsum sit tam futuri qd p̄teriti terminus: oporteret etiam qd esset pars vtriusqz tēporis: quia id quod diuidi potest: est pars quantitati a continui: ē sic cuz sit causa p̄teriti ē futuro: vt dicitur est: sequeretur qd alia pars p̄teriti esset in futuro: ē qd alia pars futuri esset in p̄terito: ē ideo necessario sequitur qd si idem est in p̄terito ē futuro qd sit indiuisibile: nec pars p̄teriti: nec pars futuri. C Probemus ergo qd necesse est idē esse ipsum nunc quod est terminus vtriusqz tēporis. Si enim non est idem: tunc dabitur qd alterum est. Si autē alter: est: cum sit in tēpore: oportebit qd illa nunc que altera sit in tempore: aut immediate se p̄sequantur in tempore: ē tangant se in ipso: aut non immediate sequantur: ita qd sint separata per aliquid intercedens medium inter ea. Si autē datur: qd nunc que altera sunt p̄sequenter se tangant in p̄tinuo tempore: tunc oportet per ea que in principio huius serui dicitur sunt: qd p̄tinuum tempus sit ex indiuisibilibus: ē que p̄sequenter se tangant in p̄tinuo vniantur per formam p̄tinuat: hoc autem est impossibile: qd continuum sit ex indiuisibilibus: ergo nunc altera non sunt p̄sequenter in p̄tinuo tempore. Si autē esse dicantur separata abinuicem in p̄tinuo tēpore: tunc oportet qd aliquid inter ea incidat medium sui generis. Ad medium autē op̄z qd sit de genere extremoz: ē ideo inter duo non incidit medium nisi tempus: omne enim p̄tinuum talis nature est: qd oportet qd inter duo extrema sit medium: qd est de genere illoz extremoz: vnde inter duo puncta non intercidit punctus: sed linea ē inter duas lineas nō intercidit nisi superficies: ē inter duas superficies non intercidit nisi corpus: cuius causa est: quia p̄tinuum fluit ab indiuisibili: ē ideo ab indiuisibili qd est vnus generis non fluit p̄tinuum: qd est alterius generis. Sic ergo cuz omne medium intercedens inter duo indiuisibilia sit vnus ē vnus generis cum ipm̄: oportet qd etiam inter duo nōc separata nō intercidat nisi tempus. Indiuisibile enim non intercidit nisi inter duo indiuisibilia: qd sic indiuisibile p̄sequenter esset in diuisibili: ē sequeretur idem qd p̄sens. Constat autē qd si tempus intercidat medium hoc tēpus est diuisibile. Ostē

sum est autem in quarto libro huius scientie: qd omne corpus est diuisibile. Si ergo dicatur hoc totum esse nōc. s. duo indiuisibilia diuersa cum tempore qd intercidit: sicut ponte aduersarius ipsum nunc esse diuisibile: ē si ipsum nunc est in diuisibile: tunc erit in tempore: sicut pars p̄tinui temporis. Est autem ipsum in p̄terito ē futuro: ergo in p̄terito est aliquid qd per substantiam ē subiectum pars futuri est: ē in futuro est aliquid quod est pars p̄teriti: quia illud nōc necesse est componi ex p̄terito p̄senti ē futuro: ergo aliquid factum est in futuro: ē aliquid futurum est in facto: er quo sequitur qd illud quod iam p̄teritū ē subiectum pars futuri est: ē in potentia ad hoc qd fiat ē futurum sit: quod est valde incōueniens. Hoc autem totum sequitur ex hoc: qd nunc fm̄ qd diuiditur p̄teritum a futuro: eo qd est p̄ncipium vnus ē finis alterius p̄terminat p̄teritum ē futurum in vtroqz p̄ aliquid existens idem in subiecto. C Adhuc sequitur aliud inconueniens: ē est hoc: qd nunc quod sic separatur a nunc p̄ tempus intercedens non nunc est per se dictum: sed dictum per alterum: quia per illud nunc non est diuisio vnus tēporis ab alio: cum ipsum componatur ex vtroqz: quia in principio huius capituli posuimus nos de ipso velle investigare. C Adhuc autem ē tertium sequitur incōueniens: qd ipsum nunc qd posuimus esse indiuisibile: aliquid est factum: ē aliquid est futurum: ē non semper est idem quod factum est: ē qd futurum est: qd id quod factum est abiit ē non est: id quod futurum est non dūm est: ē sic ex duobus non entibus componitur nunc: qd h̄z entitatē solus in tēpore: qd est valde incōueniens. C Sequit̄ autē adhuc quarto: qd ipsum p̄tinuans partes tēporis non est idē simul: ē si ipm̄ nō est idē simul: non est cōtinuatio partium tēporis ad idem: ē sic tempus erit non continuum. C Si enim dicatur nōc p̄dicto modo componi: t̄c est diuisibile in multa sicut tempus: qd omne tempus in multa potest diuidi: quia si omnia hec impossibilia est cōuenire ipsi nunc: tunc oportet dicere qd idem est nunc qd est in vtroqz tēpore p̄terito: ē futuro: vt terminus vtriusqz existens: ē si idem est: tunc manifestus est qd est indiuisibile. Si enim esset diuisibile: tunc contingeret qd componeretur ex tempore intercedente: ē tunc contingerent eadem inconuenientia que dicta sunt prius. Vnde indiuisibile ipsum esse per se manifestum est: ē ex indiuisibilitate sua probatur esse idem fm̄ substantiā suam: ē diuersas habeat rationes fm̄ qd est finis vnus ē p̄ncipium alterius. C Manifestū est igit̄ ex his que dicta sunt: qd aliquid est in tempore quod est indiuisibile: ē idem qd vocamus ipsum nunc.

Cap. 8^m. Qd nihil mouetur neqz quiescit in tempore.



Mod autē In indiuisibili tēporis nihil mouetur ex his que dicuntur erit manifestū. Si nāqz datur aliquid moueri in ipso: tunc per ea que dicta sunt oportebit dare: qd aliquid mouetur in ipso velocius: ē aliquid tardius. Si gnemus igitur qd nunc in quo ponitur aliquid tardius ē velocius moueri per litteram. n. id autem quod mouetur in ipso velocius: moueatur in nunc per spatium. a. b. lineę. Totum ergo per antedicta tardius in eodem nunc mouebitur per minus spatium qd velox: dicatur igitur: qd tardum in nōc transit partem. a. b. spatij: illa pars significet per. a. g. Sed constat qd etiam velox mouetur per partem illam spatij que est. a. g. Cum ergo tardum transeat illam partem spatij in nunc: velox transibit in minori tempore qd sit nunc: ergo nōc est compositum ex breuiori ē longiori tēpore: ē hoc iam ostēdimus esse impossibile: ergo non potest dici motus esse in nunc. Lineę autem huius demonstrationis sunt due. C At vō neqz quiescere conuenit aliquid in nunc: ē hoc probatur primo per diffinitionem quietis: quam posuimus in quinto libro huius scientie. Ibi enim diximus qd id quiescit qd in natura materie habet moueri: ē tunc quiescit quando ē vbi aptum natum est moueri. Sumamus igitur illam partem diffinitionis huius: que est quando aptum natū est moueri qd tunc quiescit: sed in nunc nūqz aptum natū est moueri: ergo in nunc nūqz quiescit. C Amplius autem si idē est nunc in vtriusqz sicut iam ante probauimus. Constat autem si duo tempora accipiantur: quorum vnū est p̄teritum: ē alterum est futurum: conuenit aliquid in toto p̄-

Ex. 7. c. 24.

Ex. 7. c. 25.

Ex. 7. c. 26.

Ex. 7. c. 27.

Ex. 7. c. 28.

Ex. 7. c. 29.

Ex. 7. c. 30.

Ex. 7. c. 31.

Physicorum

tertio moueri: et in toto futuro quiescere. Si ergo detur posse moueri in nunc: et posse quiescere in nunc: tunc oportet concedere: quod cum mouetur in preterito toto: quod mouetur etiam in extremo nunc: et tamen quiescit in futuro toto: quod quiescit etiam in nunc: quod est principium futuri: sed vnum et idem nunc secundum substantias est postremum preteriti et principium futuri: ergo in vno et eodem nunc per substantiam mouetur et quiescit aliquid: quod est impossibile: ergo et hoc est impossibile: quod aliquid quiescat in nunc. Amplius quiescere quidem dicimus aliquid quod simile se habet in toto: et in partibus: et nunc et prius. Sed in ipso nunc indiuisibili non est prius: quare neque quiescere. Necessesse est igitur omne quod mouetur moueri in tempore: et omne quod quiescit necesse est in tempore quiescere.

Tractatus secundus sexti libri physicorum de motus diuisione.

Capitulum primum De diuisibilitate eius quod mouetur.



Quia autem iam ostendimus

Nullum primum ex indiuisibilibus componi: in diuisibilia diuidi nec motum esse posse. In indiuisibili temporis. Accedamus nunc ad hoc quod motum omnem ostendimus esse diuisibile in infinitum. Et primo quidem declaramus: quod omnis motus est diuisibilis dicentes: quod omne quod mutat necesse est diuisibile esse. Dicimus enim in quinto: quod omnis mutatio est ex quodam in quiddam. Et hoc declarat ex hoc: quod cum id quod mutat est in eo ad quod est motus vel mutatio: tunc non amplius mutat: sed est in mutatum esse. Cum autem est in eo ex quo est motus vel mutatio: et ipsius et partes eius omnes: quiescit et non mutat: quod quod simile se habet nunc et prius: et ipsius et omnes eius partes: quiescit et non mutatur. Quod autem aut id quod mutat est in eo ex quo mutat: et ipsius et partes eius: tunc manet in forma: vel ubi in quo erat prius: et ideo in illo non mouetur sed quiescit. Oportet igitur quod mutatum quando mutat sit in intermedio: ita quod sit partim in eo ex quo: et partim in eo ad quod est motus: sicut ostendimus in fine quinti libri superioris. Non enim possumus dicere quod in vtriusque terminis motus sit actu: quod tunc esset mutatum quo ad terminum ad quem: et non esset mutatum adhuc quo ad terminum ex quo. Superius autem in hoc eodem capitulo probauimus: quod non potest id quod mouetur quando mouetur esse in ultimo terminorum diuisum: quod si esset in termino ad quem: tunc non mutaret: si esset mutatum: et si esset in termino a quo: et ipsum et partes eius: tunc non adhuc mutaretur sed quiescit. Similiter non possumus dicere: quod nullo modo sit in terminis motus a quo et in quem: quod nihil mouetur ad hoc quod nullo modo se habet in seipso: sicut ostendimus in fine primi libri: ergo relinquimus dicendum quod secundum aliquid sit in termino a quo est motus: et secundum aliquid in termino ad quem est motus: et hoc esse est in intermedio quod quodammodo est extrema: sicut dictum est in quinto. Ratio autem quod est in eo in quod primum mutat secundum primum mutationem antequam sit in extremo fine mutationis. Hoc autem est intermedium extremorum: et hoc est duplex medium in extrema. Est enim aliquid medium secundum formam qualitatis aliquam que est diuisa specie ab extremis: et non tamen differens ab extremis per magis et minus: siue per intentionem et remissionem: sicut est fuscus et pallidus inter albus et niger. Et similiter est in speciebus saporum: et odoribus: et auditibus: et alijs quibuslibet: necesse est quod id quod mouendo venit in medium habeat oppositum vtriusque extremorum motus sui: et est in medio: quod potentia est extremum. Aliquando autem medium non differt forma et specie ab extremo: sed tamen per magis intensius et minus intensius: sicut est inter calidum et frigidum et tepidum: et ideo tepor non est diuisa qualitas a calore: et ideo talia contraria videtur habere media: cum tamen non sit transitus ab extremo vno ad aliud nisi per medium: non quod specie: sed intentione differat ab extremo: necesse est enim quod mouetur non statim in quolibet vltimorum finis sui motus: propter quod ostendimus motum esse in indiuisibili temporis. Manifestum est igitur ex his que dicta sunt quod omne quod mutat est diuisibile. Dubitabit autem fortasse aliquis de hoc quod probauimus quod si ideo ostendimus id quod mouetur esse diuisibile: quod necesse est ipsum quando mouetur partim esse in eo ad quod est motus: et partim esse ex quo

est motus. Videtur enim fortasse aliter: quod per hoc non probatur id quod mouetur esse diuisibile: sed potius esse quandam formam et compositionem in ipso mobili. Non enim intelligitur sic quod vna pars distincta mobilis sit in eo ex quo est motus: et altera pars distincta sit in eo ad quod est motus: quia ex hoc non sequeretur moueri id quod mouetur: sed sequeretur quod ipsum esset in motu in vna parte: et in altera parte quiesceret: et nondum moueretur: nec etiam intelligitur sic quod indistincte habeat in vna parte aliquid eius a quo est motus: et in alia aliquid eius ad quod est motus: quod sic vterque terminorum motus non inesset ei secundum idem: et ideo cum vnum expellatur ab alio: tunc vnum non expelleret alium: quia non ageret in ipsum cum non esset secundum eandem partem mobilis: sed potius intelligitur non de parte mobilis: ut diximus in quinto: sed de parte motus qui est inter extrema: et ex hoc non sequitur quod mobile sit quantum et diuisibile sicut videtur: sed quod quedam formarum compositione sit in ipso et si diuiditur forte secundum differentias diuiditur. Amplius videtur: quod demonstratio insufficientis sit in motu secundum locum. In motu autem mobile dupliciter mouetur. scilicet naturaliter et violenter. Naturaliter quidem: sicut cum terra descendit: ignis ascendit: et in illo motu id a quo est motus secundum naturam est prius in motu. Id autem ad quod est motus est posterius in motu. Et videtur quod locus per quem est motus sit separatus omnino ab vtroque istorum: et sic cum id quod mouetur in illo non videtur esse partim a quo: et partim ad quem et sic non sequitur quod id quod mouetur in motu locali sit diuisibile. Et hoc quidem concessit Anaxagoras dicens in alijs moribus in quibus mobile mouetur ad formam non est diuisibile nisi secundum formam compositionem et diuisionem. In motu autem locali dicit non esse perfectam demonstrationem: nisi addatur quod locus medius qui est inter terminum a quo mouetur: et ad quem mouetur id quod fertur in motu locali esset secundum naturam medius inter extrema: sicut color medius inter colores extremos. In motu autem violento non est aliquid prius et posterius secundum naturam: sed per accidens: sicut in ipse motus est per accidens. Adhuc autem demonstratio inducta particularis esse videtur: quod constat ex hoc quod generatio et corruptio non possunt dici esse partim a quo: et partim ad quem: quando id quod mouetur est in motu: quia fortasse substantiales sunt simplices: et non est in eis generatio et corruptio post partem: sicut in passionibus et in passibilibus qualitatibus: et sic videtur quod demonstratio non teneat nisi gratia materie. Et ut hoc excusaret Alexan. peripateticus dicit omnem motum et omnem mutationem esse diuisibile: esse in tempore: sed quod ad esse ita subito quod lateret nos tempus: et diuisibilitas earum. Quedam autem sunt in tempore continuo et non subito: quarum diuisibilitas et tempus non later nos. Sed in hoc Alexan. contradicit illi: in quod senserunt sapientiores peripatetici: quod Arist. dicit generationem et corruptionem et illuminationem non esse in tempore: esse motus simplices: et ideo non videtur verum quod dicit Alexan. Themiostus autem consentit in hoc quod sunt quedam mutationes simplices sicut dicitur est: sicut est motus illuminationis in domo ex motu candele: et motus vmbre ex motu corporis obiecti ad lumen: et sicut motus coline a dextro in sinistram: et quedam alie mutationes simplices: sed tamen et in his ea que mouentur sunt diuisibilia: non sunt diuisibilia propter motum esse simplicem et diuisibilem: tamen quia magis videtur diuisibile esse quod mouetur motu diuisibili magis quam quod mouetur motu indiuisibili: ideo est ratio aliqua declarans que precedit ad ostendendum mobilis diuisibilitatem ex diuisibilitate motus. Sed secundum hoc in demonstratione inducta non causa pro causa poneretur: quia secundum hoc diuisibilitas motus non esset causa diuisibilitatis eius quod mouetur: et tunc etiam causa quam inferius adducemus: scilicet quod moueri in tempore diuisibili sit causa diuisibilitatis eius quod mouetur: non causa esset: cum id quod mutatur in indiuisibili temporis: etiam sit diuisibile: sicut id quod sit homo vel equus nunquam aliquid ita sit homo et equus quod aliquando sit partim equus: et partim aliud: vel partim homo: et partim aliud: sed vel homo est: vel non homo: vel equus vel non equus. Causa ergo inducta quando per diuisionem motus diuisibilitas probatur eius quod mouetur esset non causa: sicut si diceremus:

Tex. r. c. 32.

Tex. r. c. 31.

5° phy. l. c. 7.

5° ph. l. c. 6. r. 32.

Mediu duplex. id est auerrotis in plenitudo.

Co. 32. Digo p qua vide Comen. hic diffuse.

Co. 32. R. nio Anaxagoras pacts hspani

Co. 32. R. nio alexandri apud dicit.

Improbatio Alexandri.

R. nio themiostus.

Improbatio euidem.

quasi homo ambulat: quod est rationalis: rationalitas enim non est causa sine ambulationis: sed est aliquando concomitans ipsa. **C**um ista autem obscuritate quid tenendum sit non satis exprimit Averrois qui dicit se diu sustinuisse opinionem. **A**mpetere: sed postea eam sibi non placuisse: eo quod demonstratio inducta que in veritate Arist. est non sic procedit: sed potius quod cum ad quod movetur non movetur in eo a quo est motus: sed continue movebitur recedens ab illo: nec movetur in eo in id quod est motus: sed potius in motu esse: oportet quod ipsam quod aliquid sit in utroque simul quando movetur. **Q**uicquid autem in duobus simul secundum aliquem modum oportet sit compositum: non per formas trans: sed potius essentialiter secundum sui quantitatem: ergo id quod movetur essentialiter est divisibile: propter sui ipsius quantitatem. **P**ropter quod nos lucidius ostendere volentes quod obiectum est vicinum cum Arist. in 6^o philosophorum: quod omne id ad quod est motus est divisibile: hoc quidem probabilem infra: sed inter ea ad que motus est: quedam sunt divisibilia per se: quedam per accidens. **P**er se quidem sicut locus: et quantitas. **P**er accidens autem sicut qualitas ad quam est motus. **Q**uod autem movetur susceptibile est hoc modo divisibile: quod est susceptibile divisibile est divisibile: ergo omne quod movetur est divisibile: hoc est perfecta declaratio demonstrationis superius inducte et probatio eius. **E**t quod Ampetere objicit de loco: non est instantia: quod in celo et mundo monstrabitur non moveri nisi vel violenter nisi per id quod secundum aliquem est locus. **N**unc enim locus sit ut superficies ut in 4^o philosophorum scietur ostendimus libro: oportet quod locus unde est motus superficies sit: et similiter locus ad quem est motus: et similiter locus super quem. **D**iximus autem supra quod inter quaslibet differetias vel plures superficies est corpus: cum nihil sit vacuum. **O**portet ergo quod in loco sit corpus circumscriptionis a loco illo: et tunc medius in quo corpus est motus per hoc quod nascitur sumit locus aliquid habet de duobus contrarietatibus loco extremorum inter que est motus: sic etiam mobilis divisione. **D**e alijs autem mutationibus simplicibus concedendum videtur sicut obiectum est: sed non oportet quod demonstratio teneat de illis: cum non sint mutationes secundum propriam rationem mutationum: sed potius sint quedam. **S**ic enim mutationis non proprie est mutatio. **T**hemistij vero dictum videtur esse peruersum.

Cap. 2^o. De duplici motus divisione: quare una est secundum id quod movetur: et altera secundum tempus.



Motus autem divisibilis est duobus modis. **U**no quidem modo dividitur motus tempore divisione. **A**lio vero modo dividitur divisione partium: non motus: qui sunt motus partium eius totus quod movetur. **C**uius ratio est: quod nos totum motus aliquid non accipimus nisi duobus modis: quorum unus est: quod dicimus totum motus aliquid qui sibi inest gratia omnium partium motus per totum spatium: et dicimus dividitur motus eiusdem qui sibi inest gratia partium medie motus per totum spatium: et tertium motus qui inest eidem per totum spatium: gratia partium tertie per totum spatium motus. **N**ec enim divisio non est secundum partes spatij: cum quilibet moveatur per totum spatium: precipue cum secundum divisionem spatij non dividatur motus principali divisione: quod si dividatur in spatio non est motus unus continuus: et nos loquimur hic de divisione unius motus continui. **D**icimus enim motus unum qui est in tempore uno: et illius medietas est in dimidio illius temporis: et tertia illius motus est in tertia illius temporis: sic deinceps: quod primo modus divisionis essentialior est motus: eo quod illa convenit ei per subiectum proprium in quo est: loquimur primo de illa. **D**ico ergo quod in illa motus est totus in totali divisione: motus vero est alius a motu partium simul aggregato: et hoc probatur in exemplis. **S**it enim magnitudo eius quod movetur tota significata per totam lineam. **A. C.** dividitur in duas partes super lineam. **B. I. T. A.** quod. **A. B.** sit pars prima eius: et **B. C.** sit eius pars secunda: quod igitur sic se habet in continuo quod motu ipso movetur pars eius: verum erit dicere quod suppositum. **A. C.** movetur totus: quod utraque pars eius movebitur. **S**ic tam illa que est. **A. B. C.** illa que est. **B. C.** Signemus igitur particulares motus partium: et dicamus quod motus partium. **A. B.** sit partialis motus. **D. E.** partium. **A.** que est. **B. C.** sit partialis motus. **E. F.** Dico ergo: quod tunc totus motus totus erit motus. **D. F.** qui componitur

ex partialibus motibus. **D. E. F.** sicut totum. **A.** componitur ex. **A. B. C.** **C**onstat enim quod totum. **A. C.** secundum hanc totalitatem motus movetur in eo quod utraque partium eius movetur secundum utraque partem motus: et hoc probatur ex hoc: quod neutra partium est eius quod movetur secundum partem motus qui est alterius: sed utraque movetur secundum suam partem: movetur propriam in toto spatio. **N**unc igitur totum continuum non habet totalitatem aliam: nisi illa que est ex partium aggregatione: erit totus motus compositus ex partibus idem cum totus magnitudinis eius quod movetur motu: et hoc est quod intendimus probare. **A**mplius hoc idem per aliam rationem ostendimus: omnis enim motus est alicuius motus: quod motus est in aliquo subiecto: et id movetur: ergo necesse est quod totus motus qui signatur per. **D. F.** sit alicuius motus. **C**onstat autem quod iste motus totus simul non est motus partium dividitur: quod neutre partium rei motus est utraque pars motus simul accepta. **C**onstat autem: quod nullus alterius est nisi rei que movetur ipso motu. **C**uius enim totus motus totus est illius eiusdem totus partium sunt partes motus: quod si totus motus signatur per. **D. F.** dividatur in duas partes modo predicto: tunc partes sunt partium magnitudinis. **A. B. C.** que posita est moveri illo motu: et non sunt aliquarum partium: altarium: quia ostendimus in quinto libro superius: quod subiectorum plurium non potuit esse unus motus in numero continuus: ergo motus ille qui constituitur ex partibus: que sunt motus partium eius quod movetur est idem cum motu totus: et hoc est quod volumus declarare. **C**onsequenter etiam declarabimus ducendo ad impossibile si detur oppositum. **S**i enim detur quod totus magnitudinis alicuius est motus quod motus partium magnitudinis: sit ille motus qui est totus qui signatur per. **T. I.** et dividatur in puncto in quo ponitur littera. **K.** hic igitur motus separatur et remouetur a motu partium: sicut una res diversa ab alia. **I**ste ergo motus: qui est totus motus et non partium: aut est equalis partium motui: aut deficit ab ipso: aut abundat et excellit motui: si est equalis ei: ergo partes motus huius dividitur sicut partes motus prioris qui est. **D. E. F.** **C**onstat autem: quod unus motus non est nisi unus motus simul acceptus in ipso. **S**i ergo totus motus totus qui est. **T. I.** dividatur divisione subiecti in motus partium subiecti: motus prime partium. **A. B.** qui est. **T. K.** erit idem cum motu. **D. E.** et motus secunde partium. **C. B.** qui est. **K. I.** idem cum motu. **E. F.** et totus. **C. I.** equalis: et idem erit motus. **D. F.** et datum erat quod esset diversus. **N**unc autem sequitur ideo quia unus non est unus motus simul et semel et secundum eandem speciem motus acceptus: et omnino si est totus: cum ostensum sit: quod omne totum cuius est motus aliquid dividitur: oportet etiam quod motus in partiales partium motus dividatur. **S**i vero diceretur: quod motus deficit a motu partium: ponamus igitur: quod pars illa que est. **K. I.** deficiat. **C**um ergo continuus non habeat totalitatem extra partes non habebit motus extra partes suas. **C**um igitur pars motus est. **K. I.** nullus sit partium: non potest etiam esse totus: et sic. **K. I.** nullus mobilis est motus: et sic est aliquid motus: qui nullus est: quod est contra supposita: quod ibi diximus: quod omnis motus est alicuius mobilis motus: unde iste motus nec est totus: neque partium: quod unus motus est unus: nec potest dici quod sit alicuius magnitudinis: que diversa est ab ista: quia nos ostendimus in quinto: quod continuus motus est quorundam continuorum: et diversa ab invicem non sunt continua. **I**dem autem omnino sequitur: si detur quod iste motus qui est totus excellat alium secundum divisionem: quia in parte in qua excellit partiales motus non est alicuius partium: et cum totum non sit extra partes non erit ab illa pars excellens etiam totus motus: et sic erit nullus: quare si hec omnia impossibilia sunt: oportet quod motus partium sit eiusdem mobilis cum motu totus: et quod est equalis et idem illi: et dividatur in motus partium eius quod movetur. **N**ec igitur est divisio: que est secundum motus partiales partium eius quod movetur: et istam divisionem necesse est venire omni motui: qui est motus alicuius partibilis per quantitatem. **A**d motus enim intelligentie qui est divisibilis per quantitatem est etiam eius quod non dividitur per quantitatem. **D**escriptions autem linearum sunt iste: accipiamus enim primo lineam magnitudinis que est. **A. B. C.** deinde accipiamus motus partium per aliam lineam que est. **D. E. F.** tertio illam que representat motus totus qui dicitur remoueri a motu partium: qui est

in isto libro
in co. 32.
secu pph.

in isto docto
rio pph.

Termin^o mo
tus dupl^r di
vidi potest.

4^o pph. c. 41.

in ex. c. c. 33.

Ex. c. c. 34.

Ex. c. c. 35.

Physicorum

e. k. i. sicut hic videtur. a. b. c. Alius autem modus quo motus
 d. e. 3. diuiditur est sicut tempus. c. k. i. sicut diximus a princi-
 pio: h enim tempus non sit causa que faciat motum esse di-
 uisibile: cum ipsum est signum semper ostendens ipsius esse
 diuisibile: hoc signum sepe in demonstrationibus ponitur
 pro medio demonstrationis. C. Modus autem diuisionis
 est: quia cum omnis motus sit in tempore: tempus autem
 omne sit diuisibile: ut supra ostensum est: oportet quod sicut te-
 pus diuiditur: quod sic diuidatur motus. Eadem enim est di-
 uisio mensurati et mensure: eo quod una quantitas sit vtriusque.
 Si enim motus aliquis totus est in tempore toto: minor mo-
 tus: qui est pars totius motus aliquota erit in parte tempo-
 ris aliquota. Dimidia enim pars motus est in dimidia te-
 poris: et tertia in tertia: et sic deinceps. C. Quoniam autem
 omne quod mouetur motum suum habet in aliquo genere:
 et in aliquo tempore mouetur. Et quod omnis temporis est mo-
 tus aliquis: cum tempus sit numerus motus: necesse est quod
 eodem sint diuisiones ipsius et motus: et e conuerso et ipsum
 moueri. Hec est motio ipsa et magnitudo que mouetur: et na-
 tura in qua est motus habebit similitudinem et diuidi preter hoc
 solum: quod ea ad que est motus sine natura in quarum gene-
 re est motus non habebunt semper vnius rationis diuisio-
 nem: quod motus qui est in qualitate et quantitate: et quantitas
 habet per se diuisiones in partes essentiales sibi. Qualitas
 autem diuiditur per accidens: quod non diuiditur omnino: nisi
 si quia subiectum eius diuiditur primo: et ideo quod qualitas
 quedam distenditur simuliter in subiecto: ideo etiam ipsa
 diuiditur: et illa qualitas que non habet subiectum proprium
 magnitudinem: vel est in subiecto non multiplicata propter
 quantitatem subiecti illa non diuiditur. Quod autem motus
 diuidatur sicut diuisionem temporis sic probatur: sit enim te-
 pus in quo est motus aliquis signatus per litteras. a. motus
 autem significet per litteram. b. Si enim concedatur: quod regula-
 ri motu aliquid motum est in toto tempore motu toto qui
 signatur per. b. tunc in dimidio illius temporis expleuit to-
 tum motum minorem quam sit. b. et in dimidio illius medietatis ite-
 rum minorem partem motus expleuit: et sic semper diuidit
 motus ad diuisionem temporis: quod ista est per se nota: quod si to-
 tus motus regularis est in aliquo tempore toto: quod medie-
 tas illius erit in dimidio illius temporis: et medietas me-
 dietatis in dimidio medietatis temporis: et sic deinceps: et
 propter hoc etiam e conuerso verum est: quod si motus diuiditur
 quod etiam tempus diuiditur. Si enim per totum motum moue-
 tur in toto tempore: tunc per medium motum transit medius
 tempus: et iteque per minorem partem motus transit medietas
 transit minorem partem temporis quam sit medietas: et sic deinceps.
 C. Similiter autem diuidetur et ipsum moueri: quod dif-
 ferentiam facimus inter motum et moueri: eo quod motus est ac-
 ceptio forme successiue vel acceptio vbi. Sed moueri voca-
 mus ipsum decursum qui est in mobili per modum passiois.
 Quod autem hic moueri diuidatur sicut tempus patet. Sit enim
 ipsum moueri totum signatum per litteram. e. illud igitur mo-
 ueri est minus totum sicut medium motus: sicut sicut tempus:
 et iteque minus medietate sicut minorem partem motus et temporis:
 quam sit medietas motus et temporis: et sic deinceps: et hec omnia
 per se sunt manifesta. Similiter littere demonstrationes sunt
 tales: ut hic sunt descripte. Similiter autem conuenit motio: quod
 ipsum moueri vocamus que est passio mobilis diuidi ipso
 motu diuiso. Si enim ponamus moueri vnum esse continuum
 sicut vtriusque partem vnius motus qui sit sicut sicut totus signatus
 per. d. e. et diuidatur in littera. c. tunc moueri erit continuum
 prime parti motus qui est. d. c. et secunde parti eiusdem mo-
 tus qui est. c. e. Sicut enim tota motio sicut totum moueri se
 habet ad totum motum: ita partes eius se habent ad partes mo-
 tus: vel detur oppositum. Et si aduersarius daret oppositum
 dicat: quod motio sit alius alterius motus quam partium istius
 motus: et sic non adequatur partibus motus: tunc oportet quod
 ipsum moueri sit plus quam motus sicut quem inest ipsum mo-
 ueri: quod illud moueri quod est est in plus quam motus non continua-
 tur illi: quod est sicut motus ista in suo mobili: quod plura non potest
 esse vnum moueri continuum. Si enim nos supra determinant
 motus esse diuisibilem in motus partium eius quod moue-
 tur: ita oportet quod ipsum moueri diuidatur: quod coniunctum est
 motui. Et si accipiat moueri sicut vtriusque partem motus mo-

ueri est continuus. Si autem extendit se extra partes motus in
 alio subiecto: tunc non erit continuus: et hoc erit contra positio-
 nem: quod nos loquimur de vno moueri continuo. Id autem sequi-
 tur si in minus sit motio quam motus: quod cum motio sicut ipsum
 moueri extendat se per subiecti motus: si in plus est motus
 oportet quod motus extendat se extra subiectum: et sic motus
 qui est in pluribus subiectis est vnius et continuus: quod est im-
 possibile. Linea autem demonstrationis sic formatur: quod du-
 catur linea significans motum: et alia sub ipsa significans ipsum
 moueri eiusdem litteris: quod vnum indiuisibile est ab alio sicut
 hic videtur. d. c. e. C. Et his autem demonstrationibus etiam de
 monstrabitur: quod si longitudo spatij est diuisibilis: quod motus
 diuiditur: et omne id vniuersale ad quod est motus et in quo est
 motus: sicut in genere predicamenti: preter quod quedam sicut
 accidens diuiduntur: sicut supra dictum est: et hoc est idem:
 quod id quod mutat est diuisibile: vno enim illoque quocumque diuiso
 omnia diuiduntur. Et si vnum eorum sit infinitum per diuisio-
 nem vel finitum: omnia simul erunt finita vel infinita per diuisio-
 nem: et hoc quodlibet probatur diuiso alioque omnium: tamen
 principium per quod alia probata sunt diuisa est id quod semper est
 in omni motu in ratione sua importat diuisioem: et hoc est
 id quod mouetur. Ad hoc enim quod nominat id quod mouetur
 sicut quod mouetur in ratione sua importat diuisioem in infinitum:
 quod motus dicit partim esse in termino a quo: et partim in ter-
 mino ad quem. Sed nos in superioribus quidem ostendimus
 motus quod diuidatur. Quod autem in infinitum diuidatur: in
 sequentibus erit manifestum.

C. Cap. 3. De probatione: quod omne quod mutatum est in eo est
 ad quod mutatum est: et non est in eo ex quo mutatum est.



Hic probemus: quod in infinitum est
 diuisibilis motus: ostendimus
 quod id quod mutatur quando mutatum
 est: est in eo ad quod est mutatum: et non in eo ex
 quo mutatum est: et etiam prius ostendimus:
 quod id in quo primo mutatum est est indiuisibi-
 le. Sine enim his duobus non possumus habere viam ad
 hoc quod probemus motum diuidi in infinitum. Dico igitur
 circa primam inter hec duo declarationes: quod omne quod mu-
 tatur quocumque mutatione sicut illa sit simpliciter mutatio sicut mo-
 tus: venit ex quodam in quiddam. Cum autem id quod mu-
 tatur deserat id ex quo mutatum est: et acquirat id ad quod
 mutatum est: oportet quod sit in eo ad quod mutatum est: et non in eo ex
 quo mutatum est: ipsum deficit in eo quod mutat per mutatio-
 nem: quod mutari ex aliquo: aut est idem quod deficere id ex quo
 mutatur ab ipso: aut ad mutari sequitur deficere id ex quo
 mutatur deficere in eo quod mutatur. Si enim mutatio ac-
 cipitur ut passio eius quod mutatur: tunc necessario mutari est
 deficere ab eo ex quo est mutatio: quod passio magis facta ab ip-
 so est formam que per accidens agentem in ipsum. Si autem mutatio
 accipitur ut actus sicut perfectio eius quod mutat sicut ipsum
 est in potentia: tunc ab ipso id ex quo est mutatio sequitur ad
 mutari: quocumque autem istorum modorum mutari se habeat ad de-
 ficere id ex quo est mutatio: semper verum est: quod id quod mutatum
 est non est in eo ex quo mutatum est: sed in eo ad quod: eo quod hoc
 quidem simpliciter vel sicut quid acquisitum est per mutationem.
 Dico autem quod mutatum est non tamen quod perfecte est mutatum: sed etiam
 quocumque partem mutatum sit statim: quando attingit proximam
 mediam quod est post id ex quo mutatum est: et iam incipit deficere
 id ex quo mutatum est: et id quod mutatum est in eo ad quod mu-
 tatum est. C. Et hoc manifestum est in mutatione que est sicut co-
 tradictione: eo quod ibi extremis mutationis coniungit sine me-
 dio: eo quod inter contradictionem non est medius: unde cum mutationes
 que sunt in subiecta sint inter contradictionem non est medius inter eas:
 cuius causam assignauimus hanc esse: quod sicut forma substantia-
 lis simpliciter est: et non per accidens per accidens: nec habet per accidens: et
 ideo aut sicut totum et perfectum esse habet: aut nullo modo ha-
 bet: quod igitur id quod mutat in substantia statim ut mutatum est
 in extremo illo ad quod est mutatio: ideo hoc quod dicitur est
 manifestius est in substantia quam in alijs mutationibus. Quod
 igitur vna mutationum sicut genus est sicut contradictione: et mani-
 festum est in mutatione: que non habet medius quod id quod muta-
 tum est in esse: eo quod non deficit et distat ante esse: necessarium est
 quod sit in esse. Cum enim de quolibet sit affirmatio vel negatio
 vera. Omne quod est necesse esse: est aut esse: aut non esse. Ma-
 nifestum

Tex. r. c. 36.

Tex. r. c. 37.

Tex. r. c. 38.

Tex. r. c. 38.

Tex. r. c. 40.

Tex. r. c. 41.

nifestum igitur est: quod etiam id quod mutatum est in mutatione
 fm̄ dictionez: erit aut in esse: aut in non esse: sed non in non
 esse: eo quod deficit et distat a non esse: erit igitur in esse quod muta-
 tum est. Si autem in hac mutatione sic se habet: tunc necesse est quod in
 oibus sibi se habeat: quia omnes mutationes in hoc sunt siles quod
 sunt ex aliquo in aliqd: et distat ab eo ex quo sunt. C. Am-
 plius: et si nos accipiamus id quod dicitur esse fm̄ vnaquaq; mu-
 tatione sigillatim manifestu erit: et hoc probatur per deductio-
 nem ad impossibile si datur oppositum. Ad enim quod mutat: qua-
 do mutat: est necesse est quod sit alicubi: siue in aliquo. Si er-
 go non sit in eo in quod mutat: est: tunc necesse est aut erit in eo
 ex quo mutatum est: aut in alio. Constat autem quod non est in eo
 ex quo mutatum est: quia habitus esse: quod id deficit et distat ab
 ipso. Cui ergo necesse sit alicubi esse: in aliquo esse erit in hoc
 ad quod mutat: est: aut in alio. Et si dicatur: quod non est in hoc
 tunc est in alio. Sit igitur id aliud ad quod mutatum est. b. et id aliud
 in quo est id quod mutatum est quando mutatum est sit. c. Cum
 igitur ex primis constat: quod mutatio sit continua erit id continue
 mutatum vsq; ad. b. quod postum est quod. b. sit in quod mutatum
 est: itez cum sit. c. aliud ab ipso. b. sicut positum est: opz quod tran-
 seat id quod mutatum est a. c. in. b. quod aliter mutatio non esset
 continua: ergo cum est in. c. transit in id quod est in. b. sed dicitur esse:
 quod erat in. c. quando mutatum est: ergo quando mutatum est transit
 adhuc in. b. quod est impossibile: quia si quando in. b. mutatum est
 erat in. c. et transit de. c. in. b. tunc quando mutatum est ad. b. transi-
 bat adhuc ad. b. quod est absurdum: positum enim erat quod. c. non sit
 cum. b. nec sit et contrarium siue contradictorium eius: quia sic. c.
 esset id ex quo mutatum est. Cuius igitur mutatio continua est si-
 cut dictum est: tunc id quod mutatum est quando mutatum est ad
 huc mutat in id quod mutatum est. Hoc autem est impossibile:
 ergo necesse est: quod id quod mutatum est sit in id in quo mutatum
 est. C. Cuius bis igitur manifestus est quod est id quod factum est: qua-
 do factum est est in esse: et quod corruptum est quando corruptum
 est erit in non esse. Unius enim dictum est de omni mutatione: et ma-
 xime manifestum est in ea que fm̄ contradictione est. Ad ha-
 nifestu est igitur: quod id quod mutatum est est primum mutatum est ad
 proximum iuxta id ex quo mutatum est: siue id sit medium siue
 extremum: est in illo in quod mutatum est: et hoc est quod volumus
 declarare. Linee vero indirecte in linea signatur ita quod. c. et. b.
 sint due linee ab vno principio exeuntes: et quod mutatum po-
 nitur esse in altera: que est. c. cum mutatum est in. b. fm̄ veri-
 tatem sicut videri potest hic.

Cap. 4. Quod in quo primo est mutatum: et a quo primo est mu-
 tatum sunt indiuisibilia: et a quo finis manet in eo: si non per se.

Tex. r. c. 44.

In quo autem primo mutatum est illud
 necesse est esse indiuisibile: quod gre-
 ci atomum vocant. Dico autem
 primum: cur gratia sui et non gratia alterius ateri-
 buntur motus alterius: dico quod sit pars eius vel
 totum ad ipsum: et non loquor hic de primo: quod hinc
 tempus est primum: sed potius de primo quod fm̄ quod idem est pri-
 mum et per se: et hoc est id cui sic conuenit mutatio: vel muta-
 tum esse: quod non potest inueniri tempus in quo mutatio conue-
 niat alteri quod sit aliqd: hoc est aliqua pars eius: et de hoc di-
 ctum est: quod est diuisibile cui conuenit mutatum esse vel mutatio-
 nem esse ab ipso. Ad enim sunt nisi duo quibus hoc modo at-
 tribuitur mutatum esse in mutatione: quorum vnum est finis mu-
 tationis: et alter principium: et aliter est in continuo omni. De
 enim continuo est inter duo indiuisibilia: et ideo cum motus et
 mutatio accepta cum motu sint continua: opz quod sint iter duo
 indiuisibilia: et hoc quidem declaratur per deductionem ad im-
 possibile. Si enim det aduersarius veritatis: quod primum in
 quo mutatum est quando mutatum est sit diuisibile: tunc id pri-
 mum sit signatum per. a. c. linea et diuisa illa fm̄ partem
 signat per. b. vna pars eius sit. a. b. et alia pars sit. b. c. Si
 igitur id quod mutatum est sit mutatum in vtraque istarum partium
 in. a. b. s. et. b. c. tunc per distinctionem primi qua diximus seq-
 tur: quod non sit mutatum in toto. a. c. sicut in primo: quia primum
 diximus esse idem quod per se: cui conuenit mutatum esse non gra-
 tia alterius quod sit aliqd eius hoc est quod sit pars eius. Si autem
 dicat aduersarius: quod in vtraque partium transmutatur: et in to-
 to est in transmutatum esse: et sic transmutatum esse puenit gratia
 totius: et non gratia partium: hoc est impossibile: quia totum non
 habet aliqd nisi in partibus: totum dico acceptum in ratione con-

tinui. Continuum constituitur ex continuis: sicut supra diximus: et
 ita non potest dici: quod in vtraque parte sit in transmutari: et in to-
 to in transmutatum esse: sed potius necessarium est si in vtraque
 parte transmutatur: quod etiam in toto transmutaret. Et si in to-
 to est transmutatum esse: quod etiam in partibus sit in transmutatum
 esse. Sed tamen positum erat: quod in toto est in transmutatum esse pri-
 mo: et hoc ostensum est esse impossibile. Et ad autem: quod id est
 aduersarius veritatis dicat: quod id quod transmutatum est in vna
 parte inest transmutari: et in alia imutatum esse conuenit et mu-
 tatum esse totum gratia partis: ergo prius conuenit parti quod toti:
 sed positum est quod post conuenirent toti: ergo aliqd est prius pri-
 mo: quod est impossibile: ergo non potest dici quod illud cui primo con-
 uenit mutatum esse sit diuisibile: quod non erit diuisibile in quo
 primo mutatum est. Linea autem demonstratiois est hec. a. b. c.
 Et bis eisdem autem tanquam correlariis accipiemus: quod id est etiam
 quod corruptum est: et id quod factum est in indiuisibili sicut in pri-
 mo hoc quidem corruptum est. Illud autem latius generatum est.
 Sicut autem latius ante diximus id in quo primo mutatum est
 in mutatione dicitur dupliciter: hoc est de duobus modis. Unus
 enim dicitur in quo primo perfecta est mutatio. Quando enim
 mutatio venit ad finem: et est perfecta: tunc verum est dice-
 re quod mutatum est et gratia alicuius per se dicitur imutatum esse
 se: quia gratia finis. Aliud vero primum dicitur in quo cepit muta-
 ri. Dico autem in quo sicut in principio: et non in quo esse ha-
 buit mutatio: non enim mutatio est in indiuisibili sicut ab i-
 diuisibili sicut a principio: et id principium necesse est indiuisi-
 bile esse: si ipsum sit primum et per se principium mutationis per
 eandem necessitatem per quam finis mutationis est indiuisibi-
 lis: et oino in ipso non est mutatio: sed continue post ipsum: et ab
 ipso: sicut nec in indiuisibili quod est finis est mutatio: sed ante
 ipsam et ad ipsam: sic enim linea se habet ad duo puncta in
 ter que est ipsa linea. C. Illud autem principium quod dicitur esse
 fm̄ finem mutationis existit in esse: et hoc etiam est illud quod
 est per se: et primo in hoc quod mutatum est: et hoc ideo: quod opoz
 ter quod mutatio perficiatur: non autem perficitur nisi in suo fi-
 ne. Et latius ante ostensum est: quod mutationis finis est indiuisi-
 bilis: et aliter non esset finis per se: sed per alterum: quod esset
 pars eius ut superius diximus. Illud vero primum quod omni-
 no primum est illud est a quo est mutatio: et illud non habet esse
 cum primo probatum sit quod mutari est deficere: vel sequitur
 ad deficere: et illud quod deficit est principium ex quo est motus
 et mutatio. Id principium autem mutationis non est propter hoc
 quod mutatio est de numero successiuorum: et non dico primum
 tamen id ex quo a principio est motus: vel mutatio fm̄ actum:
 sed etiam in toto motu id ex quo est motus non est: neque ma-
 net vbiunq; accipitur: neque etiam est tempus aliquod in
 quo primo et per se mutatum illud quod mutatum est: sicut nos
 infra probabimus: sed est indiuisibile temporis. Et quia nos
 ostendimus: quod principium ex quo est motus: sicut sit primo
 principium: siue secundo primum: siue tertio primum: exclusa est
 questio quorundam: quare non ostendatur esse medium sicut
 primum: cum medium etiam mutationis non maneat: sicut
 neque primum. Adhuc autem non sunt audiendi qui dicunt mo-
 tum habere finem et principium: sed finem habere indiuisi-
 bilem: et non principium: quia hoc falsum esse patet ex predi-
 ctis. Adhuc autem si quis dicat vtriusque indiuisibilem hinc mo-
 tum: sed tamen a peripateticis non fieri mentionem nisi de
 fine: sicut nec Arist. ut illi dicunt de fine loquitur: nisi de fine per
 antedicta: quod falsum dicunt: et dictum eorum ex praua itelli-
 gentia sicut Arist. dixit: cui sicut hic dictum est dicat Arist. et si-
 cut hic dicitur est explanat esse Commentatores.

E. r. c. 45.

E. r. c. 46.

Cap. 5. Quod non est primum in mutatione: neque in eo quod
 mutatum est.

Et que dicta sunt vera sunt:

Tex. r. c. 47.

Sed autem dicitur: facile probabimus: quod in
 mutatione non est aliqd pri-
 mum: sicut nec in aliquo continuo-
 rum si primum sumatur fm̄ superius habitam
 distinctionem: hoc est cui ita attribuitur mutatio: quod non gra-
 tia alterius conueniat. Cum enim non omnis mutatio sit co-
 tinua non est accipere quantumcumque paruum: quod mutatio est
 quin sit infinitus diuisibile: ergo ante quacumque partem est pri-
 or: post quacumque partem est pars posterior: et sic nunquam
 erit mutatio alicui attributa ita quod non alteri conueniat. Idem

Quo hinc
 Si in id
 mutatum est

Quo hinc
 Si in id
 mutatum est

Physicorum

mutatio autem fuit: quod conuenit gratia sui: et non gratia alterius: ergo in nulla mutatione est accipere primum. Si autem dicat aduersarius quod in mutatione non est accipere primum quod est mutatio pars: et mutatio: eo quod quilibet pars mutationis mutatio sit. Sit igitur primum. a. d. tota autem mutatio cuius mutatio sit pars cui per primo conuenit esse mutationem. Si igitur a. d. sit id mutationis cui primo conuenit esse mutationem: aut est diuisibile: aut indiuisibile: et constat per antedicta: quod non est diuisibile: quia indiuisibile mutationis non est in diuisibili temporis: sed in indiuisibili temporis. Sicut igitur mutatio est ex indiuisibilibus: ita tempus erit ex indiuisibilibus: que sunt ipsa natura: et hoc supra probatum est. Sicut igitur a. d. mutatio componitur ex indiuisibilibus: ita et tempus in quo est mutatio illa: eo quod supra habitus est quod omnis mutatio est in tempore. Amplius si a. d. est quedam indiuisibilis mutatio: sit tempus illud in quo gessit illud quod illa mutatio mutat. a. c. Quod autem gessit in toto aliquo tempore gessit in quolibet parte ipsius: gessit in parte temporis que est. a. Si ergo a. d. ponitur esse impartibile: tunc erit in spatio indiuisibile: et in indiuisibili temporis: sed inter finem gessit et primum motus non est tempus: et iterum natura non potest esse medietas: quia natura non est conueniens ad naturam: ergo in eodem et gratia eiusdem est aliquid gessit et motus simul quod est impossibile: quia absque dubio in a. ponitur gessit: et illud est indiuisibile: et est in indiuisibili loci et temporis. Cum autem procedit mutatio usque ad d. tunc est mutatio et indiuisibilis: et cum sit indiuisibilis est in eodem tota mutatio a. d. in quo est. a. quod est primum mutationis: et sic erit tota in indiuisibili temporis: quod est. a. c. quia si motus est indiuisibilis et tempus erit indiuisibile: constat autem quod gessit in principio illi temporis: et post principium continue mouetur: cum sit indiuisibile in principio temporis est idem cum toto tempore: sed in toto mouetur: et in principio gessit: ergo in eo quod est idem re indiuisibile tempus gessit et mouetur. Ceterum autem sequitur de fine temporis: si enim in toto tempore mouetur in fine temporis necessario gessit: et si tempus dicatur indiuisibile erit subiecto idem tempus et finis temporis. Sit igitur in fine gessit: et in toto mouetur: sequitur quod in eodem indiuisibili tempore gessit et tam motus est: quod est impossibile: g. non potest dici quod d. a. sit indiuisibilis sicut alia pars mutationis. Si autem sit mutatio diuisibilis ostendimus: quod in ea non est primum. Sit enim tota mutatio cuius illa predicta est pars signata per. c. a. d. ita quod una pars eius sit. a. c. et alia. a. d. aut igitur mutatio sit in utraque partem mutationis: aut in neutra: aut in altera trahitur. Si dicitur: quod in neutra est mutatio: tunc cum totum non sit nisi ex partibus constitutum: sequitur quod nec in toto mutatio sit: et hoc est falsum: quia postum est in toto esse mutationem. Si autem datur: quod in utraque sit mutatio: tunc cum mutatio sit prima et successiva: sequitur quod prius est secundum partem quam secundum totum: ergo mutatio non est primo attributa toti: et aliter de partibus parte: et de parte illius partibus: quia quilibet est accipere prior. Si autem in altera trahitur sit mutatio: tunc non erit verum quod est post in toto secundum divisiones primo habitam: siue ergo primum dicatur indiuisibile: siue diuisibile non potest esse primum: quod sit mutatio in alia mutatione: et hoc est quod volumus demonstrare. Figura autem demonstrationis est hec. c. a. d. Ceterum autem demostretur: quod etiam. c. a. in eo quod mutatum est in quibus mutatum est non est aliquid primum: quod sit primum secundum predictam divisionem. Si autem dicat aduersarius: quod id quod transmutatur habet primum ante quod nihil sit accipere de ipso dicamus quod tunc transmutatum totum signatur per. d. e. et diuisum in puncto. 3. ita quod prima pars eius que primo est transmutata sit. d. 3. et ultima pars eius que transmutatur sit. 3. e. et dicamus quod tota magnitudo. d. e. transmutatur successive secundum partes: ita quod prima pars in prima parte temporis: et secundum partem eius in secunda temporis transmutatur: et sic deinceps de partibus temporis: et partibus transmutatur: itaque tempus in quo prima pars que est. d. 3. transmutatur. t. i. Superius enim demonstratum est: omne quod mutatur diuisibile est: et ideo hypothesis est impossibile: secundum igitur istam positionem: tota pars eius quod mouetur quod est. d. 3. mutat in toto tempore. t. i. cum illud tempus habeat partes: oportet quod medietas eius que est. d. 3. mutetur in medietate temporis. t. i. et iterum medietas medietatis temporis: et sic in infinitum: ergo in eo quod mutat non est accipere aliam partem primam: quia ante quilibet est accipere aliam prior: cui per primum conuenit mutatum esse: et gratia cuius conuenit alteri: que in ipso diuisum: ergo in eo quod transmutatur non est accipere partem primam. Figura autem est hec. d. 3. e. t. i. qua uides hic. Ceterum quod

des igitur: nec in eo quod mutat: nec in eo in quo mutatur hoc est in tempore: siue est in ipsa mutatione: non sit accipere primum: manifestum est ex dictis. Sed tamen id quod mutat ut forma: siue ut genus secundum quod mutatio non se habet similitudinem. Tria enim sunt que a mutatione denominantur. scilicet illud quod mutat: et in quo est mutatio ipsa: et illud in quo est mutatio: et horum exempla sunt: quod id quod mutat est sicut homo vel astrum: et illud in quo est mutatio est tempus: et illud in quo est mutatio est: sicut albus vel locus: vel aliud tale: et homo quidem et tempus: et generaliter illud quod mutatur: et illud in quo est mutatio: sunt indiuisibilia per se: eo quod quanta sunt per se: sed de albo siue de eo in quo est mutatio est alia ratio: illud enim semper per se diuisibile est illud in quo sit mutatio: sed illud est indiuisibile per se: et per accidens: et si large sumatur diuisio ad diuisionem per se: et per accidens: tunc omnia tria sunt diuisibilia: eo quod subiectum cui accidit album aut quale sit per se diuisibile. Quoniam autem diuisum per se et non secundum accidens: illis non conuenit habere primum: sicut in magnitudinibus nullum est secundum dictam definitionem primum. Ceterum si dicitur aduersarius quod aliquid quod mutatur habeat primum: sicut magnitudo que mutat: sit igitur magnitudo est illud in quo mutatur. a. b. et mouetur ex parte. b. i. c. spatium. Spatium ergo in quo mutat figuratur per. c. b. lineas. Queramus ergo utrum spatium. b. c. sit indiuisibile vel diuisibile. Si indiuisibile: tunc oportet quod magnitudo spatii sit composita ex indiuisibilibus: quod est falsum: et supra improbatum. Si autem est diuisibile tunc quilibet pars eius est diuisibilis: ergo cum pars eius diuisibilis diuisitur igitur: tunc anterior pars eius est que est. c. erit prior ipsa in eo quod mutatum est: et iterum per eadem necessitates erit alia pars prior ista: et semper curret sic: eo quod diuisio spatii si gnata per. b. nullo modo deficit: sicut non deficit diuisio aliquid cuius terminus: ideo prius motus est. a. b. in id quod uocatur. c. g. nullum primum est quod mutatum est: ita quod ante ipsum nihil sit accipere in quo prius mutaret. Similiter autem est in mutatione que est in genere quantitatatis. Illa enim mutatio est ad id quod est per se continuum. Ad manifestum est igitur: quod non conuenit diuisibile esse per se in quo est mutatio nisi in quantitate: et in illo genere est indiuisibile: aliquid quidem per se et non per accidens diuisibile: quia motus non est nisi ad formam que distendit secundum quantitatem in subiecto inuentam. Figuratur autem sic: quod non stratio: et mobile quid sit linea. a. b. spatium sit linea. b. c. sicut uides hic. a. b. vel aliter. b. c. d. b. b. c.

De primo et communi tempore motus: et quod ex hoc probatur quod omne tam infinites mutatum est.



Etiam autem sicut predictum: omne quod mutat aliqua mutatione mutatur in tempore: dicitur ipsius dupliciter in tempore mutari: aut mutatur in tempore: quia tempus est sua mensura prima et propria adequata ei: aut mutat in tempore: quod non est sua mensura prima et propria: et est adequata: sed in parte sua mutatur: ubi gratia. Dicimus enim quod aliquid motus fuit in anno: non intelligentes quod durauerit per annum: sed potius quia fuit in die illius anni: et tunc mensura communis motus est annus: prima autem et propria est dies in qua durauit motus: et hoc uocamus primum: cui ut mensure motus attribuitur: non gratia alterius: sed potius gratia sui: quia adequatur ei secundum principium et finem: et enim motus non habeat primum tempus in quo primo sit: ita quod ante ipsum non sit in alio: tamen habet primum tempus in quo est totus motus: et hoc est id quod pertrahitur inter duo nunc: quorum unum est principium motus: et alterum est finis eius. Hoc igitur supposito sic dicimus: quod si aliquid motus est in toto aliquo tempore sicut in suo proprio et primo tempore: oportet quod quilibet pars eius de tempore sit in aliqua parte eiusdem temporis: et mobile quod mouetur motu illo mouetur in qualibet parte temporis illius: et hoc manifestum est ex definitione primum quod diximus. Hoc enim modo definiuimus primum superius: nec oportet hic repetere. Hoc etiam hic manifestabimus deducentes ad impossibile dicentem oppositum. Ceterum si enim aliquid dicatur: quod aliquid mouetur in aliquo tempore quod est primum et principium motus: et non mouetur in qualibet parte illius temporis: tunc ponamus quod tempus totum quod est principium motus signetur per. x. r. et quia omne tempus est diuisibile ut superius ostendimus: licet nobis illud tempus diuidere in duas partes: et signis diuisi stionis sit. k. ita quod prima pars eius sit. x. k. et altera sit. k. r. sicut hic uides

Exc. r. c. 45.

Exc. r. c. 49.

Exc. r. c. 50.

Aliquid dupliciter et erit in tempore mutari.

Exc. r. c. 51.

hic vides. x. k. r. Queramus igitur utrum illud quod movetur in toto tempore. x. r. moveatur in parte temporis que est. x. k. r. ultra similitur movetur in secunda parte que est. k. r. Si enim dicatur: quod in neutra parte movetur: tunc oportet quod quiescat in toto tempore: quia non est motus in toto tempore: nisi per hoc quod est in partibus eius: unde impossibile est moveri ipsum in toto: et tamen in nulla parte illius totius. Si autem diceretur: quod moveretur solum in altera parte: tunc motus totus in altera parte expletur: et sic illa pars fuit sibi primus et proprius tempus: et non totum: et hoc est contra hypothesis: que dicebat quod totum tempus erat solum tempus proprius et primus: et non commune. Quis ergo totum tempus. x. r. sit proprium eius operis quod moveatur sicut vtriusque partes ipsius: ergo necesse est quod id quod movetur motus sit in qualibet parte temporis dicti: et hoc est quod volumus ostendere.

biles: neque vtile esset eis ad suas demonstrationes cum non demonstrant nisi de lineis diuisibilibus in lineas. Simul etiam cum dicitur & etiam totum contrarium supponunt mathematici: & per alio modo omnem quidem lineam dicunt fieri: hoc est diuisibilem in partes diuisibiles. Conuenit autem etiam datis lineis indivisibilibus quas ponunt esse propter comensurationem ad huc significare lineam hinc quam comensuratio fit. Non enim probatur in geometricis comensurabilitas linearum per lineam indivisibilem: sed potius per lineam diuisibilem in infinitum: & sic inutilis est positio linearum indivisibilium: ex quo positio illis ad huc inquiratur de alijs hinc quas fiat comensuratio: quare hoc quod dicitur ridiculum est: quia hinc opinionem eorum etiam ex quibus dicitur dicentes se ostendere probatur quod a veritate declinant se ad litigatam disputationem in quantum protrahunt contra veritatem: & deueniunt in rationem sophisticam in quantum paralogizant seipsum. Et hec quidem dicta antiquorum sic ostenduntur esse debilia: ut dictum est. Ad multipliciter enim debilia est ista opinio: & hinc omnem modum nititur diffingere dicta probabilia & redargutiones que sunt ab ipsa veritate. Ad huc autem inconueniens vtriusque erit propter rationem Zenonis aliquem persuaderi quod ponat esse indivisibiles lineas: propter hoc quod non habet & nescit contradicere ad rationem Zenonis quam facit contra motionem per rectam aut semicircularem lineam quam motionem: ut dicit Zenon confestim necessarium est incidere infinitis periferiis in semicirculo: & distantijs entibus in rectam lineam eadem in intermedio antequam id quod fertur ventat ad extremum. Illi enim qui posuerunt indivisibiles lineas componere lineam dicebant illas esse finitas: & sic intermedias esse finitas: & ita peruenire aliquando ad extremum: & hoc modo euadebant: ut eis videbatur rationem Zenonis. Isti autem ut euaderent vnam egritudinem opinionis inciderunt in perlorem. Est autem hoc inconueniens: propter ea que dicta sunt: & est rursus tanto magis inconueniens quanto facile suadibile erat oppositum: propter motionem equalium circulo: hoc est equalium arcuum in circulo quas accipit in singulis horis id quod regulariter mouetur in circulo vel semicirculo: per illos enim arcus facile suadibile est: quoniam vtriusque necessarium est quodcumque mouetur moueri hinc maiorem arcum semicirculi quam sit indivisibilis: & hoc est facile suadibile per quocumque alta talia: que considerata sunt circa accipit de medio partem aliquotam que numerat totum spatium: & non accipit partem indivisibilem. Hec enim multo probabilius concessa sunt: quam illa que ipsi dicunt. Ad manifestum est igitur quod neque necessarium est: neque probabilis quod propter dictas rationes philosophorum indivisibiles esse lineas supponantur.

Cap. 3^m. In quo inducunt omnes rationes geometricae contra indivisibiles lineas.

Huc autem nescit non esse aliquas indivisibiles lineas: & suum memus primo rationes ex his que in mathematicis dicuntur. Dicta autem in illis scientijs aut debent manere firmiter supposita: aut si submouenda sunt debent submoueri rationibus firmiteribus & credibilibus: quod sunt ipsa: & hoc quidem esse non potest cum sint demonstrata. Indivisibiles igitur non esse lineas primo probatur per lineae definitionem: siue enim diffinitur linea hinc se: siue diffiniatur linea recta: diffinitio nec indivisibili non competit: quia linea in se & recta diffinitur per habere medium inter extrema. Linea autem indivisibilis si est indivisibilis medium nullum habet inter extrema: quia si habet medium inter extrema: distatque nec cessat illud medium: quia inter extrema non est diuisibile: ut probatur etiam supra in 6^o physicorum: sed inter puncta duo continua est linea que diuisibilis est. Quod autem linea diffinitur per habere medium & etiam recta linea: ex hoc patet quod in geometria dicitur: quod linea est longitudo sine latitudine cuius extremitates sunt duo puncta. Recta autem linea

3^o de nat. t. c. 23. & infra.

Primo de generatione. t. c. 6. & 9.

superflue diuisioni. **C** Si autem dicat quod non omnis linea diuiditur tamen in duas partes: sed illa sola tamen diuiditur in duas partes que est ex perfectis lineis: hoc est ex lineis que perfecte tam habent rationem linearum: hoc est quod sunt indiuisibiles: tunc adhuc restat quod qualis aliqua linea sit indiuisibilis: cum sit species quantitatibus: que diuisibilis est semper. **L**inea enim diuisa in duas partes diuiditur in ea quecumque tamen possibile est iterum diuidere: sicut euidenter probatur per rationem primum: que est quod primum est quod diuiditur septemternaria et infinita diuisione. Sic ergo indiuisibilis diuiditur: si dabitur quod linea ex perfectis lineis partibus diuiditur in perfectas lineas: et ille ulterius: et nunquam stat diuisio: ergo indiuisibiles linee sic diuiduntur. **S**i autem dicatur: quod linea in duas partes per equalia diuisibilis est: illa que partitur ex perfectis: tamen illa que partitur ex imperfectis lineis: que sunt elementa perfectarum linearum: et sunt indiuisibiles: non potest diuidi per equalia: quod illa habet aliquam partem: et ideo diuiditur per inequalia: quod imperfecta linea est semper pars: et est indiuisibilis que non est equalis partem: que est vel esse potest totum in genere linee. **C** Si inquam sic dicatur: adhuc restat eadem questio: qualis alia linea sit indiuisibilis: cum enim diuiditur per inequalia: partitur tamen quod diuiditur per longum: eo quod oportet accipere ex diuisione linee linea est. **O**mnis autem linea diuisibilis est secundum medium perfectum. **A**d hoc autem punctum non primum est punctus extremus: sed potius potentia est linea que distendit inter extrema puncta: et sic patet manifeste: quod nullo modo ratione reddere huiusmodi: qualis autem linea sit diuisibilis. **C**ursus ad idem rationem motus obijciemus. **R**estat enim ex his que dicta sunt in 8^o physico: quod si aliquid regulariter motum mouetur per spatium aliquod in toto tempore signato: quod in medio illius temporis mouetur per medietatem eiusdem spatii: et in minori parte temporis illius quam est medietas: mouebitur per minorem partem quam sit medietas spatii: que siquidem datur longitudo alterius spatii componitur ex superfluis indiuisibilibus: hoc est pluribus indiuisibilibus que superfluit diuisioni: tunc non est verum de motu per spatium: sed potius auferit excessum per medietatem: quod superfluum quod est pars spatii per diuisionem accepti: et est indiuisibile: non potest diuidi per medietatem tempore motus diuisio: et bene dico quod auferit: quod habetur est: quod in medio tempore transit medietatem: eo quod secundum ynam similitudinem: et tempus: et linea super quam est motus diuiditur. **C**um igitur inconueniens sit hoc: ut in 6^o physico ostendimus: neque una oppositarum linearum diuiditur modo predicto: hoc est per equalia que sunt perfecte linee: et per inequalia vel que sunt elementa linearum. **R**estat tam per dictam rationem: quod sicut in se non diuiduntur modo predicto linee: ita etiam non diuiduntur temporis motus diuisione: ergo nulle erunt indiuisibiles linee. **Q**ue autem eiusdem rationis sunt iterum species quantitatibus primum secundum genus suum prouenit omnia facere et impartibilibus lineis. **E**t enim impartibilibus linee componatur linee perfecte: tunc quod dicuntur linee perfecte componere planum: et planum dicuntur componere corpus: ideo prouenit necessario quod hec omnia sicut ex primis componentibus sunt et impartibilibus lineis: et ideo hoc per istam considerationem obijciemus contra eos. **D**ico ergo primo sumens rationem ex linea et sibi propriis: quod omnis linea non infinita duos habet terminos: eo quod linea his terminis terminata est: sicut patet ex definitione linee. **I**ndiuisibilis autem linea non est infinita: ergo habebit terminos: non duplices in extremis: ergo autem est diuisibilis: quod terminus semper est alterius quam sit terminus: est enim primum longitudo. **A**nt oportet dicere: quod erit alia linea que est preter hanc quas videmus lineam: que neque infinita est: neque terminata: et hoc est figmentum quod imaginari non potest neque esse: quod non terminatum vel terminatum esse contradictionis modo opponitur circa lineam. **A**mplius secundum dicta non erit in omni linea punctus: quod in indiuisibili linea non est punctus: eo quod indiuisibilis non est indiuisibile: quod iterum in infinitis: et siquidem sic dicatur: quod non est punctum terminans lineam indiuisibilem: tunc necessario sola seorsum erit linea talis: et deinde separatam etiam existet punctus: una enim erit sola secundum hoc lineam. **P**luralitas enim omnis prouenit: aut ex diuisione formali: aut ex diuisione re. **E**x diuisione autem formali prouenit sicut differente sunt plures et forme plures in eodem genere. **E**x diuisione autem primum prouenit: sicut in diuisa plura sunt in eadem specie. **S**i autem linea fingatur esse sine puncto: tunc neutro modo habebit pluralitatem: quod linea aliena non differit formali: nec linea potest diuidi aliena diuisione primum: quia linea non est indiuisibilis nisi in puncta: et tam ponitur ex puncto esse vniuersaliter separata: ergo erit sola et vnica. **S**i autem plures sine linee: tunc oportet per iam dictam rationem quod diuisibilis sit linea. **A**d hoc autem siquidem in indiuisibili linea dicatur non esse punctus: tunc sequitur vniuersaliter in nulla linea esse punctum secundum istos: quod ipsi dicunt alias lineas ex indiuisibilibus constare: et nihil amplius componere essentias earum nisi lineas indiuisibiles: et hoc est inconueniens. **A**mplius autem nihil omnino de genere primum erit intermedium puncto: aut oportet quod linea sit medium: quod inter duos terminos non oportet aliquid intelligi esse nisi intermedium. **S**i autem hoc datur: quod linea est intermedium punctorum: cum in omni linea sint plura puncta secundum re veritatem et probationem iam inductam: non potest aliqua linea esse indiuisibilis: quia secundum omnem punctum diuisibilis erit. **A**mplius si sunt linee indiuisibiles non omnis linee erit tetragonum: quod est inconuenientissimum: cum omnem lineam contingat in se ductum: et sic necessario una posita linea tetragonum generari. **I**n hac enim generatione simplicius est tetragonum quam trigonum. **S**i autem tetragonum: tunc necessario sequitur quod sit dicendum: eo quod longitudinem habet et latitudinem: quia hoc quidem tetragonum est hoc aliquid quod est diuisibile esse: propter suas essentialis dimensiones. **C** Si autem tetragonum est diuisibile: tunc necessario etiam linea ex qua generatur erit diuisibilis: quia tetragonum non habet longitudinem et latitudinem: nisi ex longitudine linee ex qua generatur. **A**mplius constat quod terminus linee necessario erit punctus et non linea: quia si linea esset terminus linee oportet ire in infinitum: unde linea non erit terminus. **I**lla autem linea que est extremum per hoc quod ponitur indiuisibilis simpliciter: cum omne indiuisibile simpliciter terminus sue extremum sit est linea indiuisibilis: ergo si illa linea est linea habebit punctum: et si est indiuisibilis omnino non differat a puncto: ergo punctum erit terminus puncti indiuisibilis: et sequitur etiam: quod linea punctus: hoc est que est punctum: sit minor vel maior linea puncto: quod terminatum maius est termino: ipsa autem et terminus est et terminatum. **S**i autem dicatur: quod linee indiuisibilis inest punctus: propter hoc quod vnum et idem est terminus primum: hoc est continuitatem habentium linearum: tunc oportet etiam quod indiuisibili linee non sit punctus: cum supponatur esse continua. **E**t vniuersaliter loquendo oportet quod in aliquo differat punctus a linea: quia secundum istos nihil habebit proprium indiuisibilis linea per quod differat a puncto preter nomen solum: et hec omnino inconuenientia sunt. **A**mplius si linea dicatur indiuisibilis: tunc similiter planum manet indiuisibile: et similiter corpus ex planis compositum est indiuisibile. **U**no enim istorum ente indiuisibili: oportet quod consequenter omnia alia sint indiuisibilia: propter hoc quod si vnum istorum diuiditur: vtrunque aliorum consequenter sequitur diuidi. **C**orpus autem secundum vtrunque diuisionem scilicet linee et plani que sunt in ipso diuiditur: et secundum profundum et secundum latum: ergo vtrunque linea erit indiuisibilis. **C**orpus enim secundum planum ut isti dicunt diuiditur. **P**lanum autem diuiditur secundum lineam: et ulterius linea diuiditur secundum punctum. **C**orpus enim non secatur nisi in superficie: et superficies in linea: et linea in puncto: propter hoc quod vniuersaliter in suo indiuisibili diuiditur: et corporis indiuisibile est planum: eo quod non diuiditur ratione corporis in profundum: et plani indiuisibile est linea: eo quod diuiditur diuisione plani in latum: et linee indiuisibile est punctum: quia non diuiditur omnino aliqua diuisione. **L**inea autem diuiditur diuisione vna: et planum duabus: et corpus tribus. **C**ap. 5^m. De probationibus quod linea non componatur ex punctis.

saliter separata: ergo erit sola et vnica. **S**i autem plures sine linee: tunc oportet per iam dictam rationem quod diuisibilis sit linea. **A**d hoc autem siquidem in indiuisibili linea dicatur non esse punctus: tunc sequitur vniuersaliter in nulla linea esse punctum secundum istos: quod ipsi dicunt alias lineas ex indiuisibilibus constare: et nihil amplius componere essentias earum nisi lineas indiuisibiles: et hoc est inconueniens. **A**mplius autem nihil omnino de genere primum erit intermedium puncto: aut oportet quod linea sit medium: quod inter duos terminos non oportet aliquid intelligi esse nisi intermedium. **S**i autem hoc datur: quod linea est intermedium punctorum: cum in omni linea sint plura puncta secundum re veritatem et probationem iam inductam: non potest aliqua linea esse indiuisibilis: quia secundum omnem punctum diuisibilis erit. **A**mplius si sunt linee indiuisibiles non omnis linee erit tetragonum: quod est inconuenientissimum: cum omnem lineam contingat in se ductum: et sic necessario una posita linea tetragonum generari. **I**n hac enim generatione simplicius est tetragonum quam trigonum. **S**i autem tetragonum: tunc necessario sequitur quod sit dicendum: eo quod longitudinem habet et latitudinem: quia hoc quidem tetragonum est hoc aliquid quod est diuisibile esse: propter suas essentialis dimensiones. **C** Si autem tetragonum est diuisibile: tunc necessario etiam linea ex qua generatur erit diuisibilis: quia tetragonum non habet longitudinem et latitudinem: nisi ex longitudine linee ex qua generatur. **A**mplius constat quod terminus linee necessario erit punctus et non linea: quia si linea esset terminus linee oportet ire in infinitum: unde linea non erit terminus. **I**lla autem linea que est extremum per hoc quod ponitur indiuisibilis simpliciter: cum omne indiuisibile simpliciter terminus sue extremum sit est linea indiuisibilis: ergo si illa linea est linea habebit punctum: et si est indiuisibilis omnino non differat a puncto: ergo punctum erit terminus puncti indiuisibilis: et sequitur etiam: quod linea punctus: hoc est que est punctum: sit minor vel maior linea puncto: quod terminatum maius est termino: ipsa autem et terminus est et terminatum. **S**i autem dicatur: quod linee indiuisibilis inest punctus: propter hoc quod vnum et idem est terminus primum: hoc est continuitatem habentium linearum: tunc oportet etiam quod indiuisibili linee non sit punctus: cum supponatur esse continua. **E**t vniuersaliter loquendo oportet quod in aliquo differat punctus a linea: quia secundum istos nihil habebit proprium indiuisibilis linea per quod differat a puncto preter nomen solum: et hec omnino inconuenientia sunt. **A**mplius si linea dicatur indiuisibilis: tunc similiter planum manet indiuisibile: et similiter corpus ex planis compositum est indiuisibile. **U**no enim istorum ente indiuisibili: oportet quod consequenter omnia alia sint indiuisibilia: propter hoc quod si vnum istorum diuiditur: vtrunque aliorum consequenter sequitur diuidi. **C**orpus autem secundum vtrunque diuisionem scilicet linee et plani que sunt in ipso diuiditur: et secundum profundum et secundum latum: ergo vtrunque linea erit indiuisibilis. **C**orpus enim secundum planum ut isti dicunt diuiditur. **P**lanum autem diuiditur secundum lineam: et ulterius linea diuiditur secundum punctum. **C**orpus enim non secatur nisi in superficie: et superficies in linea: et linea in puncto: propter hoc quod vniuersaliter in suo indiuisibili diuiditur: et corporis indiuisibile est planum: eo quod non diuiditur ratione corporis in profundum: et plani indiuisibile est linea: eo quod diuiditur diuisione plani in latum: et linee indiuisibile est punctum: quia non diuiditur omnino aliqua diuisione. **L**inea autem diuiditur diuisione vna: et planum duabus: et corpus tribus. **C**ap. 5^m. De probationibus quod linea non componatur ex punctis.

Et rationes eorum que in principio inducte sunt per quas conantur ostendere et suadere suum propositum debiles sunt: et super falsas propositiones fundate: et opiniones eorum sunt omnes contrarie his que possunt contingere ad finem secundum quod opinio inuata rationibus sit fides. **Ad manifestum est vtrunque quod nulla erit linea indiuisibilis: et si nulla alia ratio opposita adducere: et hoc quidem manifestus est ex supradictis: vbi et rationes eorum et instantie rationum suarum sunt posite.**

Dis pluralitas aut prouenit ex diuisione formali: aut ex diuisione conuini similitudinis huiusmodi. **A**uer. p. 1. mo pp. co. 6.



Alterius igitur hic manifestabimus qd non utiqz ex puncto erit in diuisibilibus linea: hoc enim erit nobis facile hic ostendere: qz plurime rationum inductar: contra lineas indiuisibiles fere eedem congruent etia ad hoc qd lineae indiuisibiles non sunt ex punctis: non enim opz variare nisi nome: qz linea indiuisibilis et punctu non nisi nomine differat: sicut ostensum est in precedenti capitulo. Si eni linea coponatur ex punctis: et omne qd coponitur ex aliquo diuiditur in illud ex quo copositum est: necessarium est diuidi punctu: pars enim afferens quantitate lineae est punctu: sicut linea coponitur ex punctis: omne enim qd est quantu ex suis partibus habet quantitate: pars aut afferens quantitate toti diuisibilis est: ergo punctu est diuisibile: si linea diuiditur in punctu. **C** Diuiditur aut linea in punctu dupl. scilicet diuisio fit per inequalia et superfluis lineis: hoc est ex lineis que superfluis diuisiunt: et in quibus stat diuisio: et ille sunt lineae prime indiuisibiles in puncta: ut dicitur: vel cuius fit diuisio per inequalia: quando fit diuisio ex perfectis et copositis lineis: qz etia illa diuisio tandem sicut in ultimo stat in puncto. Sequitur etia ex hoc qd si linea est ex punctis: qd ultima pars lineae non est linea: sed potius punctus: neqz vltima pars corporis est planu: sed linea et punctus: et similiter vltima pars corporis non erit corpus: sed oia sicut in vltimas partes resoluntur ad puncta. **C** Sequitur etia ex dicta positioe qd linea indiuisibilis sit maior: linea puncto: hoc est linea: cuius quantitas non excedit punctu: eo qd est indiuisibilis: erit enim necessarium in diuisibilibus indiuisibile maius: qz id qd coponitur ex aliquo: et est totu maius sua parte componete. Si ergo linea indiuisibilis coponitur ex punctis ipsa erit maior: et sic indiuisibile erit maius indiuisibili. **C** Et hoc aut sequitur: qd indiuisibile non sit indiuisibile: qd omne maius copositum est ex tanto quantum est id ex quo maius est: et ex pluri quo excedit ipsum. **C** Aut hoc sit impossibile: ppter etiaz ex rationibus que in mathematicis inducunt: ubi supponitur indiuisibile esse: cuius pars coponens nulla est. **C** Ad hoc aut et ratio physica accidit punctu in tempore esse: qz dicunt punctu esse qd fertur. Si enim punctum sit pars quantu: tunc quanto moto mouetur etia punctu per accidens. Sed ut in principio quinti physicoz habetur est: qd mouetur per accidens: sicut pars eius qd mouetur mouebitur per se si separatur a toto: ergo punctu potest moueri per se: et qd omne qd mouetur in tempore mouetur: et erit motus punctu in tempore: mouebitur ergo per spatium maius in pluri tempore et spatium equale inequali: et hoc sequitur: qd punctu sit diuisibile: cum omne qd mouetur sit diuisibile: sicut in 5o physicoz de clarauimus: sed qd ibi dicitur qd hoc modo solo puenit in diuisibile moueri si tempus sit et nunc: forte isti dicunt etiaz tempus et nunc esse: et eiusdem rationis est dicere ambo ista. Si utiqz dixerint qd nunc est principiu et terminu temporis: et linea etia punctu sicut principiu et terminu sui. **C** Sed qd hoc sit falsum probatur ex hoc: qd duo indiuisibilia quoz vnu est principiu et alter terminus non sunt adinuicem continua: sed habent aliquod terminu intermediu: sicut in principio sexti physicoz probatur est: ergo utiqz neqz duo nunc quoz vnu est principiu et alter terminus: neqz duo puncta quoz vnu est principiu: alter terminus erit adinuicem continua. **C** Amplius oia linea est magnitudo que dicitur: punctoz aut multoz compositio non facit aliquam magnitudinem: eo qd nullus eoz hz distentione que maiore requirit locu quando coposita sunt multa: et hoc probatur ex similitudine: qd si linea coponatur ad lineam: et superponitur ei et gregatur: ita qd vna non distat ab alia: nunqz fiet ex lineis sic sibi puenientis alia latitudo: eo qd linea omnis latitudine caret: ergo a similitudine etia puncta: que insunt in linea illa utiqz puncta non retinebunt ampliozem locu: ppter hoc qd nullus sunt quantitates: quare utiqz non facient puncta aggregata magnitudinem aliquam. **C** Amplius si oia puncta tangunt oem punctu: qm gregatur in vnu locu: tunc necesse est qd punctus tangens punctu: aut totu tangat: aut aliquid puncti: sicut pars tangit aliquid alterius puncti qd est pars eius: aut totu tangat aliquid vel partem: quia distentione etia in principio sexti physicoz psecutus sum: et sicut ibi probauimus punctu non potest tangere: nisi totu tangat totu: eo qd parte non habet cu sit impartibilis. Sed oem totum tangens totu necesse est id esse cum ipso qd tangit ab ipso: qz si totu tangit totu nusqz distat ab eo: et qd nusqz distat ab aliquo qd est eiusdem nature et rationis cu ipso idem est illi: cum nec forma: nec loco distingat: ergo punctu tangens punctu

idem erit cu puncto toto. Si enim datur punctus aliquis esse non tactus: aut etia utiqz puncti: hoc est utraqz pars puncti: si parte habeat non esse tacta: tunc absqz dubio totu non tangit totu: sed utiqz illor est impossibile: qz p hoc qd aggregata ponunt esse puncta: non est aliquis punctus scorsum distinctus ab alio: et per hoc qd est indiuisibilis punctus non hz utiqz: qz non diuiditur per mediu: et ideo necessario totu tangit totu. Si aut simul sunt modo predicto impartibilia puncta eundem retinent locu: et eiusdem quantitate est locus nunc qui plura puncta hz in se: et qui prius ante qd gregarent habuit tunc vnu punctu: retinet enim ille locus extensione entiu simul punctoz: et extensione non entiu simul punctoz: et sicut hoc idem est ambobus locis. **C** Impartibile aut non hz alia distantiā fm locu. Sicut n. dicitur est in quarto physicoz: neqz vna inuenitur aliquis distantia puncti et loci puncti: ergo utiqz nulla erit magnitudo continua et impartibilibus. Oes enim partes primum magnitudinis distantias habent locales: et impossibile est plures eiusdem magnitudinis partes in loco vnius partes esse: non ergo composita linea ex punctis: neqz tempus per rationem communitate coponitur ex nunc. **C** Amplius si magnitudo est ex punctis: absqz dubio tangit punctus punctu: qz probauimus in sexto physicoz: qd in mathematicis finis tactus primum est: et quocunqz continua sunt tangenti sunt: sed non quertit. **C** Ponamus igitur qd punctus vnus de gregatis sit. k. et per precedentem rationem omnes alij puncti gregati erunt in eodem loco cu ipso: ex puncto igitur k. que signauimus extrahamus per circulu distinguendo punctum. a. et punctus. b. et itez punctum. g. et punctum. d. Si igitur posuerimus et accesserimus q. g. d. puncta tangunt. r. eo qd sunt in eodem loco ppter cu ipso: tunc etia opz dederit qd punctus qui est. a. r. tangit. r. et etia ille qui est in eo qd est. r. d. punctus tangit idem. k. ergo et alio quodam quocunqz voluerimus puncto fiet idem tactus: sicut diximus de. k. qd oia puncta tangunt inter quocunqz puncta accepta. Jam enim ostendimus: qd necesse est qd impartibile totu tangat totum: ergo oem punctus tangens. r. punctus habebit eundem locum cu ipso. r. puncto: et similiter oia tangenti puncta erunt in eodem loco cu: et ta totu puncto: et eouerso etia sequitur: qd si sunt in eodem loco: tunc tangunt se. **C** Magnitudo igitur tota que est. a. r. g. d. cu non sit nisi punctoz compositio est in loco indiuisibili vnus punctus: qd est maximu inconueniens. **C** Et hec figura o3 sic scribitur: qd linea. a. r. g. d. sicut hic vides eam sunt puncta aggregata: quoz nullum distat a loco alterius puncti per rationem precedentem. **C** Deinde sequitur ad huc magis impossibile. Sicut enim sequitur qd linea recta tangat aliam lineam rectam: non fm vnum punctum: sed fm duo vel plura puncta. **C** Resumamus igitur dicta magnitudinem que est. a. r. g. d. tunc enim punctus qui est in parte magnitudinis que est. a. r. et punctus qui est in parte magnitudinis que est. r. g. tangit etia alter punctum: qui est in fine magnitudinis sine in parte vltima: et si tangit alter: tunc tangitur etia ab altero: qd omne tactu tangitur a tangente: ergo punctus qui est. r. g. d. parte vltima magnitudinis non tangit fm vnus punctum: sed tangit fm plura puncta se tangenti et tacta ab ipso: ergo cu linea recta tangit lineam in extremo sui utraqz tangit fm plura puncta: et hoc impossibile est: cum tactus sit fm vltimu: et vltimum lineae in parte vna non sit nisi vnus. **C** Eadem aut ratio est quantum ad inconueniens predictu etia si non ponamus lineam tangere lineam: ita qd tactus sit per tactu adinuicem in extremo: sicut tangat etiam qualitercunqz: sicut tangit linea lineam: quantum ad qualitercunqz stat super ipsam: vel aliquid applicat lineae lineae. **C** Amplius fm dicta sequitur qd etia punctus qui est circuli circiferentia designatus tangit rectam lineam: et fm plura puncta. **C** Id aut qd rectus est in circiferentia a puncto tangente: et id qd contactum est in tota linea tangente tangit totum: et hoc adinuicem: qz si circiferentia coponitur ex punctis que non distat per locu sicut et linea: tunc vno puncto circiferentia tangente quodlibet tangit: et similiter est de punctis recte lineae: et ideo puncta circiferentia tangunt adinuicem: et puncta recte lineae: et eouerso puncta recte lineae tangunt adinuicem: et puncta circiferentia: et hoc est impossibile imaginari: cum linea recta circulum non tangat nisi in puncto vno fm rei veritatem. Si ergo hoc est impossibile: et sequitur ex suppositione: tunc etia impossibile est qd punctu tangat punctum in componenda magnitudine. Si aut impossibile est punctu

5o ph. i. c. p. m

6o ph. i. c. 32.

6o ph. i. c. 2.

4o ph. i. c. 9.

6o ph. in pn

Handwritten marginal notes in the bottom right corner.

punctum tangere punctum: tunc etiam sequitur quod nec linea sit materialiter punctus: quia necessarium est: quod punctus non tangat punctum: ideo linea non componitur neque continuatur ex punctis. Amplius qualiter possit assignari ratio secundum dictam positionem: quod aliquando sit linea recta ex contactu punctorum: et aliquid sit linea circularis ex contactu eorum: nullam enim habet distantiam contactus punctorum: eo quod omnia contingunt se puncta non faciunt distantiam secundum finem suum in magnitudine: neque circulariter: neque recte: unde contactus punctorum nihil omnino differt: neque in linea recta: neque in perfecta. Impartibile enim totum tangit impartibile: et tam partium est: quod non convenit totum tangere: quia ex contactu nullus perducitur extensus aliqua magnitudine. Si igitur sit differens: quod una est recta et alia circularis: contactus autem indifferens non erit: utique linea ex contactu punctorum: ergo neque ex punctis erit linea. Amplius si linea est ex punctis: aut erit ex punctis tangentibus se: ita quod illud quod est ante in linea tangat id quod est ante deinceps: aut erit ex punctis non tangentibus se se ad invicem: et siquidem necessarium est: quod punctum antea tangat id quod est deinceps in linea: tunc erit ex punctis se tangentibus: et ex contactu punctorum: et tunc erit eadem ratio que prius inducta est. Qualiter differentes linee secundum formam generantur ex indifferenti contactu punctorum. Si autem in linea convenit aliquid punctorum qui sunt post primum punctum: deinceps in linea non est tangens: neque tactus cum alijs punctis: cum nos nihil aliud dicimus primum: quod est ex aliquibus se tangentibus in termino uno: oportet tamen sic puncta tangere ad invicem: vel ipsa puncta esse lineam continuam: ex tali contactu: et hoc est per hypotheseos: quia positum erat quod non essent tangentia. Amplius si inconueniens scientia sine conceptio est quod punctus sit linea. Et si inconueniens sit scientia sine conceptio quod linea sit planum: tunc impossibile est hoc quod dicitur: siue enim puncta in linea deinceps ponantur esse sine motu: siue deinceps esse ponantur: ita quod sit inter ea tactus: semper sequitur inconueniens. Si enim sit deinceps sine motu: tunc non sunt continue: sed distendantur linee: et distendantur quidem secundum neutrum punctorum: sed potius inter medium quod est inter puncta sese non tangenda. Si autem se tangent: tunc sicut ex superioribus probatur: tota magnitudo linee non erit nisi regio unius puncti. Utique autem hoc est impossibile. Amplius si linea est ex punctis: tunc omnia distendantur et resolventur in punctum: et punctum erit prima pars corporis. Si corpus quod est planum aggregatum in corpus: et planum est ex lineis. Si autem sic est: quod singula sunt composita ex his que primum insunt illis: hoc est que primitus veniunt in compositionem eorum: tunc hec puncta erunt elementum omnium aliorum: ergo puncta erunt elementa corporis: ergo cum puncta sint unius rationis: erunt necessario elementa uniuersa et non altera secundum rationem: et spiritum: et tunc omnia que sunt ex ipsis erunt unius rationis: quod est maximum inconueniens. Manifestum est igitur ex dictis quoniam non est linea ex punctis.

Cap. 6^m. punctum per diuisionem non auferri ex linea.



Stendemus autem deinceps: quod punctus non potest auferri per diuisionem ex linea: et tunc omnino manifestum erit: quod linea non est ex punctis. Si enim esset ex punctis: tunc punctum per diuisionem posset auferri de linea. Dicimus igitur: quod non convenit per diuisionem punctus auferri de linea. Si autem detur: quod manifestatur punctum seorsum a linea distans: tunc etiam oportet concedere: quod convenit apponi ad lineam. Omne enim quod distat ex aliquo iterato potest componi cum eodem. Quod autem componitur cum aliquo necesse est ex his duobus posse componi quoddam totum. Composito autem toto necessario totum illud maius erit non ex principio composito: hoc est et ex principio non erit compositum: si tale sit quod componitur cum aliquo ad totum alicuius constitutionem: quare absque dubio convenit ex his duobus unum totum facere: et unum totum ex his duobus sic facere: nihil aliud erit: nisi quod linea composita sit: sit maior linea puncto hoc est linea et punctum diuisi ac ceptis: hoc autem impossibile est: quia punctum nullam auferit quantitatem: ergo non convenit per diuisionem punctum a linea separare. Sed forte diceret aliquis quod per se et secundum se ipsam essent aliter non convenit lineam in puncta separare: sed secundum accidens bene quidem convenit punctum auferre a linea. Auferri enim se inuicem linea: et punctus in ablata linea: si toto abla-

to quod est linea principiis et finis auferri: et concedit quod aptum est secundum maiorem lineam principium et finis: etiam punctus est linea: et his ablatis in ablata linea convenit etiam auferre punctum: quia ablata linea auferitur punctus: qui est in linea. Nec autem ablatio est secundum accidens: et de hac non loquimur: quia de ista non probatur: quod linea distat in puncta. Si autem ponatur separari a linea ut terminus indivisibilis in quo stat diuisio: tunc dicitur ab istis tangere lineam: et si tangat: tunc sequitur quod neque terminus est: sicut in sexto physicorum probatum est. Omne enim tangens tangit secundum aliquid aliud quod ipsum sit: ideo si terminus tangit: tunc terminus habet aliud quod ipsum secundum quod tangit: tunc non est terminus: quia necessarium est diuisibilis: cum omnis terminus indivisibilis sit: et si non est terminus: tunc non est terminus ipsius vel eorum quorum dicebatur esse terminus. Punctus autem qui est terminus secundum istos veritatis aduersarios tangit lineam: et sic sequitur: quod non sit terminus. Si igitur hoc quod dicitur linea ponitur esse multum punctus: sic linea erit maior puncto: et hoc est inconueniens: cum secundum hoc punctus habeat quantitatem qua linea quantitas maior est. Punctus enim qui est in linea: quia tamen dicitur quod omnes puncti se tangunt: et tangentibus nihil est intermedium: sequitur quod regio omnium punctorum est regio unius puncti: et quorum est una sola regio illa sunt unum: tunc sequitur quod omnia puncta sunt unum: ergo linea est unum punctum. Eadem omnino est ratio in diuisione: si diuisio hoc est relicta ex diuisione sit punctus: et concedatur quod diuisio illa tangit aliquid et in firmo et plano. Secundum unam autem similitudinem ponatur firmum esse ex plantis: et plantis ponatur esse ex lineis: tunc enim necessario sequitur omnia huiusmodi corpora esse unum et idem punctum: sicut est autem verum dicere secundum punctum quod sit minimum. Adhuc enim est minimum in minimum eorum: hoc est in minimum rationem eorum que sunt de his que ex linea sunt ex quibus ipsa linea componitur: et sunt de his que insunt linee ut aliqua pars linee existentia. Adhuc autem dicitur minus his quorum ipsum est minimum. In linea autem nihil aliud dicitur esse quod punctum: cum tamen secundum veritatem linea insit linee: ideo linea non est maior puncto: quia punctum non est aliquid linee: sed terminus eius: neque enim planus dicitur maior linea: cum linea non sit aliqua pars plantae: sicut neque planum minimum est corporis. Opus enim quod comparabilia sunt uniuersa in eo in quo comparantur: ergo pars ex dictis quod punctum non erit minimum linee: ergo neque per diuisionem auferitur ab ipsa linea. Adhuc enim: et minimum accipitur per diuisionem ex eo cuius est minus. Si autem punctum sit aliquid compositum vel appositum linee: ut dictum est: et minimum ad minus est in tribus personis siue indivisibilis: opus enim quod punctus minus sit eiusdem nature cum minimo: tunc non potest punctus esse minimum linee: siue eorum qui sunt in linea: sicut aliqua pars linee existentia. Similiter autem est de alijs quocumque insunt circa puncta et lineas in longitudine. Ex omnibus illis colligitur quod non est longitudo aliqua ex punctis. Si autem dicitur quod punctus est aliquid ens in loco: tunc oportet quod ex punctis que sunt in loco sit aliquid quod sit longitudo: vel planum vel firmum. Et autem ex quibus est linea illa sunt in loco: etenim ipsa sunt linea quia id quod est in loco distensionem habet in fine in loco: ideo puncta que sunt in loco distensionem habent: ideo facere lineam possunt. Si ergo concedatur cum hoc: quod neque corpus inest linee: neque planum: neque aliquid compositum ex his: tunc sequitur necessario quod vel uniuersaliter circa lineas et puncta ex eis est in alia longitudine: quia si concedatur punctus esse in loco absque dubio erit corpus: et si non erit corpus non erit in loco: quia non habebit motum: et sic non habebit longitudinem: et sic sequentur opposita. Si enim sunt in loco tunc sunt lata profunda et longa: et sic componetur ex eis longitudo: et cetera dimensiones: et si non est in eis aliqua dimensio lati et profunditatis: tunc non sunt in loco: et per consequens non erit ex eis longitudo vel aliqua dimensio. Amplius autem si in loco ente vel demonstrato est longitudo que dicta est maior: que est superficies vel firmum siue corpus. Punctus autem est de numero eorum que sunt in loco et in longitudine existens que est circa puncta vel lineas que componunt longitudinem: vel est predictorum que sunt in loco: ergo punctus non erit minimum eorum que sic sunt in loco: et insunt eis: quia aliter corpora et plana que sunt in loco resolventur ad puncta existentia in loco: et puncta taliter in loco existentia

In principio.

essent corpora: sicut dictum est. C. Amplius si punctus indivisibilis erit minimum in linea qd per divisionem accipit: tunc erit tale sicut in qb reducitur etiam minimum q eoz que sunt in domo: ad qb tamen domus componeta per co parationem no dicitur: qa si diceretur ad ipsum: tuc oportet esse univocationem in ipso in quo comparantur: hoc est in quantitate. Similiter autem est in alijs que componuntur ex partibus: a quarum quantitate est quantitas eorum: ergo etiam id qd est in linea minimum: sicut punctus vt dicitur erit ad lineam comparatum: hoc autem est inconueniens. Omne enim per divisionem acceptum in continuo minus est toto: et comparatur ad ipsum: quare no cogruet punctum dicere qd minimum per divisionem extractam de linea: quia in simili qb no est ens in domo: vt aliqua pars compones domum no erit eorum que sunt in domo minimum: et similiter est in alijs que componuntur ex partibus. Conuenit autem lineam ipsam fm se ipsam esse: hoc est inquantum est linea: et tuc necessario habet aliud esse qd esse punctorum congregatorum: et tuc pars linee linea erit: et quilibet erit diuisibilis: ergo si considerata linea nihil erit accipere per diuisionem iduisibilem in linea: ergo simpliciter et absolute minimum no erit in ea: fm hac ergo lineam no erit verum dicere: qd aliquid sit in linea minimum: in quo stet diuisio: qa quolibet accepto per diuisionem est accipere minus: et hoc procedit in infinitum.

C. Cap. 7. Q. punctus no habet analogiam cum articulo.



Aut quedam Existimatio de puncto qd haberet rationem articuli iduisibilis: eo qd in ipso partes continui conectuntur. Queramus igitur vtrum puncto generaliter conueniat ratio articuli. Articulus enim dicitur minimum in corpore composito in quo diuersa articulantur et quasi colliguntur: fm hac igitur rationem articuli dicemus: quoniam generaliter punctus in continuo articulus dici no potest. Articulus enim semper duorum est terminus que in ipso articulat. Punctus autem vnius linee terminus est: et ideo punctus cum articulo no generaliter habet similitudinem. Amplius punctus h3 hoc qd actu est in ratione iduisibilis magis habet rationem termini qd diuisiois: sed e conuerso articulus magis habet rationem diuisiois qd termini. Natura enim in fine et extremitate aliquando no constituit articulum: sed in medietatibus inter extrema: sed punctus semper est finis linee. Amplius nec et planum hnt magis rationem articuloz qd punctus: qa habet aliquid analogum hoc est fm proportiones similitudinis dictum ad articulum. Articulus enim est aliquid differetia: hoc est in quo differetia colligatur: sicut linea est iter punctum et planum: et planum iter lineaz et corpus: punctus autem et corpus sunt sicut extrema: et ideo habet analogiam cum articulo: propter qd et Empedocles recte fecit articulum propter qd et oportet facere ipsam. Dixit enim sicut apparet ex suis sermonibus: qd in primo libro capita germanoz erant sine ceratice: et similiter alia non colligata erant et coacta: que postea per amicitiam ordinata et articulata sunt diuersis conuenientibus per concordiam in constitutione vnius et eiusdem: et ideo articulus concordat diuersa: sed punctus est eorum que sunt vnius linee: sicut sunt partes continui terminate ad punctum: et ideo patet ex dictis. Empedocles qd punctus non habet analogiam cum articulo. C. Sed forte obijciat aliquis qd est in linea punctus fm qd est diuisio linee qui signum proprie vocatur vel diuisio: ille videtur habere cum articulo analogiam. C. Sed hoc citius soluitur: quia punctus diuidens non est nisi potentia: articulus autem diuidit actu et connectit que actu diuisa sunt. Punctum autem etiam est in his que non habent motum: siue omnino abstracta sint a motu sicut mathematica: siue no habeant motum a seipsis sicut habent motum animalia. Articulus autem no est nisi in corporibus ad motum ordinatis: vnde et propter motus formatur articulus sicut in libro de motibus animalium dicitur debet. Adhuc nullus habet infinitos articulos actu vel potentia in corpore toto vel in parte corporis: sicut in manu: puncta autem potentia sunt infinita: eo qd no fit diuisio nisi in puncto: et diuisio vadit in infinitum. Amplius lapidis et alterius homogenij in partibus articulus nullus est. Puncta autem habet lapis sicut et quodlibet homogeneorum.

Incipit Septimus Phyficorum Liber: Cuius Tractatus primus est qd omne qd mouetur habet motorem. C. Cap. 8. Q. omne qd mouetur mouetur ab alio.



Expeditis omnibus his

Que dicenda erant de compositione et diuisione continui et motus: accedendum nobis videtur ad comparisonem motus ad motorem. Et erit prima nostra in hoc septimo libro inuestigatio: vtrum omne qd mouetur per se et non fm partem neq; fm accidens habeat motorem. C. Quidam enim magne auctoritatis viri sicut Gal. arabs et Plato et quidam alij volunt: qd aliquid moueretur a seipso: vel si forte haberet motorem qd ille esset vel posset esse aliqua pars eius qd mouetur per se. Eam enim que est mundi animam voluit Plato per se moueri: et alijs oibus prebere motum. Corpus autem animalis placuit Gal. a calore naturali moueri: qui tamen calor naturaliter alia pars animalis est. His autem duobus plurimum confenserunt aliorum philosophorum: sed de anima mundi no est presentis speculationis tractare. C. Hoc autem qd Gal. dicit absolute falsum est: quia et si moueatur animal motu caloris naturalis: ille tamen motus no est per se et primo totius: sed est motus per accidens hoc modo quo in quinto libro huius scientie ostendimus motum partis no esse attributum toti nisi per accidens: et ideo falsum dicit Gal. in hoc qd dicit talem motum esse animalis per se: sed ipse decipitur in hoc qd non distinxit duplicem motum esse per accidens: et vnum tamen per se: sicut nos distinximus supra in principio quinti libri phyficorum: nec oportet hic repetere. Gal. enim no dicit aliquem motum esse per accidens nisi eum qui est gratia accidentis: sicut dicitur qd muscus ambulat. Illam autem qui est gratia partis vocauit per se motum: eo qd pars substantiatur in toto: hoc est sicut aliquid sine substantia extitit. C. Nos autem hic loquimur de motu fm qd est passio mobilis per se attributa eidem: et hoc qd conuenit per se hoc conuenit fm ipse: et no fm alterum: sicut docetur in libro posteriorum. Qd enim conuenit toti fm ipsum no potest conuenire fm partes: qd alia est ratio partis: et alia totius: et ideo motus qui est alicuius totius per se et primo no conuenit ei gratia partis: hoc ignorauit Gal. et ideo contradixit verbis egregij phi. Aristot. qui ponit in principio sui septimi phyficorum: et fecit tractatum in quo purat verba Arist. reprobare et decipit seipsum propter causam quaz diximus. C. Nos igitur his presuppositis dicimus: qd omne qd mouetur necesse est ab aliquo motore moueri: et huiusmodi quidem propositionis veritas manifesta est per inductionem. Omne enim qd mouetur aut mouetur ab aliquo extrinseco sibi et distincto ab ipso: sicut mouetur ipsa que violenter mouetur. Aut habet principium et efficientem causam motus sui in seipsis: et illa quidem que mouetur violenter et no habent in seipsis principium sui motus manifeste mouentur ab alio motore: quia in eis licquido videtur aliquid extrinsecum quod mouet ea. Similiter probabimus qd mouentur ab aliquo illa que in seipsis habent causam sui motus. Accipiat enim magnitudo. a. b. que ponatur a seipsa moueri: ita qd motus sit totius: ita qd no attribuat totum propter partem vnam motus que sit totius illius aliquid sicut superius diximus. C. Alii autem potestate facta dicimus primum: qd si aliquis opinatur. a. b. magnitudinem moueri a seipsa: propter hoc qd no videt distinctum eius motorem: et videt bene qd totum mouetur qd est a. b. error illius causatur a quodaz simili: sicut videlicet aliquis dicat. d. e. mouet magnitudinem. e. s. ita qd etiam ipsum d. e. moueatur totum. d. e. s. a seipso moueri et no habere alium motorem: eo qd ipse nescit distinguere que pars moueat per se: et que moueatur: vtrum. s. illa que est. d. e. moueat illam que est. e. s. vel e conuerso illa que est. e. s. moueat illam partem que est. d. e. qa tales homines quando no videt motorem exteriorem nesciunt distinguere iter motorem et motum in continuo: qd totum videt moueri: et ideo ipsum dicit moueri a seipso: et no moueri a seipso: et no habere motorem: et ad hoc videndum in exemplo predicto protrahatur. a. b. sicut hic vides. a. b. que ponit tota no alicuius partis: sed totius motu

Articulus quid?

Obiectio.

Solutio.

Consi. j.

Etia mund: h3 p se et alijs oibus motu s. bet.

Tex. e. c. phi

motu moueri: protrahatur etiam alia linea. d. e. 3. sicut hic videtur. d. e. 3. cuius prima pars ponitur esse mouens mota que est. d. e. 3. secunda pars mota tunc que est. e. 3. tunc enim quia. d. e. 3. non est extrinsecum separatum ab. e. 3. ignoratur quid mouens sit illorum duorum. Amplius autem procedentes ostendimus quod nihil talium mouetur a seipso: pro principio ad hoc probandum sumimus hanc propositionem: quod omne quod mouetur a seipso: hoc est quod ipsum est causa motus sibi nullo modo pausat in eo quod aliquid alterius se stat quod mouetur: quia causa est que posita ponit effectum: destructa destruit: ideo si ipsum est sibi causa motus semper mouetur quod dicitur: et non stat per hoc quod stat aliquid aliud: hoc verum est de his que sunt per se causa motus: quia de talibus hic loquimur sicut supra diximus: ergo a destructione consequens: reuersione facta per contrapositionem si aliquid eorum que mouentur per se pausat motum per hoc quod aliquid alterum a se stat necesse est hoc non moueri a seipso. Cum autem mouetur vel a se vel ab alio: tunc necesse est quod moueatur ab alio. Hoc autem sic factum manifesto et declarato necesse est omne quod mouetur per se moueri ab alio propter hoc quod declarauimus in sexto libro huius scientie: quod si omne quod mouetur est diuisibile: quoniam enim in prioribus positionibus acceptum est id quod signatur per a. b. lineam esse quod mouetur per se: non secundum partem: vel secundum accidens: oportet quod ipsum quod vocatur a. b. sit diuisibile diuisatur igitur in puncto quod signatur per litteras. c. sicut hic videtur. a. c. b. dico ergo tunc quod b. c. que est pars magnitudinis parte per se quiescens: necesse est quiescere totam magnitudinem a. b. Si enim non est necessarium quiescere totam parte quiescens: detur igitur moueri tota magnitudo. a. b. quando pars eius que est b. c. quiescit: ergo b. c. quiescens mouetur tota. a. b. secundum quod in sexto probatum est: quod quando totum mouetur tunc mouetur quelibet eius pars: ergo a. b. mota quelibet eius pars mouetur: ergo mouetur pars illa que est b. c. hoc est contra hypotheseum: quia datum fuit quod illa quiesceret. Sequitur etiam ex illo quod si b. c. quiescens mouetur. a. b. quod a. b. non mouetur nisi motu alterius partis sue que est a. c. sed quod mouetur motu partis non mouetur per seipsum: ergo a. b. non mouetur per seipsum: hoc est contra hypotheseum: quia datum erat quod totum a. b. mouetur per seipsum: ergo manifestum est quod parte que est b. c. quiescens quiescat tota a. b. tunc id quod mouetur per se pausat: sed supra habitus est quod si aliquid pausat propter hoc quod aliquid aliud stat et pausat a motu suo quod hoc ab altero mouetur: ergo manifestum est quod id quod per se mouetur ab aliquo motore mouetur. Eadem autem ratio est de omnibus: ergo omne quod mouetur ab aliquo motore mouetur: eo quod diuisibile est omne quod mouetur per se: et parte quiescente quiescit totum: quod non fieret si non ab alio moueretur: quia adhuc moueretur reliqua pars motus totius: et hec demonstratio optima est in qua multi hactenus errauerunt.

Cap. 2. De probatione quod non vadit in infinitum hoc quod semper per id quod mouetur mouetur ab alio.

Quia autem Aliquis diceret quod vnum mouetur ab alio in infinitum: et non est aliquid motor diuersus et distinctus ab essentia eius quod mouetur omnino: et vnumquodque quod mouetur per se mouetur alio: tunc attingemus iterum ad disputandum contra hoc dicentes. Quoniam sicut iam probatum est omne quod mouetur mouetur ab aliquo alio: ergo et hoc quod mouetur secundum locum qui primus est motuum mouetur etiam ab alio: et mouens illud si mouetur mouetur iterum ab alio: et non potest hoc abire in infinitum sed stabit necessario in aliquo quod est primus mouens quod nequaquam mouetur. Hoc enim erat primum quod est prima causa motus. Si autem aliquid hoc negando det oppositum huius et dicat quod in infinitum abibit: tunc ponamus quod a. sit vocatus aliquid quod mouetur ab alio quod signatur per litteram. b. et quod etiam b. mouetur quando mouet a. eo quod sicut dicit aduersarius. b. non mouetur nisi motu suo: ponamus etiam quod b. moueatur ab eo quod vocatur. c. et quod etiam c. mouetur motu suo: ponamus quod mouetur ab ipso quod vocatur. d. et hoc modo ponamus quod ascendat in infinitum in numero mouentium et motorum: quia igitur simul tempore mouens mouetur: et motorum mouetur: et positus est quod quilibet mouens mouetur motu suo quo et ipsum mouetur: oportet

et necessario quod quando mouetur quod omnia moueantur: ergo manifestum est quod simul moueantur a. et b. et quodlibet aliorum: et quod aliter simul non moueret mouens et mouetur motum: cum tamen motus nihil aliud sit quam actus mouentis in eo quod mouetur: cum ergo b. mouetur: mouetur a. et cum b. mouetur: mouetur et ipsum. c. quia positum est quod ipsum. c. mouetur. b. et cum mouetur. c. mouetur et ipsum. d. propter eandem causam: ergo simul erit tempus motus. a. et motus. b. et motus vniuscuiusque ceterorum. Sed tamen aduertendum est quod motus talium quorum vnus mouet alium et mouetur ab alio simul sit per tempus: non tamen necessario quietes sunt simul vniuscuiusque istorum. Et dicitur hoc ignorauit Gal. contradixit Aristo. qui dicit principium motus in animalibus esse ex corde quod mouetur et mouet alia que mouentur: et causa contradictionis est: quia videtur quod in quibusdam animalibus corde extracto adhuc mouentur per partem: aliquando plus: aliquando minus: et ideo dicitur quod si cor esset principium motus extracto corde quiescerent omnia que mouentur et mouent in animalibus: ideo dicitur quod caput et non cor est principium motus animalis: quia putabat quod sequeretur quod si aliquorum mouentium se motus est simul tempore quod etiam quies eorum esset simul tempore: hoc non est: quoniam inuenitur in secundo et tertio motu virtus et vehiculum virtutis quod est spiritus influxus a primo mouente: et hec mouent mouentia aliquo tempore paruo etiam postquam cessat mouere mouens primum: et ideo cum cor ponitur primum mouens influit musculo spiritum motuum cum virtute: musculus influit ipsum corde: et corda influit eius membris: et remanet virtus motiva cum motu in musculus et cordis: et membro aliquando etiam postquam extrahitur cor. Quod autem ipse dicit pro signo quod virtus motiva non sit in corde: quia extracto corde adhuc mouentur aliquando quedam animalia non est signum infallibile. Cum ab Auerroio tam vnus sit artes qui absciso capite sepius ambulauit huc et illuc: et ideo etiam secundum hoc caput non debet poni principium motus: et quidam de meis sociis caput amputauit paruo animalis quod vocatur cicada cantans in campis: et postea fere per spatium dimidium miliaris mouebatur in manu et cantabat vt prius. De his tamen in libro de animalibus faciemus tractatum. Sed hic tamen habemus quod quecumque sint mota et mouentia ad se inuicem quod omnis illorum motus simul erit tempore: hoc non de necessitate quietes eorum simul sint tempore. Cum igitur quelibet istorum motuum sit secundum se: hoc simul sit cum alio tempore: licebit nobis accipere vnumquodque ipsorum secundum se: quibus namque vnumquodque supradictorum ab altero moueatur etiam simul cum ipso: tamen nihil minus vniuscuiusque istorum vnus est numero motus secundum quod in ipso mobili consideratur: illi qui hoc modo accipiunt vnus numero motus non erit infinitus secundum vitam: sed determinatus: quia vnumquodque istorum mouetur ex quodam in quod dicitur et nos ostendimus in fine sexti physico: quod talis motus non est infinitus: sed finitus. Motus enim vnus qui est ex eodem in idem: aut est numero vnus: aut genere: aut specie. Numero autem sicut in quinto determinatum est: dico motum esse vnum qui sit eiusdem mobilis ex eodem in idem numero in tempore eodem numero: vt ex hoc albo quod est idem in numero: in hoc nigro quod est idem numero: et non tamen genere vel specie idem: et secundum hoc tempus quod est idem numero. Si enim secundum aliud tempus est non erit idem numero: sed specie. Genere autem motus vnus est siue mutatio qui est in eodem predicamento substantie vel alterius generis predicati. Specie autem est motus idem secundum eandem speciem vt ex albo in nigro: aut ex bono in malo: hec autem omnia dicta sunt in prioribus sermionibus qui habitus sunt in quinto libro huius scientie. Hoc autem sic presupposito accipitur per hypotheseum quod motus ipseus. a. vocetur. e. et motus ipseus. b. vocetur. z. et motus eius quod est. c. et eius quod est. d. vocetur. l. et t. et quia iam habitus est quod motus omnium istorum est simul sic tempus in quo est motus vnus ipso quod est. a. signatum per litteram. k. cum autem determinatus hoc est finitus sit motus ipseus. a. secundum numerum et speciem et genus: vt supra probauimus: oportet quod tempus eius quod est. k. sit terminatum et non infinitum: sed in eodem tempore mouetur. a. et d. quod est. b. et aliorum vnumquodque que infinita di-

Ex. 1. c. 2.

Ex. 1. c. 3.

Ex. 1. c. 4.

Ex. 1. c. 5.

Ex. 1. c. 6.

Documentum in loco.

Ex. 1. c. 5.

Ex. 1. c. 6.

cuntur: ergo totus motus infinitorum qui signatur per e.3. l.c. erit in tempore finito quod est. k. hoc ideo sequitur: quia tam ante habitum est quod in eodem tempore in quo mouetur a. consequentia ipsum. a. omnia infinita mouetur: ergo omnium motus erit in eodem tempore. Ad motus enim eorum aut est equalis: aut maior: quia minor esse non potest: quia tunc vel plus est de motu in eo quod mouetur quam in finitum ei id quod mouet et nullo modo minus. Dicimus autem plus de motu in ipso propter causas quas supra diximus: quod scilicet adhuc virtus motiua manet in eo quod mouetur: quando etiam non mouet id quod mouebat: et in hoc non est differentia ad presentem intentionem: quia in utroque modo mouentia supponuntur esse infinita: unde secundum utrumque modum sequitur vniuersaliter quod infinitus motus sit: et moueatur in tempore finito. Hoc autem impossibile esse probatur in sexto. ergo impossibile videtur quod hoc abeat in infinitum quod vnum semper moueatur ab alio. Sic quidem igitur secundum apparentiam demonstrari videtur in tertium nostrum quod a principio intendimus. scilicet quod non abeat in infinitum hoc quod vniuersaliter semper moueatur ab alio: non tamen secundum veritatem adhuc demonstratur nisi aliquid dicitis addatur propter hoc quod nullum videtur inconueniens: sicut in fine sexti libri huius scientie declarauimus hoc quod dictum est. Conuenit enim secundum ea que hic dicta sunt: in tempore finito infinitum motum esse: non eisdem quidem numero: sed alterum post alterum: et alterum cum altero secundum numerum in finitum mouentium: et eorum que mouentur: ita quod multa et in finita sint mota consequenter et simul habentia motum: sicut et accidere videtur in his que nunc dicta sunt: sic quod forte ridebit: et instabit nobis aliquis. Sed contra hoc dicimus quod si nos supponamus secundum supradicta: quod id quod mouetur primum et mouet alia secundum locum corporales mouetur: et necesse est quod eod quod mouetur quod necesse est tangi: et per consequens continuu esse suo mouenti quod moueri supponitur: eo quod immediatus eius ad aliquod ipsum tangat: et tactus in mathematicis et in physicis ordinatur ad vnum: sicut videmus contingere in omnibus physicis mouentibus et motis: tunc possibile erit quod ex omnibus vel infinitis que mouentur a se inuicem supponamus fieri vnum: aut contangens: aut continuum: quia nos superius diximus quod nos non loquimur hic de mobili contracto ad materiam: et ideo etiam diximus supra: quod omne mobile est diuisibile: non tamen elementum quod est mobile est: et non sit diuisibile: quia diuisibile est elementum secundum quod est mobile: non tamen diuisibile secundum quod est hoc mobile ad materiam contractum: et ita dicimus quod omne mobile inquantum mobile continuabile est cum omni mobili inquantum est mobile: et si accipiatur continuu cum ipso nihil debet sequi impossibile. Accipiamus igitur quod contingat vniuersi fieri corpus ex omnibus illis que posuimus esse infinita: et sit illa magnitudo siue continuum infinitum signatum per. a. b. c. d. et motus enim congregatus ex omnibus motibus particularium continuorum sit signatus per. e. 3. l. c. et non est differentia quo ad propositum nostrum: siue sit que liber magnitudo sigillata finita: siue infinita: dummodo infinite ponitur secundum numerum: quia siue numero: siue alio modo sit semper compositum est infinitum quod componitur ex infinitis per numerum: siue sint infinita secundum vltima: siue finita: sicut etiam in physicis est ostensum. Conuenit secundum vnam similitudinem quodcumque istarum ponatur quod in tempore finito mouebitur infinitum quod in componentibus secundum vltima: aut est finitum: aut infinitum: sed numero componentia semper sint infinita: et utrumque horum est impossibile: sicut in sexto declaratum est: ibi enim probauimus quod motus infiniti est infinitus: eo quod motus vnam et essentialem habet diuisionem secundum diuisionem eius quod mouetur: et tunc eius quod est infinitum in componentibus motus est infinitus: quia non finitum transitus eius. Cum igitur impossibile sit motum hoc modo finitum esse in tempore infinito: sequitur hoc ex illa positione que dicit abire in infinitum: si vnum ponitur moueri ab alio. Necesse est ergo quod stabit aliquando si vnum mouetur ab alio: ita quod aliquod sit primum mouens: ita quod ipsum ab alio nullo mouetur: oportet igitur per istam rationem esse aliquod primum quod mouetur a mouente primo. Si autem forte aliquis dixerit quod ista demonstratio non valet: quia non concludit simpliciter: sed concessio quodammodo falso: hoc est quod omnia mouentia et mota continguntur: vel continentur:

dicemus quod non impedit nostram demonstrationem: quia hoc sit falsum secundum corpora physica in specie et forma accepta: tamen est possibile et contingens secundum genus mobilis in quantum est mobile ut diximus. Quando autem possibile et contingens supponitur hoc sit falsum nihil debet sequi impossibile: hoc autem sequitur impossibile: et ideo non sequitur hoc ex assumpto falso: sed potius ex positione illa qua ponitur abire in infinitum quod vnum semper moueatur ab alio. Est etiam aduertendum quod cum nos in tali ordine mobilitum et motorum probauimus esse aliquod primum mouens: non intelligimus hoc de primo quod est finis mouens intentionem efficiens: quia finis est cuius causa sit totum quod fit ab efficiente: sed intelligimus de primo quod est efficiens: unde est principium motus quod mouet et operatur ad hoc quod motus fiat: et cuius actus est motus in eo quod motus. Hic enim mouens simul tempore est mouens cum eo quod mouetur: ita quod nihil est medium ipsum: hoc enim verum est quod scilicet talis motor immediatus est et quod mouetur in omni eo quod mouetur et mouenti: et hoc vocant quidam esse locum ex loco quia in eodem loco: et ubi est motor et id quod mouetur.

Cap. 4. Inter motorem et id quod mouet nihil est medium in omnibus modis motus localis.



Motus autem in genere considerentur fieri vnum: et hoc non potest esse nisi immediata sint motor et id quod mouetur: ita quod inter ea nec plerumque sit: nec vacuum: oportet nos hic determinare quod inter motorem et id quod mouetur ab ipso nihil sit medium secundum omnes motum in genere. Quia autem per se manifestum est quod inter generans et generatum et proximum nihil est medium: quia virtus formatiua que est proxima generans est in semine: ideo non oportet nos multum sollicitari pro problemis in generatione et corruptione que est generationi contraria: sed nos probabimus hoc in his in quibus est occultum. Quonia autem tres sunt motus ut diximus in quinto: quorum vnum est secundum quilibet locum: et alter secundum qualitates: et tertius secundum quantitatem. Necesse est etiam quod ea que mouentur mouentur ad tres terminos generum: et necesse est motus tres esse secundum genera. Ad motum igitur qui est secundum locum est loci mutatio: qui vero secundum qualitatem est alteratio: que vero secundum quantitatem est augmentum vel detrimentum. Dicamus igitur primum de loci mutatione: hic est enim secundum naturam primum motuum: sicut probabimus in octauo habuissent. Dicamus igitur quod omne illud quod fertur secundum locum: aut mouetur ipsum a seipso: aut ab altero quod est extrinsecum ei. Si autem mouetur a seipso sicut animalia mouentur: vel per se videntur moueri sicut elementa: tunc manifestum est quod motus simul cum talibus et in seipsis mouentibus habent in se mouens: et ita simul erit mouens et quod mouetur: ita quod inter ea nullum est medium: neque plenum: neque vacuum: quia cum in principio libri probatum sit quod omne quod mouetur habet motorem: oportet et quod illud quod mouetur et non habet motorem extra: habere eum in seipso: et ita habet eum coniunctum sibi sine medio. Quod autem mouetur ab alio mouetur quadrisarie: oes enim motus violenti qui motorem habent extra: ad quatuor modos communes reducuntur. Modi autem illi sunt vocati pulso: tractio: vectio et vertigo. Omnes enim alios modos motus violenti necesse est in hos reduci: et contingere aliam rationem istorum: sicut inferius ostendemus. Pulso autem diuiditur in duos modos speciales: quedam enim pulso est impulsio: et quedam vocatur erpulso. Et impulsio quidem est: quando id quod mouetur non deficit ab eo quod impellitur: sed corporaliter coniungitur ei per totum spatium: et per totum tempus impulsiois: sicut si manu superposita super lapidem lapidem impellam: ita quod manus a lapide non separetur: et tunc manifestum est quod mouens et motus coniunguntur sine medio. Alius autem motus pulsois est erpulso. Erpulso autem est quando pellens deficit ab eo quod pellitur: et hoc est quando primum tangens mouens id quod mouetur impetu suo erpellit ipsum a se: et tunc distat ab ipso: sicut est in lapide proiecto a manu: et in hoc motu etiam mouens immediate coniungitur ei quod mouetur: quia aer per quem mouetur.

Lex. 2. co. 7.

Lex. 2. co. 8.

Lex. 2. co. 9.

Hic et loquor meator est nua.

L. 2. co. 10.

2. co. 11.

2. co. 12.

Ter. 65. 28. r
inde.

mouetur locus est naturalis eius qd professe r virtus plij-
cientis est in ipso cum lapide: sicut in tertio de celo r mun-
do habet ostendi: r sic manifestum est qd in omni motu vio-
lento qui est pulsio mouens r motum sint coniuncta sine me-
dio. Hoc autem idem ostendimus fieri in motu vectiois.
Vectio enim in comuni dicitur perficitur tribus modis mo-
tuum in speciali dicitur. Generaliter enim vix est de omni
eo quod vehitur qd ipsum non mouetur motu proprio: neq;
naturali: neq; alio: sed mouetur fm accidens hoc qd ducit-
ur in alio quodam qd mouetur motu pulsionis in quo ipse
facit: vel est fm quecunq; modum in ipso. Vehens autem
eius motu mouetur id quod vehitur habet motu aliquo
quodam pulsionis fm duos modos supra dictos. Ali-
quando autem habet motum tractionis siue citationis: si-
cut id quod vehitur in plastro. Aliquando habet motum
eius qd ducitur in circuitu: quod vocatur vertigine ductu:
sicut id quod circūducitur rota molendini faciens vel sedes.
Manifestum est igitur qd vectio perficitur his tribus mo-
dis motuum: r cum in quolibet istorum vehens sit mouens:
id autem quod vehitur sit motum: r inter illa nihil sit me-
dium: manifestum est qd etiam in hoc motu violento inter
mouens r motum nihil est medium. Tractione autem est mo-
tus violentus qui duobus modis perficitur. Sit enim tra-
ctio semper hoc modo qd mouens non separetur ab eo qd
mouetur: sed sit dupliciter: scilicet qd potest fieri ad trahen-
tem: vel ad alterum a trahente. Constat enim qd tractus ali-
quis fit ad trahentem: r aliquis fit ad aliud a trahente in
his duos motus omnes alij modi tractionis reducuntur:
r tractionem quidem nos superius posuimus in secundo lo-
co enumerationis istorum motuum: r tamen exequemur eā
tertio loco: quia vectio fiebat vno modo per tractu: r alijs
modis: r ita vectio quodammodo erat in plus qd tractio: r
ideo prius erat exequenda. Sed in quantum tractio simpli-
tiori modo motus sit qd vectio erat tractio enuntianda an-
te euectionem: r in quantum sit motu proprio ipsius mobi-
lis: cum vectio semper fiat motu alieno. Cum autem duo-
bus modis fiat tractio: etiam duo nomina sortitur vulgari-
ter: quia motus qui est ad trahentē dicitur attractio. Ad-
tus autem qui est ad aliud dicitur extensio. Omnes autem
alij motus tractionis cum incidant in duas species modo-
rum predictorum reducuntur ad istos. Sunt autem quidā
modi motuum qui h non sunt violenti: qui etiam reducū-
tur ad similitudinem istorum: h non habeant eandem ra-
tionem cum istis: sicut est in anhelitu in spiratio que est per
modum attractionis: r exspiratio que est per modum extra-
ctionis. Similitudinem etiam habent cum his omnium il-
lorum corporum modi motuum qui sunt per modum emis-
sionis vel receptionis: quoniam emissio semper est per mo-
dum extrusionis: r receptio per modum attractionis: sicut
in virtutibus est naturalibus in quib; virtus emittitur in
organā r habet organū quodlibet fila r lacertos r chordas
per quas attrahitur: r si ista etiam sint accidentalia r corru-
pcentia: tamen in hoc reducunt sicut tussis r sterminatio que
per modum extrusionis sunt: r tractus qui est per modum
attractionis. Similiter est autem de speculatione r radia-
tione: quoniam speculatio omnis cum fiat intus suscipien-
do est per modum attractionis: r cum radiatio fiat in emit-
tendo lumen r radium ipsa fit per modum extensionis: qd
libet enim vnum sit per modum attractionis: r alterum se-
gregationis r extrusionis. Est autem aduertendum qd h rā
motus naturales qd animales similitudinem habeant cum
his duobus modis attractionis: tamen non sunt illi ipsi mo-
tus in specie: sicut in motu animali sicut in principio dixim:
r etiam motu naturali per se constat qd motor coniunctus est
suo mobili qd ab ipso mouetur: r ideo non egemus vt pro-
bemus hoc: sed in motu tractionis non ita costat. Est eti-
am ad hoc aduertendum qd h quedam trahant: tamen non
omnia que aliquo modo trahuntur dicuntur moueri motu
tractionis: sed aliquādo mouentur plus motu naturali eius
qd trahitur: sicut nutrimentum mouetur ad membra: non
motu membri quod trahit ipsius: sicut locus trahit locatis:
sed potius proprio motu: quia cum assimilatum est fm ali-
quid membro mouetur ad ipsam sicut ad suum locum sal-
uantem se in forma quaz recipit: r hoc etiam modo graue

Ad de nomi-
nib; tractiois

Ad hic quo
alij mot; nō
violētū redu-
cunt ad istos

mouetur deorsum: r leue mouetur sursum: r hoc modo etia
magnes mouetur ad ferrum propter similitudinem forme
quaz habet cum ferro: r ideo ferrum est locus eius: r ideo
cum impeditur vis illius similitudinis: ferrum non moue-
tur ad magnetem: nec econuerso: r ideo cum succo al-
lij vel lapillus vel ferrum: neutrum mouetur ad alterum: r
iste motus est etiam sic: qd mouens coniunctum est suo mo-
bili quod mouetur ab ipso: quia virtus lapidis diffunditur
in medio vsq; ad ferrum: r econuerso: r hec virtus tangens
est mouens immediatum. Similiter autem est de kakabre
vel alio lapide precioso qui non trahit paleam nisi calefa-
ctus per motum: quia per motum dissoluitur res trahens
r emittit virtutem: vnde etia aliquando sic calefactus per ignē
non trahit: quia ignis est vehementer dissoluens r cōsum-
ptiuus: r ideo non manet cum calido ignis vigorosa virtus
ad attrahendum: sed potius consumitur: r ideo non attra-
hit. In omnibus autem his h motor immediate coniunctus
sit mobili qd mouetur ab ipso: tamen ipsi nō sunt modi hu-
ius motus quem vocamus tractionem nisi fm similitudi-
nem: quia in istis qui naturales vel animales sunt non mo-
uetur tractum fortiori: motu trahentis: sed potius fortiori
motu eius quod trahitur qd iam acquisit aliquid de for-
ma: r per hanc formam naturaliter ad ipsum trahens mo-
uetur. Cum autem sit verus motus tractionis: tunc oportet
ret qd velocior: r vehementior sit motus trahentis qd eius qd
trahitur. In omnibus autem dictis considerandum qd siue
fiat motus vere tractionis: siue motus naturalis vel anima-
lis assimilatus illi: qd semper hoc verum est qd nullus est me-
dium inter proximum mouens r motu: r ratione huius mo-
tus constat qd propositio non habet instantiam que dicit qd
inter mouens r motum non est medium. Sciendum autem
qd quidam vocant modum motus violenti citationem que
quasi fit per chordas r instrumenta. Admodum autem tra-
ctionis naturalis vel animalis vocat tractionem: hoc est igitur
qd dicere volumus de tractu. Et dicendum qd ois mo-
tus qui fm locum est: aut est per modum congregationis:
aut per modum segregationis: eo qd ois motus localis
aut est ad mouentem: aut a mouente. Et siquid est ad mo-
uentem: tunc est motus per modum attractionis siue con-
gregationis. Si autē est motus a mouente: tunc est per mo-
dum extrusionis siue segregationis: r ideo omnes mot; re-
ducunt ad duos motus tractionis: r ideo cum illi duo mo-
di motus educantur ad attractionem in comuni: tunc ois
motus reducitur ad vnum modum motus: r hec forte fu-
it causa qd antiqui duo prima mouentia esse supponebant:
scilicet litem que mouet per modum segregationis: r amicti-
am que mouet per modum congregationis. Vertigo au-
tem componitur ex tractu r pulsione: vertigine enim ductu
quod circūducitur circulariter sicut rota. In motu au-
tem rote est semicirculus qui est ex parte mouentis attrahi-
tur: r ideo habet similitudinem cum tractu r perficitur tra-
ctu. Semicirculus autem qui distat a trahente expellitur: r
ideo habet similitudinem cum pulsu: r perficitur pulsu. Est
autem considerandum qd h circulus sit figura simplex: eo qd
vna linea continetur: tamen motus eius simpliciter esse nō
potest propter orientia r regnantia in ipso que a duab; vir-
tutibus mouentur: ab ea scilicet que expellit: r ab ea que re-
trahit ad mouentem: r ideo etiam motus iste post alios po-
nitur: quia a simplici virtute nequaquam perfici potest. Ex
precedentibus autem manifestum est qd si pellex r trahēs
simul sunt cum eo qd pellitur r trahitur: r inter ea nihil est
medium qd tunc etiam inter circūducens vertiginē r circū-
ductum nihil est medium: neq; plenum: neq; vacuum. Qd
autem inter pellex r pulsum: r inter trahens r tractum nō
fit medium: manifestum est ex definitionibus vtriusq;. Pul-
sio enim sicut ante dictum est: aut a seipso: aut ab alio ad illud
est motus: eo qd perficitur in duobus motibus impulsio-
nis vel expulsionis. Tractus autem similiter in duobus per-
ficitur: cum sicut dictum est sit aut ab alio ad ipsam trahēs:
aut ab ipso trahente ad aliud: ergo in omnibus his moti-
bus verum est qd inter mouens r motum r proximum non
est mediu. Amplius forte creditur alij qd instantia sit eius
qd dictum est in specie pulsionis que est plectio: id est: olectio
enim fit duobus modis: aut enim fm naturam motus pro-

fecti: aut contra naturam. Et si quidem sit contra naturam tunc cessat motus quando cessat impetus proiectantis: sicut fit cum lapsis iactur sursum. Si autem sit secundum naturam motus, projecti tunc non cessat motus quando cessat impetus projectantis. Si autem impetus in talibus addit super motum naturalem rei proiecte: ut si lapis proiectatur deorsum: ille enim velocitas fertur deorsum quam si secundum naturam moueretur: in talibus verum est quod projectio fit quando velocior motus fit eo motu quem habet id quod secundum naturam fertur: eo quod fortior fiat impulsio quam sit inclinatio ad motum naturalem in eo quod projectur: tunc ille motus fortior usque ad hoc fit quousque sit motus eius quod fertur quam sit naturalis motus eius: eo quod violentia et impetus projectantis addunt super motum naturalem in tali modo motus: in tali etiam ultimo projectio est proximum est rei proiecte: inter ea non est medium: ergo in omnibus his motibus manifestum est quod simul sunt id quod mouetur et mouens primum et nullum est medium ipsorum.

Cap. 4. Nec in alteratione: nec in augmento aliquid est medium inter mouens et motum.

2. c. 11.

Alteratio est manifestum sicut etiam per inductionem probantur in omnibus modis motus localis. In omnibus enim motibus alterationis accidit sic alteratio: quod ultimum alterantis est cum primo alterati: ergo sunt simul: et inter ea non est medium aliquod. Et ad hoc probandum sumemus unam propositionem: et supponemus eam donec inferius probemus eadem. Hec autem propositio est: hoc quod solum alteratur alteratio: ne propria et publica quale: hoc est secundum qualitatem informataz in eo quod ipsa est sensibilis qualitas secundum aliquod obiectum sensus. Sensibilia autem sunt sensibiles qualitates: sunt ille solus que secundum corpora pure naturalia: hoc est generabilia et corruptibilia differunt ab inuicem: sicut probare habemus in primo secundo libro perigeneseos: sicut sunt grauitas: leuitas: durities: mollities: sonus: non sonus: sine sonus: grauis: et acutus: albedo: et nigredo: dulcedo: et amaritudo: humiditas: et siccitas: densitas: et raritas: et que sunt media inter ista. Similiter autem et omnia alia que sunt sub sensu aliquo: hoc modo quod sunt obiecta sensuum: de numero quorum est calor et frigus: et leuitas: et asperitas. Omnia autem sunt passiones vel passibiles qualitates que subiiciuntur qualitati sicut species subiiciuntur generi: per hoc omnia enim differunt ab inuicem naturalia corpora sensibilia: aut per aliquod horum in eo quod magis vel minus patiuntur aliquid horum. Sensibilia enim corpora dicuntur que sensibilibus qualitatibus distinguuntur. Quorumque autem sensibilibus distinguantur necesse est quod primis sensibilibus distinguantur: prima autem sensibilia sunt frigidum: calidum: humidum: siccum: et his primo differunt homogenea que sunt elementa sicut dicitur habet in secundo libro perigeneseos: et siquidem nos ita secundum rationem et ordinem cause efficientis consideremus inuenimus primas esse qualitates actiuas et passiuas calidum et frigidum: humidum et siccum: hec enim dissoluentur et contrahendo naturam inducunt rarum et densum ex eo quod propinquum que vel remote a se inuicem disponuntur partes materie.

Questio que huius sunt pro quibus manentia.

Si tamen consideremus inter entitates qualitates que viciniores sunt materie et que magis distant ab ipsa inuenimus rarum et densum propinquiores: et post has sunt humidum: calidum: et frigidum: sed de hoc consideratio erit alibi. Quod autem hic sciendum est hoc est quod omnia corpora physica patiuntur ab his: et ipsorum pati est cum alterari ipsorum. Alterantur autem cum sunt frigidiora: aut calidiora: aut dulciora: aut amariora: aut aliquid patiuntur secundum aliquam qualitatem de his que sunt predicta: et quia animata componuntur et generantur ex primis sensibilibus et simplicibus: oportet etiam quod animata secundum partes tam animatas quam inanimatas: hoc est insensibiles sicut sunt vinee et pluit: alterantur eisdem qualitatibus. Et in omnibus his manifestus est quod inter alterans proximum: et alteratum proximum est medium: ex eo quod augens non alterat patiens nisi tangat ipsum: et inter tangenti non est aliquid medium sicut patet ex his que de tactu dicta sunt: unde Aristoteles dicit in 16. libro animalium: quod si aliquid

non tangit aliud et non agit: et si non agit non sequitur alteratio actionis eius. Quod autem alterans agit dupliciter. scilicet corporaliter et spiritualiter. Corporaliter quod quando agit per formas secundum esse physicum et corporale quod habet in materia. Spirituale autem agit quando imutat per intentiones sue forme potius quam per formam sicut alterantur in partibus anime passiuis perceptiuis sensibilium presente materia. Ille enim potentie non recipiunt formas: sed intentiones formaz sensibilium: et he intentiones spirituales sunt que sunt in sensu: quod secundum aliud esse non potest eas recipere sensus: sicut doceri habet in secundo de anima: et illa alteratio sensuum non perfectaz habet rationem alterationis: tamen ipsa etiam non fit: nisi ita quod nihil medium sit inter alterans primum: et alteratum proximum: et hoc videre possumus hoc modo: ipsi enim sensus alterantur tali modo alterationis ex eo quod a suis sensibus sibi inferentibus passionem patiuntur. Actus enim quod isti sensus sicut secundum actus sunt motus per corpus: hoc est per corporalia organa sensu ipso aliquid patiente: hoc est recipiente. Omnes enim sensus passiuie potentie sunt: et sicut in actu quando patientes recipiunt formas sensibilium. Verum est enim quod secundum quod sensus sensibilia alterant ea que non sunt animata: secundum omnia eadem alterant etiam animata: eo quod animata sunt composita ex illis. Non autem conuertitur quod secundum omnia illa secundum que alterantur animata alterantur etiam inanimata: quia habet alterantur a formis que sunt sensibiles: non tamen alterantur ab illis spiritualibus: hoc est quod recipiant eas secundum esse spirituale quod facit sensus: et causa est: quia non habet potentias sensuum in quibus forme ille esse spirituale recipiant quando generant in ipsis. Omnis enim forma secundum rationale inest quale permittit subiectum in quo est: et cum sensus sunt partes anime: et organa sensuum sunt aiata: non possunt esse inesse forme ille nisi secundum esse spirituale: et secundum hoc non insit his que non sunt aiata: et ideo non alterantur inaiata secundum omnia illa que alterantur aiata: quia alteratione sensuum non alterantur inaiata: et non percipiunt cum alterantur inaiata: quia non habent virtutes apprehensiuas suaz alterationis quemadmodum aiata: unde nihil prohibet quod lateat alteratio inaiatorum eo quod alteratio eorum non accidit secundum virtutes sensibiles: quia quodam dicitur quod inaiata habeant sensus naturales. Illi enim qui hoc dicunt: non dicunt quod sensibus naturalibus fiat perceptio alterationis qua alterantur inanimata. Signum igitur sicut predictum est sensibiles sunt omnes qualitates passibiles et passiones: et per hoc fit alteratio. Manifestum est ex hoc eodem quod patiens quod alteratur: et passio alterans sunt simul: et non est iter ea medium. Cum enim fit passio secundum visum: aer est coniunctus oculo: aer autem est contiguus corpori coloratum quod non mutat visum: et superficies illius corporis terminatur ad lumen quod abstrahit colorem et ponit eum in medio visus quod est aer: ille aer terminatur cum lumine ad visum: et sic inter visum et aerem informatam forma visibilium non est medium. Similiter autem se habet auditus et odoratus ad sua obiecta et media: quia inter medium et obiectum quod alteratur medium nihil est medium: et inter medium alteratum et organum sensus quod alteratur a medio nihil est medium. Inter enim verberans primum quod facit sonum et aerem concavum auris iteque nihil est medium. Similiter autem est de odorante: quod sicut est camphora quod inter eam et aerem et aquam nihil est medium: et aer immixtus odore pertingat usque ad instrumentum olfactus in anteriori parte cerebri collocatum: ergo inter mouens primum hoc est proximum quod non per aliud sed per se mouet: et sensus et organum nihil est medium in sensibus qui sunt per medium exterius. Eodem autem modo simul est gustus instrumentum et sapor immixtus ipsum. De tactu autem constat quod omnia tangentia simul sunt ita quod inter ea non est medium: et ista immediate agentis et patientis secundum unam similitudinem est in his que sunt animata: et in illis que sunt inaiata. Est autem et sic in motu augmenti: quia augens est id quod additur: et actus est cui fit additio. Cum ergo nihil sit medium inter additum: et id cui fit additio ipsius: nihil erit medium inter augens et actum. Similiter autem est in decremento: quia decrementum sit per ablatio eius quod additum est: et inter illa non potest esse medium: ergo gignit verum est quod mouentis primum sive primum quod non per aliud mouet: et eius quod mouet ultimum: hoc est quod non per aliud mouetur: nihil est medium quod sit medium secundum modum mouentis et eius quod mouetur: hoc est quod iterum probare. Obiectum autem forte aliquid dicitur: quod augens in actu motu duplex est: sicut determinat

Tex. 2. c. 11.

Obiectio.

Physicorum

nomnantes a materia dicimus ea enea: vel lapidea: vel lignea: vel carnea: et ossa: vel terrea: vel ferrea. Illud autem quod alteratur predicatur de forma supposita que concretive signatur sicut proprie habet signari: eo quod accidens alterans potius est esse quod habet in subiecto quam sit essentia absoluta: dicimus enim quod hoc calidum est es. Similiter autem est de humido et forti et duro et alijs qualitatibus sensibilibus secundum quas est alteratio. In omnibus enim his equivoce hec natura secundum nominis communitatem dicimus et predicamus materiam: hoc est subiectum de passione: et conuerso. Idus autem alia causa nulla est: nisi quia cum figura sit terminus naturalis corporum physicorum et sit species artificialis: non inerte alia et alia figura nisi cum materie et subiecti transmutatione. Sed hoc in naturalibus corporibus manifestum est: quia in materia transit et non manet in specie una: quia non potest esse quod figura hominis et asini sint circa subiectum quod in substantialibus idem est: quia sicut differunt naturalia corpora formis suis substantialibus: ita differunt figuris: ita potest esse distantia a figura speciei debita quod id quod generatur non saluatur: sicut patet in hominibus quando generant enomiter magna capita: vel alia monstra: sicut dicitur in secundo libro supra: et ideo materia non predicatur de ipsis nisi denominatiue. In artificialibus autem non est adeo manifestum: tamen etiam in eis est: quia figura ipsa in artificialibus est species: sicut patet in domo et circulo et orbibus alijs: et cum supponatur ut species: et de specie non predicatur subiectum suum quod est materia: cum species querat materie transmutationem in substantialibus: ideo in artificialibus etiam non predicatur materia proprie: sed in his que alterantur in illis omnino nihil mutatur de substantia libus subiecti: ideo idem in natura manens quod ante fuit predicatur de forma que alterauit ipsum: sicut dicimus quod hoc est calidum vel humidum: vel durum: vel molle: et conuerso. Figura autem non est in ipso nisi sit mutatum a statu in quo ante fuit: et ideo non generaliter possumus dicere quod hoc figuratum est es: sed hoc potius est erum vel lignum: vel carneum: vel osseum: ut per talem denominationem signetur quod materia antequam esset susceptibilis talis figure mutata est a formis in quibus prius fuit substantialibus si figura est consequens formam substantialem: sicut fit in physicis vel accidentalibus: si figura est artificialis sicut in artificialibus. Quoniam quidem ex quo fit et facta est figura non equivoce dicitur secundum nominis communitatem de figura: vel conuerso. Quod autem alterantur secundum nominis communitatem predicantur de se inuicem et non secundum denominationes: quia non dicimus hoc calidum esse erum sed es. Manifestum est quod in figuris non est alteratio: sed in solis sensibilibus sicut dicitur est. Amplius inconueniens est quod dicamus artificialia vel naturalia alterata quando acceperunt suas perfectiones secundum finem qui est forma in natura. Ridiculus enim est si dicamus hominem vel domum esse alterata quando accipit vltimum finem se perficientem: et ideo non dicimus esse alterata quando laterata est et tecta et in debita figura composita: quia tunc perfecta est. Sicut autem in artificialibus figura est dans spem et rationem in artificialibus: ita et figura composita est pbeis formis et in pbeis corporibus: quia composita talis forma talis figura: et ideo figura et est de perfectione in pbeis ad minus quantum ad extra: ergo secundum formam et figuram non est alteratio. Manifestum est enim quod id quod est de ratione alterationis non est de numero eorum que sunt per generationes: forma autem et figura sunt de compositis: necio spem et formam subaltera que inducit per generationem: ergo in talibus non est alteratio. Figura enim ois speciei duo habet extrema et media: et si uenit distare extrema illa non erit generata saluata in illa spe sicut diximus: et huius signum est quod figura in generata non habet varias secundum etate. Qualitates autem alterantes variantur quasi continue: his additur quod non est contrarietas in figuris: et scietur perfecte quod non est alteratio in forma siue circa aliquid constante figura.

Ex. 2. c. 16.

Ex. 2. c. 17.

Quid addi debet rationi predicte.



Volentes autem ostendere quod etiam in habitibus et dispositionibus non est alteratio: diuidimus prius habitus in habitus corporis: et habitus

anime. Et ostendemus primo quod in habitibus corporalibus non est alteratio et consequenter quoniam neque alteratio in habitibus anime est. Prius ergo oportet scire quod habitus et dispositio sunt una res: sed ratione differant et tempore: quoniam id quod est dispositio est habitus quando confirmatur: non enim differunt hec nisi per esse facile mobile: vel per esse difficile mobile: vel oino immobile esse: si est de habitibus naturalibus: et ideo non oportet diuisim inducere demonstrationes de habitu et dispositione: quia probato quod in habitu non est alteratio probatum erit sufficienter: quoniam neque in dispositione potest esse alteratio. Adhuc autem preintelligere oportet qualiter cognoscatur aliqua forma esse habitus: siue sit corporalis: siue sit in anima sicut in subiecto. Cognoscitur autem forma aliqua esse habitus per ipsam rationem habitus: habitus enim est oium habitudo quedam: ois autem habitu est ad aliquid et aliquo: siue aliquid: et ideo quod absolutum est in se simpliciter nullo modo potest esse habitus. Quod autem sonat habitudinem aliquorum adinuenit et ad aliquid illud est habitus. Hoc igitur prenotato dicimus quod in habitibus non potest esse alteratio: quia habitus sunt virtutes et malitie tam corporum quam animarum existentes in habitudine aliquorum adinuenit. Omnis autem virtus talis est permixta secundum suas essentias et essentiali rationem cum re latione: per hoc quod est ad aliquid: sicut patet in sanitate et complexionem et pulchritudine: et que eis similia sunt habitus corporales. Sanitas autem consistit in habitudine aliquorum adinuenit et ad aliquid et non est forma absoluta. Consistit enim in debita secundum spem aliquam et naturam comensuratione in calidum: frigidum: humidum: et sicco: et in debita habitudine membrorum interiorum: et in debita comensuratione ad continentem aerem secundum omnes aeris qualitates: ita sanitas in plurimum habitudine adinuenit consistens. Similiter autem est de complexionem que est qualitas resultans ex permixtione humorum et elementorum: ex eo quod plurimum cuiuslibet est cum plurimo alterius cuiuslibet vbiq; alterans ipsum: et alteratum ab ipso. Eodem autem modo est de pulchritudine in proportionem comensurationis membrorum adinuenit et colorum: et eodem modo est de corporis robore et oibus alijs sibus. Hec enim omnia in plurimum consistunt adinuenit habitudine: et non solum habet hoc quod dicitur est: sed etiam non absolute sunt in corporibus: sed potius sunt ad aliquid quod mensura proportionis attenditur: omnes autem tales corporales virtutes sunt et dicitur dispositiones animalium perfectorum: non absolute: sed relate ad optimum statum naturalium alicuius animalis: in quo in summo sunt omnia sua naturalia secundum species illius animalis. Est enim alta ratio sanitatis hominis preterea ad quam omnia alia sanitas comensuratur: et dicitur maior vel minor secundum accessum et recessum ab illa: et similiter de complexionem et pulchritudine et robore est intelligendum in vno quocumque animali: et similiter in quolibet climate dicitur esse perfectum secundum hoc animal et secundum hoc clima: quod optime sanat et optime dispositus est secundum nam speciei illius et talis climatis. Quoniam autem sicut iam patet tales virtutes et per consequens etiam malitie corporum sunt ad aliquid et in ad aliquid neque generationes sunt neque alterationes: eo quod rationem per se neque generatio neque alteratio. Manifestum est quod id quod est de ratione alterationis non est oino circa habitus corporales.

Ex. 2. c. 17.

Cap. 8. In virtute anime morali non est alteratio.

Idem autem ad probandum quod etiam circa virtutes anime et malitias non est alteratio: sed virtutes anime sunt duplices. scilicet morales et intellectuales. Prius ergo probandum est quod circa morales non est alteratio: post autem quod neque circa intellectuales. Virtus autem moralis quedam perfectio est. Omnis autem perfectio est indiuisibilis: et in indiuisibili temporis datur: ergo virtus moralis indiuisibilis est: et datur in indiuisibili temporis: sed alteratio sicut et alij morus non sunt nisi ad diuisibile: sicut ostendimus in sexto. ergo alteratio non est circa moralem virtutem: nec etiam circa vltimum morale. Quod autem virtus moralis quedam perfectio sit: probatur a simili et per syllogismum: per syllogismum quod sic: quia vniuersum quod tunc maxime est: tunc maxime perfectum est: et maxime secundum naturam quando attingit id quod est proprie

Ex. 2. c. 18.

Quid addi debet rationi predicte.

proprie virtutis perfectio: sed anime hominis est quedam perfectio virtutis moralis: ergo cum attingit illam tunc maxime dicitur esse perfecta. Quia ergo omnis perfectio datur in indivisibili temporis: omnis virtus moralis est indivisibilis: et datur in indivisibili temporis. Si similiter autem probatur per hoc quod si nos accipiamus perfectionem circuli: maxime tunc circulus erit quando perfecta ratio et virtute circuli attingit. Perfectio autem omnis que vere perfectio est indivisibilis est et simplex: et datur in indivisibili temporis: ut sepe supra ostensum est: et sic se quisque non sit alteratio in talibus perfectionibus. Cuius autem forte nobis aliquis obijciendo dicat quod virtus et malitia non sunt perfectiones: et ideo ulterius inferendo non sunt perfectiones indivisibiles: quod virtus non est ad esse: sed ad bene esse: et quod non est ad esse non est perfectio simpliciter: perfectio enim quid sit: sicut et albedo est perfectio albi: et nigredo est perfectio nigri. Dicitur enim quod non est verum quod dicitur: eo quod sicut probatur habet in ethicis nos innati sumus suscipere virtute: sed perficere est ab alfectu dicitur: et ideo virtus se habet forma substantialis ad materiam: ita se habet virtus moralis ad anime partem practica: et ideo sicut indivisibilis est forma substantialis et datur in indivisibili temporis: sicut sepe habetur est supra: ita est etiam de virtute moralis. Quod autem obijciatur quod non sit ad esse: sed ad bene esse: non impedit: quod unum est esse rei quod est a forma substantiali: et ante esse rei nihil est. Alter autem est ad perfectionem potestate practice ad actum: et hoc est post esse rei sicut et ipsa potentia: tamen nihilominus perfectio ipsius est indivisibilis: et ideo etiam non interceptio peritio: et ideo nullus forma parte est in vicio et forma parte in virtute neque in motu neque extra motum existens: sicut est forma aliquid in albo: et forma aliquid in nigro: ille qui movetur ex albo in nigro: eo quod albus non est indivisibilis et simplex forma: sicut virtus moralis: propter quod non est motus ad ipsam et sicut etiam alteratio non est ad ipsam: sed potius finis est alterationis cuiusdam sicut et generatio finis est alterationis: quasi circa virtute moralis non est alteratio: tunc etiam circa malitiam virtuti moralis opposita non est alteratio: quod malitia non est positio alicuius qualitatis vel habitus: sed potius est corruptio et remotio virtutis: sicut et omne malum non est positio alicuius: sed privatio habitus illius cui malum illud opponitur: sicut in ethicis habet determinari. Quod autem dicitur quod virtus est finis alterationis cuiusdam: sic intelligimus quod absque dubio virtus moralis sit: et malitia sibi opposita cum aliquid alteratur: sed tamen alteratio non est neutrum horum: quod est ad neutrum illorum. Quod autem aliquid illorum que recipiunt virtute vel malitiam alteratur antequam recipiat est manifestum. Virtus enim moralis ut habet determinari in ethicis: aut est ipsa passibilis quedam: aut passibilis hoc modo quo convenit: hoc est quasi opus: et ubi et quomodo et qualiter et qua de causa et quantum. Si enim aliquis abstractus sit: et vicerit passiones delectabiles que sunt in sensu: tunc est vincens per passionem contra passiones illas: et sic non est simpliciter passibilis: sed impassibilis: sic etiam hoc est hoc modo quo passiones sunt in virtutibus. Si autem passiones delectabiles que sunt in sensu non sequitur: tunc est impassibilis: et neutrum horum fit sine passione prius experita: ergo iratus non est sine passione: et est alteratio sit sine passione et passibilis qualitate: virtus hoc modo non fit sine alteratione: sed semper est finis alterationis per hoc quod est finis passionis. Malitia autem passibilis: quod passioni non resistit: aut est aliquid passio contra virtutem: quod virtus sequitur laudabiles passiones: malitia autem vituperabiles: et est contra eis per causam. Quibus autem totius causa est: quod sicut in ethicis determinatur morale virtute accidit esse in voluptatibus et tristitiis: quod est circa eas sicut circa objecta in gaudendo et tristando. Voluptas autem omnis et tristitia passiones sunt que sunt a sensu: omnis enim voluptas est a sensu: et sit a sensu: aut est forma pensus ab actu sensus: aut forma preteritum: aut forma futurum. Si autem est forma preteritum: tunc est reminiscencia: eo quod reminiscimur similia quibus passimus sumus in preterito: aut est forma futurum: quia speramus talia pati forma voluptate quibus similia audimus et experiri sumus: et ita omnis voluptas sit a sensu: aut forma actus: aut forma potentia. Oportet autem est quod talia sensibilia sunt passibiles qualitates et forma ea est alteratio: et hoc est quod volumus ostendere. Sed sciendum est quod voluptas potest loquimur hic sit sensibilibus et corporalis passio tunc delectatio aliquid est simplex et mixtus solius:

et ideo illa non necessario est cum passione: quod mentalis delectatio non habet similitudinem: quod illa delectatio non est vere passio: sed potest sicut dicit Aristoteles in 4. libro ethicorum: est operatio propria et habitus conaturalis non impedita. Cuius etiam causam possumus assignare quod forma virtute moralis et malitia ei opposita non est alteratio que est motus physicus: quod si ipsa etiam est existens in habitudine circumstantiarum circa medium: quod est quasi debet: et ubi et quantum: et quomodo: et forma ceteras circumstantias que ab ethico determinantur et est in medio quod necessario operatur extremitas: et ostensum est iam in physicis quod in talibus non est motus: et ideo etiam in virtute moralis motus esse non potest: sed est coniuncta alterationi propter passiones circa quas est: sicut iam in physicis dictum est. Tristitia enim et voluptas sunt passiones illate a sensibus: et sunt circa partem sensibilem anime que est concupiscibilis vel irascibilis: quod forma etiam Plato dicit quod omnis voluptas est generatio in sensibilem animam.

Capitulum 9. In intellectu speculativo forma virtutes intellectuales non est alteratio.



Ano neque. In intellectu speculativo forma virtutes intellectuales non est alteratio. Sciens enim forma scientia quam adipsam vel adeptus est maxime dicitur ad aliquid: sed enim sit species quedam qualitates scientia forma quod est in ens vel prudens: tunc forma quod est in se vel forma suam generationis qua generatur in anima maxime est ad aliquid. Hoc autem manifestum est in generatione sapientie vel scientie in intellectu. Idem enim scientie quod in anima non est factum in anima forma potentia moventis vel agentis que transmutat intellectus de esse forma vna in aliud esse forma alia: sicut in omni generatione et alteratione vna forma abijciatur et repellitur a movente potentis et alia inducitur: sed potius intellectus qui est forma universalis scientia: eo quod universalis rationes inquirat fit in nobis per resolutionem sine transmutatione intellectus ex ea experimetalis cognitione sensibilibus: que est forma parte: sicut fit imago in speculo terro sine alia potentia mutare speculi: quod resultat in speculo imago per lucem abstractentem forma rei: et dicitur etiam quod speculi oppositiones. Et ideo sicut alio quodam modo mutatur speculo vno permanere resultat imago: ita intellectu possibilibus vno modo permanere forma oia sua que habet in seipso resultat in eo universalis scientia ex cognitione experimentalis particularis per lucem intellectus agentis: et ideo sicut diximus de colona que sine mutatione sui per motum fortis sit dextra et sinistra: ita etiam scientia sit in intellectu scientia sine mutatione intellectus possibilibus: ita quod non mutatur nisi corpus impediens abstractionem intellectus forma scientia. Est autem huiusmodi simile: sicut si aliquis remoueat objectum lignum: vel lapidem a fenestra: quo amoto sine omni mutatione domus illuminatur per solis radium: ita etiam sit in intellectu. Remoto enim impedimento corporis per etatem et exercitium studij statim resultat in intellectu possibilibus scientia universalis ex particulari comprehensione: ideo scientia forma actus que accipitur non est generatio quedam rei in se generate per potentiam moventis aliquo modo: sed est resultatio eius in nobis. Nihil forte aliquis improprie loquens dicat reuerentes sensibilibus ad sensus: sicut visibilibus ad visus: vel tactibilibus ad tactum esse quasdam generationes formam: quod visibilibus in visu etiam sunt: ita quod nulla potentia transmutat visum: sed potius remotis impedimentis visus ab objecto subito resultat forma in visu: et similiter est de tactu non quod forma medium tactus: sed quod species tactus resultat in parte anime que tu dicat de tactibilibus. Cuius forma tactus generatur in medio tactus: quod est ita in animalibus subito per resolutiones fit interio illi forma in parte que preceptiva est tactibilibus nulla potentia movente parte illa anime: et talis quod actus est universalis scientia in anima: sicut diximus: et ideo si aliquis vere et proprie loquens tales sensibilibus in sensibilibus potentis resolutiones dicat non esse generationes et alterationes: tunc multo minus dicere debet quod resultat in universali scientie in anima sit generatio vel alteratio proprie dicta: eo quod sicut dicitur est resultat in intellectu sine omni sua transmutatione ex sensibilibus acceptione per lucem intellectus agentis: vnde etiam patet quod illa acceptio scientie que fit a principio cum aliquis ex ignoante factus est sciens: non est vno nomine gene-

Ita modo etiam formam rationis et demerito in sententiis textu.

Ex. c. c. 20.

Ita quo scia sit qualitas et quo ad aliqd

Expōtiner. in pñti loco.

Obiectio

Solutio

Ex. c. c. 19.

Documentū

ratio aliqua neq; alteratio. Anima enim fit ſciens prudēs & ſapiens in eo q̄ quieſcit & reſidet in actibus ſuis qui turba- ti & inſtabiles erant ppter in quietudinem complexionis: eo q̄ in pueris complexio multū abſtat ſubtilis humoris qui eſt facile mobilis: & eſt in eis multum calidum: h̄ calor nō ſit ita acutus ſicut in iuuenibus: & ille calor multū mouet: pro- pter q̄d p̄ſuſo motuum corporis impedit actum anime per intellectū: & ſpecies acceptę ab ipſis mouentur continue: nō ordinatę & pure deſerantur a ſpiritibus animalibus: & ideo ſuper eas non poteſt ſigi lux agentis intelligentie vt reſulta- tiones vniuerſales ponat in intellectu poſſibili: & ſimile hu- jus eſt in formis reſultantibus in aqua fluente. Ille enī oēs confuſe ſunt & diſtincte videri non poſſunt: propter q̄d dicitur Plato q̄ in pueris eſt ſicut in dormiente: & ebrioz: & in firmo et humore cerebri infecto: q̄ ſicut ebrius non conſiderat be- ne niſi digeſto vino: cuius calore & humore phantaſmata di- ſtincta eſſe non p̄mittebant & ceptiones firme eſſe nō pote- rant: & ſicut dormiens humido frigido descendente a capi- te habet ligatas virtutes animales precipue exteriores: & ſi cut infirmus humore innali oppilante impedit ab apprehē- ſione ordinata: & ſtituitur in amentia quadam: ita pueri p- pter humidū ſitidum oppilans cerebrum & diſſipās imagi- nes apprehenſas: nō bene iudicant ſm ſcientiam & prudē- tiam & ſapientiam: ſic ergo nō eſt factus ſciens per alterationē nē: quādo aliquis dormiens vel dormiēs vel ebrius prius digeſto vino: vel infirmus ſi ordinat in capite: ita etiā ille qui p̄mo accipit ſcientiā: & ideo non eſt alteratus in intellectu ab ali- quo mouete. Ebrius enim vel dormiēs vel infirmus nō po- terat vt ſcientia ſm actū: ſed mutatiōe facta in corpore nō in intellectu per quā in ſtatū ordinatū venit corpus: tūc po- terat vt ſcientia: q̄ tunc inerat ei potentia vtendi ſcientia: ſm q̄ p̄grum erat: & huius aliquid ſit in ſcientie exiſtentia quando ex p̄ncipio accipit: q̄ quies turbationis in corpo- re quedam eſt reſtauratio intellectus: vt reſultare poſſint in ipſo que ante nō reſultabat: & hac de cauſa infantes nō po- ſſunt addiſcere in infantili etate: & etiā cū p̄mo incipiunt lu- dicare de rebus: nō ſimilr bene poſſunt iudicare p̄ſbyteris: hoc eſt ſenioribus: in quibus quies iam facta eſt: q̄ circa in- fantes multa eſt perturbatio: & multi motus ppter cauſam ſupra aſſignatam. Hęc autē perturbatio pulſat: & tunc ſtatū ſit cōprehentionis per multas cauſas: aliquādo etiam ſit a na- tura quādo eras debita excedit: & hoc eſt cōmune in oibus: aliquādo autē cum hoc ſtudium ſit ordinās cōprehendiēs: operant aſt ad hoc exercitiā bona & liberalia: & virtus & p̄ci- pue caſtitas: q̄ peccatū incōtinentie ſubiſcit hominē paſſio- nibus corporis que impediūt intellectus cōprehendiēs: ſi- cut in pueris impedit eras. Quod enī in pueris facit eras: hoc facit in luxurioſis paſſio: ppter q̄d in etibicis peccatum incōtinentie inter puerilia peccata cōputatur. C̄n vtrūq; aſt bis accidit intellectus facta quadam in corpore altera- tione: ſicut diximus de dormiēte qui digeſto humido frigi- do organiſenſum ſoluris ſurgit & ſit vigilans ad actum. Et ſimiliter eſt in eo qui accipit ſcientiam mutatione facta in corpore ſuo per modum quem diximus. Non igit ſit ſcē- tia in intellectu: ita q̄ intellectus alteret per ſe & eſſentialr: neq; ſit ſit in eo q̄ ſcientia ſequatur quādam alterationem factam circa intellectum: ſed ſit in eo q̄d ſequitur per acci- ſis quādam alterationem factam in corpore. Dico aſt ſcien- tiam ſequi illam alterationem per accidens: q̄ illa altera- tio non per ſe cauſa eſt ſcientie illius: ſed facta alteratione ordinata ſit experimentaliſ collectio particulariuz: & remia- nens ſtat in anima ſenſibili: & tunc luce intelligentie agentis ſit ſcientia in anima ſine aliqua intellectuſ mutatiōe. Hęc igitur modo intelligitur q̄ ſcētia eſt habitudo dicta ad ali- quid: & nō hoc modo quo quidam ante nos dixerunt q̄ ſcē- tia reſertur ad ſcientem & ad ſcibile: hoc enim niſi eſt ad ppoſitum: q̄ per hoc id q̄d intenditur p̄bart non pōt. Ad- niſteſtum eſt igitur ex omnibus antedictis: q̄ id q̄d eſt vere alterationis in corporibus: eſt que ſenſibilibus qualitati- bus ſunt diſtincta: & eſt etiā in ſenſibili parte anime exteri- ri & interiori: que eſt concupiſcibilis & traſcibilis: & in nullo alio: ppter q̄d etiā partes anime ſenſibiles: cum in digneant corpore ſm hos actus quos habent in corpore non poſſūt ſe parari: ſed de hoc alibi tractabitur.

Ad q̄d p̄ue- ri ſm Plato nē ebrioz dor- miētū: & infir- mo cōparant

Ad q̄d p̄ue- ri ſm Plato nē ebrioz dor- miētū: & infir- mo cōparant

Ad q̄d p̄ue- ri ſm Plato nē ebrioz dor- miētū: & infir- mo cōparant

Tractatus ſecundus ſeptimi libri phyſicorum De compa- ratione motuum.

Cap. p̄m. De diſputatione: vtrum omnis motus omni motui eſſet comparabilis.



Ubiabit autē aliquis?

Ex. 7. c. 21.

Utrum omnis motus omni motui ſit com- parabilis per eque veloz: & magis & minus veloz. Vel nō omnis motus hoc modo ad omnem motum poſſit comparari. Si enim concedatur: q̄ omnis motus ad omnē mo- tum per p̄portionem velocitatis ſue poſſit comparari: cum equaliter veloz ſit q̄d in equali tēpore per equale ſpatium cum alio mouet: tūc circularis motus erit comparabilis recto ſm p̄portionem velocitatis ipſoz: ita q̄ poſſumus dicere q̄ aliquis circularis motus ſm veloci- tatem eſt equalis recto motui: aut minor ipſo vel maior ſm p̄portionē velocitatis. Et ſi dicat aliquis q̄ hoc nō eſt incō- ueniens: tunc inferam c̄cluſionem que expreſſum habet in- conueniens: q̄ ſm dicta ſi duo ſint quoz vnū alteretur: & al- terū ducatur in motu ſm locum: & ſiat hoc in vno tempore equali: tunc erit illi duo motus comparabiles ſm p̄portio- nem velocitatis: ita q̄ poſſumus dicere equalem vel maio- rem vel minorem alterationem eſſe q̄ ſit loci mutatio. Cūq; autem omnis velocitas alterationis ſit a paſſione & in paſ- ſione que ſuit in alteratione: & omnis velocitas motus lo- calis ſit ſicut a cauſa & a ſubiecto ſuo ab vbi: cui? renouatio cōtinua & ſturus eſt in motu ſm locum: nec ipſoz velocitas ſm eſſe phyſicū conſiderata vnq; ſit extra ipſas: ſequitur q̄ poſſum dicere: q̄ aliqua paſſio fluens eſt equalis lōgitudi- ni que renouat in motu locali: vel maior: vel minor in ipſa. Cū ergo hoc impoſſibile ſit: erit etiam impoſſibile motum circularē cōparabilem eſſe motui recto: q̄ ſi eſſent cōpa- rabiles ipſi motus oporteret: q̄ linea circularis eſſet cōpa- rabilis linee recte. Omnia enim que cōparant ſm magis & minus & equalē mēſurant ſe inuicē per partes: & ideo ſibi in- uicē ſunt ſuperponibilia: & ideo opz ipſa eſſe vnus nature oino: q̄ vnūquodq; mēſurat ſui generis minimo ſm excef- ſum & defectū & equalitatē: ſicut in philoſophia docetur. Si ergo ſm ſupradicta c̄cedat: q̄ hic dicimus equalē veloz cū illo q̄d in eqli tēpore mouet per eqli aliqd: opz q̄ habeat ve- locis diſſonē: q̄ eqli ſint p̄ que trāſeūt equalr velocia: ſ; nul- la paſſio eqliſ eſt lōgitudinē: neq; maior: neq; minor: q̄ mo- ta p̄ paſſionē & lōgitudinē nō mouent p̄ equalia: neq; p̄ ma- iora: neq; p̄ minora: q̄ nec equalr: nec velocius: nec tardius mouent: q̄ alteratio nō pōt cōparari loci mutationi: nō ergo ois motus oī motui eſt cōparabilis ſm p̄portionē velocita- tis. Si autē eqliſ velocia ſunt que in eqli tēpore p̄ eqliā trā- ſeūt: opz q̄ in equalr velocibus duplex ſit eqliſ: vna. tēpo- ris: & alla ei? p̄ q̄d ſit in quo eſt motus: ſicut in nā que ſiut in motu: & nos ſcimus q̄ nulla eqliſ eſt iter circuli & lineā rectā. Queramus igit quāſ poſſit eſſe cōparatio motus iter motū in circulo: & motoz in recto. Incōueniens eſt enim oino niſi ſupponamus: q̄ aliqd pōt moueri aliq̄ in circulo: & illud idē pōt moueri in linea recta. Ad hoc aſt iſto ſuppo- ſito q̄ hoc pōt fieri neceſſariū viderē eſſe: q̄ motus ei? in circu- lo ſit velocior: vel tardior: vel equalr veloz motui eiſdem: vel ſimilis ſibi in recto: ſicut ſi diceremus: q̄ aliqd aliquādo aſcēdit p̄ lineā rectā: & aliq̄ deſcēdit. De iſto enim ſtatim vi- det ſequi q̄ aut eque velocius: aut velocius: aut minus ve- locius aſcēdit ſicut deſcēdit. Amplius etiā ſm rōnē & diſſi- mitionē velocis nō diſſert vt videt: vt ſi aliquis dicat: q̄ dato ſm p̄dicta q̄ aliqd mouet in circulo & in recto: mor ipm mo- ueri veloci? vel tardi? in vno motu q̄ in alio: ſicut ſi diceret ſpm ſic cōparari in motu aſcēſionis & deſcēſionis. Sed hoc enī mot? circularis erit maior: & minor recto: & cū excedētia & exceſſa dicant ad eqli: tūc erit circularis cōparatus recto ſm eqliſ: mal? enī reſecare & minorū apponere licet vt re- ducant ad eqliſ: & hoc poſſum? ponē in exēplis vſib?. Si enī dicam? q̄. b. ſignet circuli & c. ſignet lineā rectā: & dicam? q̄ duo trāſeūt p̄ iſtas magnitudines: q̄cunq; ſint illa in vno tēpore q̄d eſt. a. cū circulus ſit ſpatij maioris q̄ linea recta: ſi inter eadē duo p̄cta vnū moueat per arcū ſemicirculi: & al-

Ex. 7. c. 22.

Ex. 7. c. 23.

ter per diametrum: videtur qd illud quod vadit per arcum
 tranfit malus spatium in eodem tepore: in quo aliud tranfit
 per rectam diametru. Sed velocius est illud qd in equali te
 poze tranfit per malus spatii: ergo velocior est motus in se
 mliculo qd in diametro: ergo circularis e rect? fm hoc snt
 comparabiles. Adhuc aut dicitur est in 6^o qd illud est veloci
 us: qd in minor tepore tranfit equale. Addamus ergo velo
 citate illi qd mouet super circulu: tunc ipsum mouebit velo
 citus qd prius: & dicamus qd illud qd mouetur super rectam
 lineam que est. c. moueatur vt prius: tunc id qd mouetur su
 per circulum in parte temporis. a. tranfit circulum: & in to
 ro tempore aliud quod mouetur super lineam rectam tran
 fit lineam rectam: ergo velocius est id quod mouetur super dif
 finitionem velocius: ergo motus iterum videtur esse co
 parabiles. Cuius vti si concedatur: tunc sequitur inconueni
 ens supra inductum. s. qd rectum equale sit circulo: ergo ea
 etiam que sunt diuersa speciez & naturarum sunt equalia
 & excedente se & excessa a se inuicem: & hoc supra ostensum
 est inconueniens magnum.

Cap. 2^m. De solutione que inuestigat contradictiones &
 modos comparabilium.

Sed forte dicitur aliquis: qd ista no snt
 comparabilia que dicta sunt
 scilicet rectum & circulare:
 neq; motus qui sunt in eis sunt comparabi
 les: & dicit forte qd equiuocus est illud quod est
 velox vel velocius in ipsis motibus: qd no sunt
 comparabilia nisi ea que fuerint vniuoca: sicut si aliquis q
 rat quare non fiat comparatio qd queratur vtrus acutior sit
 stilius vel angulus aut vniu aut vox vltima in neumatis.
 Equiuoce enim dicitur acutius de his: qd acutum in stilo
 vel angulo est qd pungit & penetrat in tactu: acutius autem
 in vno est qd penetrat in linguam: & acutius in neumate vl
 timo in acumine est qd fortius alijs penetrat in auditum.
 Que enim equiuoca sunt non comparantur: cum omnia
 que comparant non possint comparari nisi per vnam natu
 ram que est in vtrifq;. In equiuoco autem non est vna natu
 ra: sed tri est in his puenientia in nomine: sed vltima nota
 in acumine comparabilis est voci vel neumati minus acu
 to: eo qd acutum vnius ronis est in vtrifq;: sic ergo dicit qd
 non est idem velox aut vnius ronis hic in circulo & ibi in li
 nea recta. Adulto autem minus erit fm rone velox idem
 in alteratione & loci mutatione: cum illi duo motus sint in
 generibus diuersis. Adnotus autem circularis & rectus sunt in
 genere vno. C forte autem aliquis dicit obijciendo: qd istud
 qd modo dictum est non est ver. s. qd illa sola sint compara
 bilia que non equiuocata sunt: fm hoc enim omnia vniu
 oca essent comparabilia: & hoc nos inuenimus esse falsum vt
 videtur: qd multum videtur esse vnius ronis in quocunq; su
 matur. Si ergo accipiatur in aere & in aqua vnius erit ro
 nis: multum enim est qd est tantu & amplius. Si igitur pree
 dens sermo esset verus: deberet aqua esse coparabilis aeri
 per multum & paucum: & hoc non est verus: qd est aer & aqua
 distent essentialibus differentijs: nihil idem est in eis: sed
 quecunq; comparant per aliquid idem in vtroq; comparat
 tur: vt diximus supra: ergo aer & aqua non comparant. Et
 si forte aliquis dicat qd multuz non est vnius ronis in aqua
 & in aere: & in ceteris que multa adinulce dicuntur: tunc ac
 cipiam ego duplum: qd illud in omnibus videtur esse euf
 dem ronis. Abicisq; enim accipiamus duplum habebit ra
 tionem pportionis duoz ad vnum. Cum ergo dicamus du
 plum aere ad aquam qui est tantus & equalis: oportet qd si
 illa comparant qd aer sit equalis aque: ergo calidus est equa
 le frigidu: & spirituale equale corporali: & hoc nihil est dictu
 vt prius ostendimus: ergo ista non sunt comparabilia: non
 ergo vniuocatio sufficit ad rationem coparationis. Cuius
 forte de istis aliquis dicit: eandem rone quam dixi supe
 rius de velox equaliter: & magis & minus: qd scilicet ista sine
 equiuoca. Possunt enim ista dupliciter diffiniri. Si enim
 diffiniantur in comunibus suis intentionibus fm qd abstra
 hant ab hoc & ab illo: & a quolibet alio multo vel duplo in
 vniuersali erit logica diffinitio istorum: & fm rone logicas
 erit in omnibus eiusdem ronis: sed quia differenter omnia

subiecta sua & passiones & opera diffiniunt physicus & dial
 eticus opz qd physicus ista fm esse diffiniat quod habent in
 suis substantijs: & tunc multum & duplum in aere & aqua no
 sunt eiusdem ronis. Sed quia non habemus propria nomi
 na diffinientia multum & dupluz: fm qd variant in singulis:
 ideo ponimus eadem in diffinitionibus ipsoz in omnibus
 dicentes multum esse: quod habet tantu & amplius: & dupluz
 esse qd est sicut duo ad vnum: sed tamē iste diffinitiones fm
 esse physicum in diuersis accepte equiuoce sunt: quia cuius di
 ctinus multum esse in aere qd est tantum: & plus: & duplum
 quod est sicut duo ad vnum: illud tantu & plus quod ponitur
 in diffinitione mult: non erit eiusdem ronis cum eo qd dicit
 tur multum aque: & duplu aque: quinimo potius erit & tantu
 equiuocum: & plus erit equiuocum: que ponuntur in diffini
 tione eius quod est multum: & duo erit equiuocum: & vnum
 erit equiuocum: que ponuntur in diffinitione dupli. Cuius
 re autem hoc posset contingere: qd vniuocoz quedam erit
 comparabilia: & quedam non: cum certum sit oium vniu
 ocoz esse naturam vnam simul: nulla enim ratio ad hoc pos
 set inueniri. Dicendum est igitur ista esse equiuoca vt dicitur
 est. Aut forte dicit aliquis: qd istoz rones non sunt diuersae:
 sed subiecta eoz prima sunt diuersa: & forte dicit qd duplex
 est inter res nature diuersitas. Quedam enim sunt diuersa:
 qd rones eoz snt diuersae: & qd subiecta susceptibilia ipsoz snt
 diuersa: sicut canis latrabilis & marinus & celeste: & hec sunt
 vere equiuoca que dicuntur equiuoca casu & fortuna. Alia at
 sunt diuersa: non quia rones eoz sunt diuersae: sed quia
 susceptibilia eoz sunt ipsoz subiecta propria sunt di
 uersa: sicut multum in vino & multum in numeris & multuz
 in aere: & similiter duplum & dimidium in discretis & in con
 tinuis: & hoc modo forte dicit aliquis velox esse diuersum:
 non ex rone diuersa in recto & circulo: sed qd susceptiuum est
 diuersum: & ideo impeditur comparatio. Quando enim su
 sciptiuus est vnius ronis: qd equus albus & canis albus snt
 comparabilia: vtrum eoz albus vel equaliter albus sit eo
 qd susceptiuum eoz que est superficies & magnitudo in equo
 & cane est eiusdem ronis: aqua autem & vox non sunt eiusde
 ronis: nec eiusde ronis sunt in susceptiuo: & ideo si dicatur
 aqua multa: vel nix multa: vel aqua dupla: & nix dupla erit
 multum & duplum equiuoca: non propter rone diuersam
 dupli & multi: sed ppter diuersitatem susceptiu: qd multum
 & duplum dictum de aqua & voce in diuersaruz ronom sunt
 subiectis. C Sed iteruz adhuc aliquis obijciat: qd si hoc ve
 rum est qd ea que in comuni sunt vnius rationis & differunt
 subiecto qd est pprium susceptiuum ipsoz sunt vniuoca &
 sunt vnum in rone: tunc sequitur: qd omnia sunt vni
 uocum quecunq; sunt in diuersis subiectis. Possimus eni
 dicere de omnibus talibus: qd vnuquodq; ipsoz est in alio
 & alio subiecto: & sic equale vbiunq; sit idem erit in rone: &
 dulce siue sit in voce siue in melle erit vnum & vniuocum: & si
 milliter album siue sit in voce: siue alibi: qd dicimus de omni
 bus talibus: qd ipsa sunt in rone vna: sed sunt in alio & alio
 subiecto: hoc autem est inconueniens: ergo inconueniens est
 dicere qd ista sint vnum in rone: sed differunt per subiecta.
 C Amplius subiectum susceptiuum vniuersaluz horum in
 quo fit comparatio non contingens est & per accidens: sed
 pprium & primum & per se subiectum est vniuz vnius solius:
 & ideo subiectum est in diffinitione eorum. In diffinitione
 enim accidentium per se cadit subiectum: & est quasi differē
 tia cadens in rone eorum: sicut docetur in 7^o prime philoso
 phie. Cum ergo nunq; comparentur nisi subiecta: & nunq;
 fiat comparatio nisi per aliquam passionem que est in ipsis:
 non erunt illa vere vniuoca que habet diuersa subiecta fm
 genus vel speciem: non ergo sufficit ad comparationem: qd
 sint vniuz in rone comuni: & differant per subiecta: precipue
 in physcis: vbi omnia ad esse referuntur: & non attenditur
 fm diffinitiones logicas: que in comuni datur de ipsis: pro
 pter quod multum in numeris & in continuis siue liquidis &
 artius non erit vere coparabile: & idem est de duplo & omni
 bus alijs: & hoc patet per inductionem: qd eorum in tibia
 & in naso non sunt comparabilia: & similiter nudum in homi
 ne & in equo. Inudum enim in homine priuatio est vestium:
 & in equo priuatio est pellis: & sic est in alijs. Si ergo fm pre
 dicta non solum oportet esse non equiuoca in rone comuni:

Ex. 6. c. 24.

Ex. 6. c. 24.

Ex. 6. c. 25.

Ex. 6. c. 26.

Quo differē
 ter physic? &
 dialectic? dif
 finiat. vide p
 mo de aia. c.
 16. 3.

Ex. 6. c. 27.

Ex. 6. c. 28.

Ex. 6. c. 29.

ſed etiam non habere differentiam formalem & ſubſtantialem: neq; in quiditate ipſorum ſim que eſt comparatio: neq; in ſubſiecto proprio in quo ſunt: tunc plana erit ſolutio preobſiectorum de multo: & duplici: & veloci: incerto motu & circulari. Dico autem adhuc eſſe attendendum: qd id in quo attenditur comparatio & ea que comparantur ſunt accepra ſpecie indiſiſibili: hoc eſt ſpecialiſſima: quia non ſit comparatio aliqua niſi ubi poteſt eſſe magis & minus & equale: nō aut ſit comparatio talis niſi in accidentali forma: que vel per ſe vel p accidēs accidit: & precipue ſit ſim paſſionem per ſe accidētē. Cōmune autē vt genus ita non cōparat ad ea quorū eſt genus: q; eſt pars quiditatis eorū. Dico autē ſicut color: habet diuifionē in ſpēs: & ideo colorata non cōparant ſim habere colorem: vt querat vtrū magis albu q; nigru coloratū ſit: q; aut tunc fiet cōparatio nō ſim aliquem colorē in ſpecie acceptū: ſed fieret comparatio ſz q; eſt color in genere cōmuni: cō omniſ cōparatio debeat fieri in ſpecie vltima: ſicut ſi fiat ſim albu colorem: vt querat vtrū omniſ canis albu ſit q; equus. Cēſt autē attendēdū q; ſz ſpecies ex equo participet ſuū genus: & comparatio etiā fiat ſim equalitate: tamen equalitas hinc & inde eſt equiuoca: q; autē eque quo ſpēs participant genus opponit priori & poſteriori ſim nāz. Equale autē qd eſt in ppoſitione comparationis opponit eſt qd eſt magis & minus. Cēſt hīs ergo oibz colligere poteſt aliquis de facili q; tria extant ad cōparationē: que veriſſime cōparatio eſt. ſ. q; id in quo eſt cōparatio ſit vniuocum: & acceptū ſim eſſe: ppter qd habet in per ſe & primo ſuſcepto: & q; ſit acceptū ſim indiuiduā ſpeciem vltimā: & hoc eſt cōparatio phyſicorū: que vt diximus in eſſe: ppter & nāz pſideratur. Si autē large ſumat cōparatio: ſufficit ad hoc q; fiat comparatio in hoc q; quocūq; modo vnus eſt in hīs que cōparantur. Dico autē quocūq; modo: q; ſi ſit vniuocū in eis fiet cōparatio per magis & minus & equale que generant ex intentione & remiſſione. Si autē ſit in eis vnū per analogiā: qd nō eſt pure vniuocū: nec pure equiuocū fiet in talibus cōparatio per magis & minus: & nō q; per equale: q; illa cōparatio nō generat ex intentione & remiſſione: ſed potius ex ppoſitione ad vnū qd per prius & poſterius reſpectu ea: ſicut ens eſt bz ad potentia & ad actū & ad ſubam & actūs: & ſic tribz modis ſit cōparatio. Et ſic attendens Ariſto. in ethicis dicit: q; qui crediderint aliqua nō eſſe cōparabilia ppter hoc q; non ſint vniuoca: non ſufficienter crediderunt ſigno.

Cap. 3^m. De comparabilitate motuum ſim predictas conditiones comparabilium.



Habitis autē hīs ſim primum & ppter iſſimā ſignā ostendimus motūz ad iunctē cōparationē: ſim ppoſitionē velocit & tardi. Dicimus ergo q; cōparatio motū velocit & tardi ſim cōparationē debet attendi ſim oīa inducta de propriiſſima cōparatione. Eſt enim eque veloc: qd in equali tēpore mouetur ſim aliquid tante longitudinis in tali ſubſiecto: & ideo tria ea dūt in diſtinctione. ſ. equalitas tēporis: & equalitas eius in quo eſt motus: ſicut in nā generis que ſunt: ſicut eſt vbi vel forma: vel quātitas: & cadit in ipſo ſubm motus: & ſi quodlibet horū ſit equiuocū in duobus motibus tūc nō erit vera cōparatio. Cēſt vō querat ſi hec alteratio ſit equalis: & ſimilr velocit loci mutationi: quādo hoc ſubm quidē eſt alteratū: & aliud ſubm eſt ductum localiter: cōſtat q; inconueniens eſt dicere: q; iſta ſint equalr velocia: q; nature in qbus eſt motus nō ſunt cōparabiles: neq; eorū ppta ſubſiecta ſunt eadēz: & cauſa huius eſt: q; motus bz ſpēs in quas diſtict: & nā vna ſunt in vna ſpecie: & alia ſunt in alia: & qd ſubſiſcit vni per ſe: nō ſubſiſcit alteri: ppter qd velocit in eis non eſt in rōne vna oīo: q; ſub ſubm ppta nō eſt vni: ſed due ſpēs motus. Si autē dicat ſim hoc: q; iſta ſunt eque velocia: que ſim equalē longitudinē ſunt ducta motu localit: & hoc ſufficit ad motūz iunctē cōparationē: tūc erunt equales motus circularit & rectus: & hoc ſuperius reputatū eſſe inconueniens. Queraus ergo vtruz cauſa huius inconuenientis eſt: q; loci mutationis genus eſt: & bz ſpecies diuerſarū naturarū in quibus nō eſt velocitas vnius rōnis. Aut cauſa eſt: q; linea que eſt mēſura ſpatij ſuper qd eſt motus eſt genus: & diſtict in rectā & circularē: & ideo motus vnius nature nō poteſt eſſe ſuper

hec duo ſpatia: ppter qd vterius velocitas nō erit eiſdēz rōnis. Non enim poſſumus dicere: q; cauſa ſit equiuocatio tēporis: q; tēpus oīum tēporalium que a tēpore menſurant eſt in atomo: hoc eſt indiſiſibili ſpecie: q; per ſubſiecta nō variat: eo q; in tēporalibz rebus nō ſit ſicut in ſubſiecto: ſed ſicut in numeratōz: vt diximus in 4^o libro huius ſcientie: & ſi tēpus bz ſpecies ille ſunt ſim partes eius integrales: que ſunt preteritū & futurū. Aut dicendum erit abſq; dubio q; ambo ſpecie diſferūt: & motus: & ſpatium: & loci mutationes ſunt ſpecies diuerſe in quibus velocitas non oīo eſt vnius rōnis: ppter hoc q; illud ſpatium in quo eſt loci mutatio bz ſpecies que ſunt rectū & circularē: & ideo loci mutatio eadēz in ſpecie eſt alia cōparabilis erit eſt: q; velocitas eaz vni eſt rōnis. Sed tūc forte aliter videt: q; motus aſcenſionis comparatur motūz deſcenſionis: cū tamen ſint cōtrarij motus: vt in 5^o dictū eſt: & ſunt diuerſe ſpecie: ppter qd etiā nō ſunt vere cōparabiles: q; velocitas ipſorū non eſt eiſdēz rōnis: q; vbi ſuens in eis nō eſt eiſdē nature: put ſumit phyſice: vt ex ſuperioribus ſepe habitis de facili ſciri pōt: q; ſicut albatio & nigratio diſferūt: ita diſferunt aſcenſio & deſcenſio. Cōmplius autē dubitabit ſit volationi ſim ppoſitionē velocitatis. Videt autē Ariſto. ad hoc dicere q; motus per diſſerētiaz in ſtrumentorū nō diſferit niſi penes figurā: q; aliter ſim figurā acceptōnis ſpatij trāſit volāz ſpatij: & aliter ambulans: & ideo ſi ſint ſim eandē longitudinem poſſunt dici eque velocia: & plus & minus velocia: q; figura nō dat niſi accidentalē diſſerentiā motūz: & hoc eſt vix ſim q; motus cōparat ad id ſicut in quo nā ſpeciet vel generis eſt motus: q; per illō ſpecificat & nominat localis: vel alterationis: vel augmētū. Si autē pſideret motus vt eſt actus mouentis & mobilis: vt diximus in 3^o libro huius ſcientie: tunc diſſerentiā non accidētalem habet a mouente & mobili: & ſic diſſerit ſpecie: & mouētis & mobilis: ambulatio: & volatio: & natatio. Et huius ſignū eſt: q; ſicut in 5^o libro huius ſcientie: alia eſt cōtinuitas ambulatiois: & alia volationis: q; ambulatio nihil interponit tēporis: & interponat aliquid rei: ſed volatio nec rei nec tēporis aliquid interponit: & quo ad hoc velocitas erit equiuoca in ambulatioe & volatione. Sic igit in oibus cōparabilibus rebus eſſet idē: & ſim ſpecie in diſſerētiaz quā tū ad nām in qua eſt motus: hoc eſt cuius ſurſus eſt ipſe motus: ſicut eſt linea recta vel circularis: q; etiā ipſum moueri ſue ipſe motus debet eſſe indiſſerens ſpecie ſicut diximus. Cēſt ideo cōparamus motū ad motum: pſiderandūz eſt que ſit eius diſſerentiā. Et rō inducta ſignat: q; potiffimū genus illud & natura que ſunt in motu debet eſſe vnum aliquid & indiuiduū ſicut albedo vel linea. Vnus enim hic vocamus nām illam: que ſpecificat motūz: vnitas tamen illius generis multoties later. Cēſt huius cauſa eſt: q; equiuocationū multa ſunt genera. Quedam enim equiuocationum multam ſunt diſtantes: ſicut ſunt equiuocationes eorū que ſunt a ſenſu & forma equiuoca: ſicut quando dicit de latrabili & marino & celeſti. Alie vō ſunt equiuocationes analogoz: que habent quandā ſimilitudinē & ppoſitionē: eo q; referunt ad vnū. Et illoz adhuc quedā ſunt proxima & parū diſtancia: ſue ſim genus diſtent in quo ſunt: ſue diſtent ſim ſimilitudinē cōparationis ad vnū. Dico autēz in genere paz diſtare: que paz diſtant in nā illa a qua imponit nomē: cū tamē ſit diuerſa natura illa in ſe. Dico autē paz diſtare in ſimilitudinē comparationis: quando natura cōmuniſ ſim rationē logicā vna eſt: & eſt alia ppoſitio ipſius ad ſubſiectūz vni: & alia ad aliud: & ille ppoſitiones paz diſtant: tunc facile decipiſt aliquis: vt credat eū vniuocū: & eſt equiuocū. Alie autē plus ſunt diſtantes: & in hīs nō eſt adeo facilis deceptio. Eū ergo tot modis fiat equiuocatio impediens comparationē: querendū nobis eſt iollerter: quando eſt alia ſpecies eorū ſim que attendit cōparatio & alia natura: & quando termini: tūc pſiderabimus vtrum eadem natura eſt in alio & alio ſim ſpecie diſſerente: aut ſi eſt alia natura in alio etiam ſim ſpeciem diſſerente ab eo qd cōparamus. Si enim eſt eadē ſim rationē logicā in alio & alio: tunc non erit equiuoca

Nota qualiter ad veram cōparationem tria ſcipue requirunt: & aduerte hic qualiter eſt triplex cōparatio.

4^o phy. t. c. 130. & infra.

5^o phy. t. c. 46. & infra.

Documētū

5^o phy. t. c. 25.

Tex. t. c. 31.

Equiuocatio nū multa ſūt genera.

Tex. t. c. 30.

rio ab ipsa intentione nominis: sed potius causatur equi-
 uocatio ad similitudinem proportionis in esse qd habet in
 vno & alio: sicut diximus de multo & duplici: que equivo-
 cant nō ex se: sed ex similitudine proportionis ad aquā & aerē:
 & alia subiecta fm spēm differentia. Si autē est alia in alio &
 alio: tūc causat equiuocatio ab ipsa intentione nois equivo-
 ci: sicut est casus in latrabili & celesti. Considerandū autē
 precipue ad indagatiōē predictōy: quis est terminus diffi-
 nitiuus eoy fm que cōparatio attendit: & hoc consideratur
 precipue illo documento: quo discernimus qd idē vel diuer-
 sum vñquodqz predictū: & hoc gratia exēpli diximus: sicut
 quo discernimus in albis esse idē fm diffinitionē: & quo di-
 scernimus dulce esse idē fm diffinitionē in oibus dulcibus
 aut aliud. In albo enī: quādo per documēta illa cōparat ad
 alba: videt esse rō & diffinitio altera: sicut cū dicitur vor alba:
 & quādo dicitur color albus: & hoc discernimus nos: qd est alte-
 ra rō in quibusdā equiuocis que multū distat: aut discerni-
 mus qd non oīno idem sunt: sicut equiuoca que parū distāt
 & nō distat fm se: sed fm pportionē qua participant a suis
 subiectis. Documēta autē illa quibus hec oīa discernimus
 sunt cōsiderationes habite in libro topicoy de eodē & diuer-
 so: & ideo recolende sunt in oibus que adinuitem volumus
 cōparare. ¶ Si aliquis obijciat: qd geometer cōparat quātū
 tates diuersay species: quādo dicit lineam rectam breuē
 simā lineay esse: que dicitur inter duo pfecta: & circū esse
 qd figure polygonē vel maiorē. ¶ Dicendū: qd ipse vitur lar-
 ge equalitate: & breuitate fere equiuoce: sicut p per p̄dicta.
 Intm̄ igit dicitur sit de cōparatione motuum in cōmuni: & in
 spāl de cōparatione motuum localium.

Cap. 4. De comparabilitate alterationum.



Dicitur autē in predicta documenta que
 remus quāsi vna alteratio com-
 parat alteri alterationi. ¶ Que-
 ramus igit de alteratione quomodo vna alte-
 ratio eōlis vel magis vel minus velox sit aliq
 alterationi. Si enim dicimus: qd vnus sanat
 velocius: & alter sanat tarde: & dicimus qd aliqui sanant si-
 mul fm tēpus: ita qd ita cito sanat vnus sicut alter: tūc vide-
 tur cōparari alteratio ad alterationē eiusdē speciei: & vide-
 bit: qd equalis sit alteratio alterationi que fecit est in eodē
 tēpore: vel in equali. Qd si pcedat tunc queremus: quid hic
 alteratū est equalē. Cū enim tēpus sit extrinsecū rei cuius
 est tēpus: opz qd equalitas hic attendatur fm aliquid qd sit
 intrinsecū & essentialē motibus illis: qui dicuntur equales & cō-
 parabiles. ¶ Videt autē qd nihil talis sit in alteratione: qd si-
 cut vñ in quantitate facit equalē: ita vñ in qualitate facit
 simile: ergo similitudo & nō equalitas videt esse in duabus
 alterationibus: que sūt eiusdē speciei. ¶ Sed forte aliquis
 dicit qd idē subiectū est alterationi in vtrāqz alteratione: &
 hoc subiectū est quantū: & rōne hui⁹ dicitur alteratio esse eque
 velox alterationi: quādo. s. tātū de vno subiecto alteratur in
 vno tēpore: quantū alterat de altero in tēpore qd est equalē
 illi. ¶ Sed tūc queremus quid opz attendere in cōparatione
 motū: vtrūqz. s. opz attendere subiectum in quo est passio:
 vel ipsam passionē que est in subiecto. In p̄habito enī erē
 plo: qd est de duobus qui eque cito sanant: est accipere qd sa-
 nitas est eadē: cū vñ subiectū neqz maius hoc est fm partē
 maiorē: neqz fm partē minorē est: sed similit. Aut etiā dica-
 mus: qd sanitas est similit. sanitati: qd vna non est fm maius
 neqz fm minus tēpus qd alia. Si autē sit altera passio in dua-
 bus alterationibus: qñ aliqua alterant: ita qd vñ subiectū
 albet: & alterū sanat: his nihil est cōmune: neqz simile: neqz
 equalē fm qd cōparari possunt. ¶ Redit autē adhuc nostra
 disputatio: qd si fiat cōparatio duay vnius speciei alteratio-
 nū penes quantitatē subiecti: vt. s. tātū alteret de vno quātū
 de altero: tūc erit cōparatio & equalitas motū alterationis
 per accidens: hec enim equalitas nō est alterationis per se:
 sed per subiectū sub. Si autē attendat equalitatis cōparatio
 in ipsa passione fm quā alterant ea que cōparant: tunc erit
 cōparatio & imperfecta & impropria. Imperfecta qdēz: quia
 non est penes oīa que sunt in motu. Impropria autē: qd equa-
 litas nō dicit de qualitate: sed potius similitudo. Et ideo
 opz nos hic diligenter cōsiderare: qd si fiat alteratio fm pas-
 siones duas specie differentes: qd ibi sunt due alterationes

fm speciem: & nō vna: sicut supius dictū est: qd non oīs loci
 mutatio cū omni loci mutatione est eadē specie. Quare cōsi-
 derandū est in omni cōparatione alterationū: & loci muta-
 tionū qd sint fm spēm differentes alterationes: & qd ipse diffe-
 rentes sint loci mutationes. Non autē cōsideratur hoc tñ in
 ipsis motibus: sicut supius in 3.º libro huius scientie: sed
 cōsiderat differentia motū in ipsis subiectis: que mouentur
 quādo illa subiecta sunt per se subiecta motus & nō per acci-
 dens. Et ideo quādo subiecta motus per se specie differūt:
 tūc etiā ipsi motus differūt specie: sicut supra diximus de vo-
 latione & ambulatione. Et si subiecta differūt genere tūc et
 ipsi motus differūt genere. Et si subiecta differūt numero:
 tūc & motus differūt numero. Et nemo miretur qd dicimus
 subiecta motus differre genere: cū tamē omne qd mouet sit
 in gñe subie: qd nō accipimus hic genus pro gñalissimo: s. p
 subalterno: sicut dicimus mobilis corruptibilis: & immobilis
 & incorruptibilis nō esse idē gen⁹: cū terminantur in eodē gñe
 dicamēt. ¶ Patet igit ex predictis: qd si querat vtrū in cō-
 paratione & equalitate alterationū opz respicere ad passio-
 nē solā si eadē est passio: aut similit. in vtrāqz bec. ¶ Pz in qz:
 opz nos respicere in vtrāqz: tam in subiectū qz in passionē:
 qd ex vtrāqz variat species alterationis: & variata specie nō
 sit cōparatio. Et opz nos determinare de alterationē: vtrum
 sit eadē vel non: sed alia per passionē quādo ipsa est eadem
 vel alia: iterūz determinamus de alterationibus duabus:
 vtrū vna est equalis alteri vel inequalis: per hoc qd cōside-
 ramus vtrū passio in subiecto vno est equalis passioni eadē
 fm spēm in altero vel inqualis. Si autē nos tñ ad subm re-
 spiceremus: esset cōparatio per accidens in alteratione. Si autē
 ad passionē solā: tūc esset & imperfecta & impropria: & si ad tem-
 pus solū: tūc nō esset cōparatio penes aliquid motibus intrin-
 secū: & ideo opz considerare omnia bec.

Cap. 5. De comparatione generationis & corruptionis.



In generatione
 dū est: qd in alijs cōsideratū est: qd generatio &
 corruptio nō tñ sunt mutationes simplices: s. p
 etiā iuncte motibus: sicut supra sepius dixi-
 mus: & tūc sunt diuisibiles & cōparabiles adinuitē sicut aliq
 motus. Opz ergo de hoc querere quāsi cōparant: & quō sit
 eque velox generatio generationi. ¶ Et forte dicit aliquis
 generationē esse eque velocē generationi si idem fm speciey
 indiuisibile quaz specialissimā vocat Porphyrius generē
 in tēpore equali cū alio eiusdē speciei indiuisido: sicut si dica-
 mus in homine & nō in aīali fieri hanc comparationē: eo qd
 aīal sit diuisibile in spēs: nō autē homo: & tunc erit in equalis
 generatio generationi: quādo in equali tēpore pluri vel
 pauciorū alterum altero generatur. Nec aliquis miretur:
 quare non ponimus hic propria nomina huc comparatio-
 ni: sicut fecimus in alijs: qd cum comparabuntur motus qui
 sunt in quantitate dicimus equalitatem motuum vocari p
 prio nomine equalitatem: & quādo comparabimus altera-
 tiones conuenientia in eis & disconuenientia dicebatur simi-
 litudo & dissimilitudo. Quādo autē comparabimus gene-
 rationem generationi: nō habemus aliqua duo nomina in
 quibus sit alteratio vnius ad alterum per comparationem
 signata: sicut in equalitas significat ea que non conueniunt
 in motu vno fm speciem: & velocitatem in quantitate. Est
 eam vnum in quantitate equalitas: & bene est hic in duo-
 bus fm vnam quantitatis comparationē conuenientibus
 istis. Et est vnum in qualitate: & bec est similitudo: que est
 etiam in duobus fm vnam comparationem qualitatis con-
 uenientibus: & diuersum in istis est in equalitas & dissimili-
 tudo: sed vnum in substantijs dicitur idem absolute: & hoc
 non est in duobus vel pluribus comparatis adinuitem per
 substantiam: sed potius simplr est in vno. Sic ergo nō habe-
 mus duo nomina quibus hic exprimamus cōparabilitatē gene-
 rationis ad generationē fm conuenientiam in vna velocita-
 te: & fm disconuenientiam. ¶ Aut forte dicit aliquis: qd ba-

213.7.22

Obiectio

Solutio

Ex. 6. c. 32.

Ex. 6. c. 35.

Ex. 6. c. 34.

Physicorum

benus: qz fm Pythagoricos numerus est substantia: quia substantia composita ex numeris: tñc dicit qz numerus qui est plus substantie: qz qui est minor numerus substantie existens in simili specie: est numerus in quo cõparatio vocat: vt sit tibi equale quando due generationes sunt fm vnu namerũ: r inequale quãdo sunt fm namerũ diuersum plurale vel minore. Sed ad hoc dicens: qz equiuocũ est illud qd notat idẽtate: r illud qd notat vtrũqz excessus in plus r in minus in substantijs r in numeris: sicut nos videmus ppria nomina in passione: vbi passio vna passio dicit plus vñ excellens alia: qñ generat dissimilitudo penes quã vnũ dicit maius fm alterationẽ qñ aliud: r in quantitate simili sunt nomina: r ideo sicut equiuocũ est maius quãdo dicit de passioe que est plus qñ alta: vel excellens eã: r hoc ideo: qz solũ quantũ pprie loquẽdo maius est: ita equiuocatio erit qñ plus r excellens attribuat cõparationi generationi duarũ vel plurĩũ: vtrũ aut substantia numerus est vel non: ad alia spectat cõsiderationẽ. Nos aut de augmẽti r diminutionis cõparabilitate nõ loquemur: qz doctrina illius perfecta est in superiorũ capitulo: vbi docemus loci mutationis cõparabilitate: qz si illa doctrina oĩno generalis fuisset nõ fuisset locuti ali quid de generationis r corruptionis r alterationis cõparabilitate. Quia aut generalis nõ fuit: eo qz vna velocitas spe in alteratione nõ dicit equalitas: sed similitudo: r in generatione nõ habet nomẽ ppriũ: ideo specialẽ oportuit nos de alteratione r generatione facere mentionem.

Cap. 6^m. De cõparatione mouẽtis ad id qd mouetur.



Is autem parationẽ mobilis r motũ ad motorem. Sed nos distingui mus primo modos r spẽs motorũ: vt ex hoc facilio: sit intelligentia sequẽtis. Dicimus ergo qz spẽs motorũ sunt tres. Quẽdã enim mouent que nec sũt corpora: nec virtutes corporales siue virtutes in corpore: sicut pluerũt dicere. Vbi peripateticũ: r sunt illi motores in diuisibilibus: qui nõ multiplicant quantitate corporis multiplicata: nec diminuant quantitate diminuta per se vel per accẽs: sicut intelligentie mouet: siue moueat celestia: siue corpus humanũ qd mouet ab intellectu. Alia aut qdaz mouet: que nõ sunt corpora: sed tñ sunt virtutes corporales hoc est que crescũt r decrescunt multiplicata mã sua ppria r diminuta: sicut est grauitas leuitas r huiusmodi alia mouẽtia sunt corpora que tñ mouet p virtutes corporales existentes in eis: sicut talentũ plũbi mouet bracebũ libree: r de his motoribus qui sunt virtutes diuisibiles mouẽtes nos hic nõ loquimur: sed potius in fine octauũ vbi ostẽdemus: qz tales motores nec sunt finiti fm quantitate: nec infiniti: sed im partibiles nullã partem habẽtes magnitudinẽ. Sed hic loquimur de scõo mō r tertio dicitis motoribus in cõparatione ad sua mobilita: qz illos motores possumus diuidẽ: sicut r ipsa que mouent ab ipsis: r ideo iste cõparationes quas ibi faciemus r iste pportiones nõ tenebũt in motoribus celoz. Rẽni illi motores virtutes determinatas habẽant ad sua mobilia: ita qz si maius esset mobile nõ moueret ipm: cã nõ pōt diuidi virtus motoris: r ideo tales quales hic assignabimus pportiones nõ habebũt locũ in ipsis. Ad ppositũ aut veniẽtes dicimus: qz in omni motu semp est aliqd mouens: r in aliquo r vsqz ad aliqd. Dico aut in aliquo tẽpore: qz in aliquo tẽpore mouet oẽ mouens. Et dico vsqz ad ali quid: qz in motu locali vsqz ad alã lōgitudinẽ certã mouet omne mouens qd est corpus vel virtus in corpore. Omne n. tale mouens mouet motu recto: qz id qd circulariter mouet intelligentia est: que nõ diuidit: vt diximus prius. Hoc at tale mouens semp mouet: qz nõ mouet nisi motũ: vt in similibus habitũ est: r hoc vadit in infinitũ. Omne ergo qd sic motũ mouet est quãtũ aliquid r diuisibile: r mouet in quãtũ tẽpore: r motus finis est in mobili qd est quãtũ: r ita vtrunqz diuisibile est: sicut r mouens: r hec oĩa in 6^o sunt demonstrata. Pponamus ergo de hoc generalis est: r nõ tracta ad aliquã mouentis vel motorũ nam specialẽ. Et dicemus qz a littera significet nobis mouens quantũ. b. aut significet mobile qd mouet: r est pportio ad suũ mouens: qd e. a. quãtũqz aut voluerimus lōgitudo mora: siue sup quã est motus sit si

Tex. r. c. 35.

gnificata p litterã. c. r motus iste expleat in quãtũqz tẽpore voluerimus qz significet p litterã. d. hec est figura quã vides. Et ista igit ppositione elicimus tres cõparationes r pportiones veras quas h3 mouens ad id qd mouet. Pria quaz hec est qz si quãtũtas. a. mouet quãtũtatẽ. b. p totã lōgitudinẽ. c. in toto tẽpore. d. sicut dixit hypotbesis: tunc similibus quãtũtas vel eadẽ mouenti mouebit medietatẽ ipsius. b. in eodẽ tẽpore. d. p duplo lōgĩus spatũ qñ sit. c. Et eadẽ quãtũtas vel similibus ei mouebit medietatẽ. b. per totã lōgitudinẽ. c. in dimidio tẽporis. d. r hec est scõa pportio. Et tertia est: qz si potẽtia illa mouens. b. totũ p. c. totũ in toto tẽpore. d. tñc oportebit: qz eadẽ virtus moueat medietẽ eius qd est. b. p totũ. c. in medietate tẽporis: sicut diximus in scõa pportio ne: r ex hoc sequit: qz medietũ illius virtutis mouẽtis medietatẽ moti qd est. b. moueat in toto tẽpore. d. p spatũ equale ei qd diximus esse spatũ. c. Doc. n. nõ seruabit analogia: r etiã pportio mouentũ r motorũ. Et si volumus litteris signare medias partes mouentũ r motorũ: tunc dicamus: qz medietas ipsius. a. qd est moues sit signata p litterã. e. r medietas eius qd est. b. qd mouet sit notata p litterã. z. sicut vides in dispositione ista. Scõm eandẽ enim analogiã quã se h3 totũ ad totũ: h3 etiã se pars pportionalis toti mouenti ad pportionalẽ partẽ eius qd mouet. Causa aut huius est: qz omnis motus puenit ex virtutis mouentis victoria sup mobile: r cũ illa virtus mouet: opz potẽtia passiuã eius qd mouet sibi esse pportionalẽ: r cũ nõ sit infinita opz qz sit in tẽpore. Si enim esset infinita: tñc eius motus esset in nunc qd est in diuisibile tẽporis: sicut ante finẽ octauũ libũ docebim. Surgũt igit tres pportiones necessario: due ex diuisione mobilis solius: r tertia ex diuisione vtriusqz tam mouẽtis. f. qz mobilis. Duaz aut que resulat ex diuisione solius mobilis: vna est cũ additione lōgitudinis r nõ tẽporis: r alta est cum tẽporis diuisione: r sine tẽpõ additione fm vno que cadunt in diuisione velocitatis: hoc enim in eodẽ tẽpore ptraũt plus: r in minori tẽpore ptraũt equale. Cõstat enĩ qz vna manẽs virtus mouens velocius mouet dimidiũ qñ integrũ: r super istas pportiones optima r pulcherrima fundant theorẽma ta ingenioz: r scia de pōderibus in his que subalternant h3 aliquid geometrie r fm aliqd physice: qz fm eandẽ que nũc dicta est analogiã virtus mouens regulariter se h3 ad graue quodlibet regulariter motũ: r ideo equalitẽ graue mouet eadẽ virtus in eodẽ vel equali tẽpore: r fm alias pportiones que dicte sunt que in vnũsero sũt quatuor: quaz vna est in hypotbesi supposita: r tres alie sunt elicite de illa: sicut ex p. habitũs p3: r elicite sunt ex pportione totius ad totũ: sicut dicit est. Si aut ecõuerso velimus elicere pportiones ex pportione partis ad partẽ volẽtes elicere pportionẽ totius ad totũ: nõ semp erũt vere pportioes ille. Et si enĩ pcedamus: qz medietas virtutis mouentis que est. e. mouet medietatẽ moti que est. z. in toto tẽpore. d. per totũ spatũ. e. nõ tñ necessariũ est qz eadẽ medietas mouẽtis que est. e. moueat duplũ moti qd est duplũ ad. z. r est equale ipsi. b. integro in equali tẽpore et qd est. d. fm medietatem spatij qd notatur per. c. Et si enim. a. mouens positum sit mouere. b. totum in toto tẽpore. d. per longitudinem. c. non tamen oportet qz medietas ipsius. a. mouentis moueat totum. b. in tẽpore qd est. d. in aliam partem spatij que est. c. que pars pportionem talem habet ad totum spatium. c. qualem habet pportionem. e. ad. a. hoc est medietas ad integrum totum. Pote est enĩ cõtingere: qz omnino non mouebit ipsam: r in nullum spatũ: neqz magnum: neqz paruum. Si enim tota virtus mouet aliquam quantitate totam: potest contingere: qz medietas illius virtutis non mouebit totum omnino: neqz in toto tẽpore: neqz in parte tẽporis: neqz in aliquo malo tẽpore mouet fm aliquod spatium. Continget enim ex hoc qz supposito qz homines triginta moueat nauim: r nos diuideremus per trigintas virtutes mouentium: r spatij per qd triginta nauim mouerit: qz vnus solus homo moueret nauim per trigintas partes spatij: per quod omnes eam trarerant: r hoc non est verum: qz vnus solus non potest eam mouere de loco: hec est causa: qz non est necessariũ qz si tota virtus mouens potest in totũ mobile: qz pars virtutis mouentis possit etiam super totum mobile.

Tex. r. c. 36.

308

8^o p. 78. c. 79. r infra.

309

Tex. r. c. 37.

Cap. 7^m. De falsitate rõnis Zenonis r dicitis põnibus.

Ex. r. c. 37.



A ratio Zenonis non est vera. Dixit enim Zeno qd si totus modus militi percutiendo aerē et mouēdo facit tūm sonū qd qūlibet pars per se cadens pportionalē partē facit sonū: hoc nō est verū. Nihil enim p̄hibet qd virtus q̄ est in vno grano militi nō moueat aerē ad sonandū in aliquo tēpore quo moueret ipsum totus modus cadēs et sonans. Neq; enim necessariū est: qd si pars illa que mouebat quādo erat cū toto modo moueat aliquid quādo accipit diuisa a toto: et sic p se ens: et hoc est ideo: qd pars p se nihil est ens in actu virtutis mouētis: et mouet in toto per hoc qd est potētia in illo: et ideo virtus vnius partis est disponēs ad alterā: et illa ad tertiā: donec ex partilibus virtutib; colligat virtus totius: tunc vltima pars est cōplens dispositionē omnīū partū precedentū vltimam: et hoc est dupl. s. diuisim et p̄iunctim. Diuisim quidē in guttis cauātibus lapidē: qd vna illar; nō cadit cū altera: nec remanet cū ipsa: et tamen nō quēlibet radit aliquid de lapidē: sed vna post aliā percutiēdo disponit vt aliquid de lapidē separet: et cū sufficiēter dispositus est lapis: tūc venit vna que tollit hoc de lapidē qd dispositū fuit ad separationē. Coniunctū autē sicut in modo militi sonāte: modo enim quodlibet granū affert virtutē sonandī sūm qd cōponit cū alio: et id qd vltimo additū complet mensurē sonantis quantitātē: illud cū alijs precedentibus educit potētia sonandī ad actū sonandī: et sicut supra diximus: distinctionē inter potētiam et actū ignorauit Zeno. Sed si accipiant duo vel plura diuisim: que sunt adiuncte pportionalia sūm pportione vna que sunt momentia: et p̄iungant diuisim mota in eadē pportione: tunc verū est: qd si duo mouent duo diuisim: qd mouentia p̄iuncta mouebūt mota p̄iuncta: ita qd vtrūq; p̄iunctū mouet vtrūq; mobilissimū p̄iunctim. Dico autē talia oportere esse in pportione vna: qd si in diuersis accipiant: tūc nō est verū. Ponamus enim: qd aliquid moueat quantitātē. 3. in toto tēpore. d. per longitudinē. c. et illud moueat eandē quantitātē. 3. per longitudinē. nē eandē in duplo tēpore. d. et sit illud vocatū. p. tunc dico qd nō oportet qd p. r. e. p̄iuncta moueant duplum eius: qd est. 3. et hoc est qd diximus esse. b. per longitudinē. c. in toto tēpore. d. qd vnu mouentis qd est. p. multo debilius est in mouēdo qd alter qd est. e. et ideo opz qd virtutes mouentes partiales sint in pportione vna: et ipsa partialia mota sint in pportione vna respondēte illi pportioni qua mouēt virtutes mouētes: et super illud fundat qd dicit in 5. Euclidis: qui vocat liber elementoz a quibusdā: qd in eo continent theoremata que sunt elementa demonstratōnis: ibi enim dicit: qd si fuerit quotlibet quātitates: et totidē ear; cōpares: pportio enim ad oēs est sicut pportio vnius ad vna. C. Si ergo duoz mouentū cōpportionalis vtrūq; diuisim mouet tātā quātitate p tātū spatū in tāto tēpore: tūc etiā ille potētē mouētes cōpofite mouebūt illd qd cōpositū est ex quātis grauius motis per equalē longitudinē: et in equali tēpore: qd tūc similis est analogia partis ad partem: et totius ad totum.

Et de comēti et textum. 23. octauū phy. p̄ mo hoc. 3.

Ex. r. c. 88.

Ex. r. c. 89.



Ani autē Eodē modo dictas pportiones dicemus in augmento: et in alteratione. In omni quidē augmentatione est aliquid quidē augens: et aliquid qd augēt: et in aliquāto tēpore: et sūm aliquā determinatā quantitātē augēt augēs et augēt auctū: sicut diximus ista esse etiā in motu locali. Similr autē est in alteratione: quia in omni alteratione opz: qd sit aliquid alterans et aliquid alteratū: et ibi est quātitas intēna sūm qd maius et minus alterata esse cognoscunt: et hec alteratio est in aliquo tēpore determinato. C. Hic igit quatuor suppositōes: tam in augmentatione qd in loci mutatione sicut in loci mutatione pōt fieri pportio que in loci mutatione habita est. Si enī accipiamus pportione p̄imā nō illam que supposita est: sed illā que p̄ima inter tres est elicta: scilicet qd alterās tātū alterat alteratū tātū in tāto tpe: tūc idē alterans alterabit mediētate alteratū eiusdē in duplo passio nis in eodē tēpore. Et si in eodē tēpore alterat totū in toto tēpore: tūc in duplo illius tēporis alterabit sūm duplū intensionis quātatis illius sūm quā alterat: et in medio illius tēpo-

ris alterat totū sūm mediētate intensionis quātatis. C. Aut etiā alterat in medio tēpore mediū: hoc est sūm mediū passionis vt diximus. Aut etiā in equali tēpore alterabit tota virtus alterās dimidiū alteratū sūm duplū passionis quā inducit p alterationē. Quocūq; enī mō ponat virtus alterans angēt sup alteratū: in tanto ponet crescere alterationis velocitatis: et tēpus diminiui: et eodē modo: si diminiuat necesse est velocitātē diminiui et tēpus augeri. Si autē p̄cesserimus: qd alterans et augēs que quāta sunt augēt totū et alterat in tali tēpore totū: nō necesse est ppter hoc qd mediū alterantis virtutis vel augētis totū alteratū in medio illius tēporis augent vel alterēt: ita qd mediū augmētū et intensionis sit iductū in medio tēporis: sed forte nihil oīno de ipso augmētabit vlt alterabit sūm aliq; tēpus: sicut etiā diximus de graui superius: vbi locuti fuimus de pportioe mobilis localis ad motūes localiter. Sed hoc est verū: qd si duo augmenta vel alteratā in pportioe vna existit augēt vel alterat duo pportionalia sibi sūm intensionē aliquā in tēpore vno determinato: tunc illa duo p̄iunctim augētā vel alteratā augēbunt vel alterabūt p̄iunctim: et pportionaliter sibi r̄identibus sūm tātūdem in equali tēpore. Hec igit dicta sūt de motū cōparationibus.

C. Incipit liber octauus physicor: Cuius tractatus primus est de proprietate motus.

C. Cap. p̄m. Et est digressio declarans intentionem libri: et qualiter deus precedit mundum.



In vltimo autē nostro

Libro physicor nostra est intentio inuestigare: Atrum sit aliquis motus perpetuus qui est sicut causa perpetuitatis motus in genere. Ad ortū enī in genere diximus esse perpetuū: et sūm nām infinitū in fine sexti libri physicor superius: h sūm numer; non necessario sit aliq; rectus motus ppetuus. Circularis autē solus pōt esse perpetuus ppter p̄tinuā circuli circulationē: in qua si generās p̄tinue sit allatio: erit etiā generatio ppetua et iniqua et in finita sūm nām. C. Et ideo ad oēm physicor generationē et corruptionē sciendū: opz nos hic inuestigare: si est aliq; motus qui alioz motūū successiois causa est ppetuus. Scilicet mus autē qm si nos demonstrēmus successioē motūū inferiorū esse ppetuā: et per illā vellemus tanq; p signū siue effectuz demonstrare: qd vnus esset primus motus ppetuus: esset nostra demonstratio insufficientis: et circulariter nos demonstrare oporteret: qm hic sūm ea que diximus pcludemus vnum motūū perpetuū: et ex eo qd successio motuz sit ppetua: vt in 2. perigeneos oportebit nos pcludere motus inferiores esse ppetuos sūm successioē: qm allatio circuli p̄imi motus esse ppetua. Unde nos in demonstratōnis mō esse mus representabiles: ppter qd nos volumus hic inuestigare id ex quo in 2. perigeneos pcedere volumus: hoc est vtrū sit aliq; primus motus ppetuus que est cā p̄tinue successiois motūū in inferioribus in mā ḡnabili et corruptibili. Ad autē nos aliquid existimet ita loqui de p̄rietate motus: qd p̄tente mus deo esse motū coeternū: sed potius ita vt p̄bare velimus nullū fore tēpus in futuro in quo nō futurus sit motus: et nullū fuisse tēpus in preterito in quo nō fuerit motus. Sed qd quē sensum etiā Boetius in 5. solatōnis p̄be m̄sdū dicit seip̄ fuisse: nec deū pcedere mūdū tēpore: sed eternitate. C. Hic autē p̄ter etiā sūm dicta peripateticor deū esse aī mūdū eternitate et causa: p hoc qd dicit deus pcedere mundum eternitate: pcludit necessario deū pcedere mūdū duratiōe: cū eternitas duratio qdā sit in deficiens et oīno imutabilis. Si tamen querat vtrū ista duratio que solus dei eterni est h̄z extēsiōe in partes simul stātes vel sibi succedētes. Constatē respondemus qd nō: qd si haberet partes simul stātes: tūc esset p̄tinuum habēs permanētā in suis partibus: cum eternitas sit in genere mēsure: oporteret etiā qd sūm mēsurā tū haberet partes simul stātes: eo qd mēsurā et mēsuratū p̄p̄iū sunt eiusdē quātatis: sic deus haberet partes et esset quantus: qd est absurdū. Omnino autē eadē sequerent qd si haberet partes succedētes: qd deus eternus eiusdē rōnis haberet partes: qd etiā est absurdū. C. Adhuc autem si daret talibus partibus diuidi eternitas in nullo differret a tēpo-

6. ph. l. c. 94

Sed de generatione. t. c. 56. r. infra.

De auctoritate boetij p̄ credit mundū nō tpeis eternitate.

re: hoc ostēdimus supra in 4. libro falsum esse. Sequitur igitur inevitabiliter: quod cum deus eternitatis duratione precedat mundum quod eternitas eius dicat nunc indivisibile eternitatis quo sine principio esse precessit mundum. Et hoc ipsum quod dicitur ipsum precedere mundum: non dicit spatium magnum vel parvum anni vel diei vel alicuius temporis: sed potius ordinem eternitatis ad tempus: et cause ad causatum: propter quod nihil quod sunt qui dicunt quid deus tantum expectavit facere mundum: vel quid fecit deus in tanto spatio eternitatis antequam faceret mundum: quod in illa eternitate non est diu: neque cito: neque spatium longum neque brevis: cum omnia hec dicantur distinctione quantitatis alienius partem. Et nos iam ostēdimus: quoniam eternitas dei indivisibile nunc est: quod non est terminus alicuius instanti: sed potius ipsa ipsius eternitatis substantia. Et his etiam elucescit: quod falsum dicitur qui dicit voluntatem dei esse dilatantem in creando mundum. Dicit enim deus existens ab eterno voluntate non necessitate nature: perdurasse mundum: et causatum non ab eterno perdurasse: quod voluntas est causa que potest differre productionem sui causa est. Causam autem quare distulit mundi creationem dicitur esse: ne mundi duratio diuine durationi equaretur. Frivolus enim est huiusmodi dicitur cum omnis dilatio sit respectu futuri. Jam enim ostēdimus talē precessionem non esse eternitatis a tempore: nec causa potest esse quā dicitur quod duratio mundi diuine durationi non equaretur: quod impossibile est durationem secundum causatum eque causa sine: quando causa et causatum non sunt coessentialia: et quod impossibile fuit accidere non oportuit eum cavere per dilatationem voluntatis. Si autem aliquis dicat obijciendo quod aliquando fuit primo verum quod nunc est mundus: et ante hoc instans fuit verum mundum fore. Ante primum autem instans mundum non fuit tempus: ergo cum dicebatur mundum fore: hoc designabat aliquid eternitatis: et ita futurum et preteritum sunt in eternitate: et sic duratione diuisibilis et extensa deus precessit mundum. Dicimus ad hoc quod in primo instanti temporis differentia fuit dicere mundus est: et ante hoc non fuit verum dicere mundum fore: quod ratione illius non fuit aliquid aptum entitari per compositiones: nec aliquid temporis differentia. Et si tu dicas quod quicquid est verum de presenti fuit verum in futuro quod continuabat ad hoc presens. Dico quod tu dicas verum: sed ante mundum non fuit futurum: quod continuare tu ad presens instans temporis: in quo fuit verum dicere quod mundus nunc primo est: et ideo non potuit tunc significari aliquid de futuro. Si autem tu obijcis et dicas quod si mundum fore tunc non fuit verum quod eius contradictorium fuit verum. si mundum non fore et si contradictorium fuit verum: quod tunc aliquid de futuro fuit verum: et sic aliquid fuit futurum. Dico ad hoc quod nec eius contradictorium tunc fuit verum: eo quod non esset contradictorium eo quod non esset aliqua differentia temporis futuri: nec aliqua compositio que non taret compositum vel etiam diuisum respectu alicuius temporis: et etiam cum dicimus ante: et tunc non sumimus distinctiones istas proprie eo quod proprie signat temporis differentias: sed omnes in talibus locutionibus signat ordinem eternitatis ad tempus: sicut diximus. Et sic per quare deus precedit mundum non spatio extenso: sed eternitatis nunc indivisibilis et causa. Causa enim non coessentialis et prima causato hoc modo necessario precedit causa tunc fuit. Si quis autem forte obijciat quod deus est potentie instantis et non agit per aliquotam partem sue potentie: sed per totam potentiam suam: et ideo agit infinitum effectum in duratione: sicut et ipse infinitus est durando. Dicendum quod ratio ista deceptit multos academicorum: sed tamen planum est solvere eam. Dicimus enim deum nunquam agere nisi tota potentia sua: cum sit sua potentia indivisibilis simplex: sicut et sua essentia. Sed ordo qui necessario ponit inter causas et causatum erigit quod mundus duratio incepit aliquando: et ideo dicitur Aristoteles quod actus cause efficientis que vere est efficiens et prima causa: precedit tempore: et substantia: et ratione: vocans tempus durationem indeficientem eternitatis: hoc causando simul producat magis perfectam sub forma: tamen non potest esse magis receptibilis in infinitum: quod non posset terminari talis receptibilitas: et ideo etiam mundus quantitate finitus est: sicut et duratione: et ideo deus vult agere secundum potentiam infinitam: tamen impossibile est mundum agere secundum potentiam finitam quo ad fieri: propter causas inductas istas: propter quod mundum necesse est esse finitum: et secundum durationem et secundum quantitatem. In nullo enim potentia dei proportionat potentie causatorum: et ideo non inueniantur in causatis ea que inueniuntur in creatore. Cum autem hec sint potius de speculatione prime philosophie: et hec non

sunt dicta nisi ad facilitatem intellectus sequentis: hec ita dicta sufficiant. Inferius enim ponemus rationes philosophicas ex quibus videbitur mundum esse creatum. Non lateat autem nos: quod cum intendamus probare motum non incepisse in aliquo tempore preterito: neque corruptionem in aliquo tempore futuro: non preedemus nisi per rationes philosophicas: que sunt quod generando incipit quicquid incipit: et per corruptionem finit quicquid finit. Non enim possumus in physicis probare nisi quod sub principijs est physicis: et si nos extendamus nos ad loquendum de his que supra physica sunt non possumus esse physici: quod non preederemus ex probatis vel per se notis sed potius transcederemus ea que ratione non valent comprehendere: sicut est creatio et modus creati omnia simul et diuisim. Physici enim est aut nihil dicere: aut dictum suum demonstrare per illa que sunt illi scientie propria: de qua intendit facere considerationem. His igitur sic prelibatis intendimus probare: quod motus naturaliter nunquam incipit: et naturaliter nunquam deficit.

Cap. 2. Qualiter motus incipit sine dicitur esse perpetuus.



Meramus

Igitur verum motus aliqui generatur sine factu: ita quod non esset ante hoc in aliquo preterito tempore: hoc est quod aliquid fuerit tempus preteritum in quo omnino non esset motus in aliqua parte mundi: eo quod primus motus qui est causa omnis motus: tunc non fuerit. Queramus etiam verum motus aliqui ita corripet quod residuum sit aliquid futurum tempus: in quo nihil motus contingat omnino: eo quod duraturus sit primus motus: qui est causa omnis motus in omnibus mundi partibus: aut opposita ista ratio duarum rationum sunt vera: quod si motus neque factus est sine generatione in aliquo preterito: neque corripit in aliquo futuro: sed erat semper secundum omnem preteritum tempus: et erit semper in omni futuro: ita quod dicemus quod aliquis motus continuus secundum omnem tempus inest entibus que secundum naturam sunt: ut immortalis et inquietus: sicut vita inest his que subsistunt secundum naturam: quoniam sicut in viuis est anima actus continuus in corpore est vita: et non existens anima non existit in animalibus vita: ita et motus vniuersus continuus et inquietus causa est influens omnibus transmutabilibus continuatate et inquietudine per hoc quod ipse primus motus immobilis ex suo motore: et inquietus ex simplicitate sui mobilis et incorruptibilitate. Et sic igitur fuit nostre rationes de motu: et nos primo circa determinationes istarum rationum considerabimus in comuni quecumque dixerit philosophi qui fuerit ante nos: ut per hoc nostrum dictum de eisdem rationibus fiat creditibilis. Dico igitur quod omnes illi philosophi qui de naturali aliquid dixerunt affirmant motum aliquem et aliquo modo esse: propter hoc quod dicitur ipsi fieri sine generari mundum: et dicunt omnibus modis qui successiue sunt: ita quod ex corruptione vnius sit generatio alterius: inest consideratione de generatione et corruptione mundorum. Impossibile autem est generationem et corruptionem esse: nisi sit motus: quod generatio et corruptio sunt motus vel non sine motu: ut in prehabitis est ostensum. Sed quotquot philosophorum per successione dicitur esse infinitos mundos: ita quod fiat quidam: et quidam corripant: cuius generatio vnius sit corruptio alterius: sicut per in simplicibus mundi partibus: que sunt elementa: quod corruptio vnius illorum continue existit generatione alterius: dicitur esse perpetuum motum in genere et non in numero aliquem esse perpetuum: et hoc est quod perpetua sit motus successio: et non vnius in individuo motus sit perpetuus. Dicitur enim isti semper esse motus: eo quod necessarii est generationes et corruptiones mundorum esse cum motu: et generationes et corruptiones mundorum per successione sunt semper et perpetue. Quicquam autem philosophorum dicit vnum esse mundum: et hunc non esse semper in omni preterito. Dicitur etiam de motu secundum eandem rationem: quod si motus non fuit semper in omni preterito: et iste fuit philosopho: qui dicit mundum incepisse in preterito: et tempus incepisse cum ipso: sicut nos inferius ostēdemus. Quocumque autem duos dicta philosophorum variens circa motum perpetuitate: tunc ad duos modos in comuni dicta eorum reducuntur: qui dicunt motum aliqui non fuisse: et aliqui non esse futurum. Si enim motus aliqui non fuit et incipit cum non fuerit: aut hoc fuit secundum modum quem dixit Anaxagoras Italicus: aut secundum modum quem dixit Empedocles. Inquit enim Anaxagoras primo omnibus homogeneis simul existentibus in primito illo in quo simul omnia formae latēbant: hoc actu essent: et quiescentibus: hoc est sine motu existentibus: in illo intellectus actus practicus et impmixtus fecit

Nota contra Aver. l. c. 15. S. huius. ubi simile quod mouet.

Contra centes volutate dei esse dilato riaz in mundi creatione.

Obiectio pulchra per predicta

Solutio.

Replica per Solutio

Replica 2a

Solutio

Obiectio 2a

Solutio

Arist. in 12. meta. l. c. 10. vere efficiens tpe precedit causatum: sic tunc considera quod secundum hoc in eternis non est decima efficiens quod est contra multos.

Documenta pulchra quod ostendit quod rationes philosophice dicit circa motus eternitatis

Ex. r. c. 1.

Quo motus est tanquam vita cuius non est stantium.

Ex. r. c. 2.

Opio Anax.

fecit moueri hoc mixtum per hoc: qd disgregant latentia in ipso: fecit eriri in apertuz per hoc qd plura vnus rationis existetia dñari in aliquo vno ipsozum inceperunt. Ituz aut intellectam intellexit esse intelligentiam primā: que formis idealibus agit vnūquodq; de occulto in apertuz producēs. Produxit autem intellectus illas res formatas postq; per infinitum tēpus quiescerat in eo qd dicit latentia: & hec fuerunt omnia homogenia congregata. Tempus enim infinitum dixit: qd cōponitur ex infinitis: & hoc infinitum ē actu dicebat & sine carere quidem in preterito sed non in futuro in quo dixit incipere motum: non enī potuisset dixisse qd inciperet motus: si potuisset tēpus fm vtrūq; scilicet preteritum et futurum esse infinitum. Fuit enim iste intellectus Anara. si cut patet ex his que habita sunt in sexto libro supra. vbi dictum est: qd non erat possibile imaginari aliquid infinitum esse fm vtrūq; terminum. Empedocles autem dixit incipere motū in parte quadā temporis finita fm vtrūq; finem: & iterū post motum illum in alia parte temporis incipere qetes. Adueri enī dixit Empe. quādo amicitia vnūquis ex multis disgregatis in multas formas corripendo facit vnū mixtū ex oibus: hoc est cū omnia particularia generata reducunt ad vnū materiale mixtū ex omnibus. Iterū aut dicit incipere motū: quādo discordia vnūquis ex vno mixto materia li productit particularia generata oia. Quiescere autē dicit res in medijs tēporibus. Euz enim oia cōgregant in vnū materiale mixtū per amicitias: nō statim post cōgregatōes perfectam incipit discordia producere ea in disparitate generatores: sed quietunt in mixto aliquo tempore. Eodē autē modo cum discordia eduxerit generata in disparitates formarum: non statim reducit ea amicitia: sed quietunt aliquo tēpore: ita sunt duo tēpora quietis: & duo tēpora motus fm Empedo. Qd autē indurit Empedo. ad hoc dicendū qd dixit de amicitia & lite fuit: qd didicerat: qd ex plurib; aptuz est fieri vnum per resoluōe: & iterū ex vno geminato per formas & distincte didicerat fieri plura per cōpositionem. Sic enim sunt res & perfectiōes: hoc autē qd dicitur est nullo modo pot esse perpetuum fm vnū modum: siue ille sit cōgregatio: siue disgregationis: sed potius sic permutant adiutem: & nō perficiuntur hec simul: sed potius semper sic sunt mobiles fm circulari: qd cōgregatio causat disgregationem per viam cōpositionis in plura: & disgregatio causat cōgregationē per viam resoluōis multoz ad vnum: & hoc modo voluntat hec adiutem: vnde absq; dubio opinandum est qd Empedo. sic dixit propter hoc: qd res huius mundi adiutem vidit permutant: & ideo etiā iste nō dixit vnum motū esse eternū: sed potius duos sibi sic succedētes cōtinue. Est autē aduertendū qd h; Empedo. dixit amicitia moueri in generali resolutione generatoz ad mixtū: & lite in generali generatione distinctoz exvntium de mixto: tñ dicebat et hec duo principia mouere in generatōe & corruptione particularibus: qd qd elemēta cōgregant in mixturā humorū: & qd diuersa mēbra cōueniunt in constitutionem vnus aialis facti amicitia. Qd autēz in ipso cōposito elemēta remanēt fm suos actus primos: & qd diuersa in forma remanēt mēbra: si cut os: & caro: & caput: & manus: & hoc facit lis: & in corruptione qd recedunt abinuitē: & hoc facit lis: & qd similia sibi cōgregantur facit amicitia. Et igitur sunt due sentētie inceptio: his motus ad quas oium alioz sententie reducunt qui dicunt motū incepisse. Considerandū igitur est de hoc quo modo se habet. Est enī hoc nobis pro opere vtile non soluz vt sciamus in naturalibus motib; veritatē cōsiderare: sed etiā ad sciēdū primū pñ: eo qd nos ipsum nō possumus sci re nisi ex posterioribus se: & et metaphisicas in hoc primum motū perpetuū a physico accipiēs per motū pbat motoz esse: aliter enī motozes scire non possumus: nisi ex motibus ipis: & ideo oportet nos illud cum diligentia inuestigare.

Cap. 3. De probationibus Peripatheticorum qd motus sit perpetuus. Igitur primū disputa re tra hoc ex his que nos supra i tertio pbat scorum differuimus. Ex his que supponit hnt in omni demonstratione tāq; principia ex quibus est procedendū. Dicimus igitur ex sa

pradictis: qd motus est endelechia hoc est perfectio mobilia siue eius qd mouetur fm qd mouetur. Cum autem ois per sectio non sit nisi in eo qd perficitur ipsa fm principia perfectiois eiusdem ad hoc qd motus sit: oportet et ea que possibile est moueri: que sunt subiecta motus fm quilibet motum: & quietem: hoc etiam sine resumpta diffinitione motus quilibet concedit: & confitetur: qd per se motum est: qd perfectio non est nisi in perfecto: & ideo ad hoc qd motus sit necesse est esse mobile qd mouetur motu illo: qui dicitur esse perfectio ipsius fm quilibet motum. Non enim alteratur: hoc est alteratōe mouetur nisi id qd est alterabile fm qd alterabile est: nec ferri potest fm locum: nisi illud qd est fm locum mobile: fm qd est mobile fm locum. Sic autem est per eandem rōnem de mouente: qd motus est actus mouētis: vt dicimus supra: h; alter sit actus mobillis: & alter actus mouētis: & ideo sicut motu existēte necesse est mobile esse: ita eodē motu existente: necesse est mouens esse: cum motus et motus sint principia motus plus natura vel tēpore: vel vtroq; modo necesse est et motuuz & mobile: plus qd motum: si cut cōbustibile plus esse necesse est qd motū cōbustidū qui est cōburi: & per eādem rōnem necesse est combustiuum esse plus qd cōburere. Hoc autē dupl; esse: qd in omnib; motib; qui sunt ad formā: sicut est augmētum: diminutio: & alteratio oportet qd mobile sit ante motū fm duplicē potentia: qd vna est ad esse: & altera ad motū: qd nō auget nisi qd possibile est augeri: & nō alteratur nisi qd possibile est alterari: & ante hanc potentia oportuit illud qd augetur & alterat eē: non autē est nec possibile fuit ipsum esse si ipsum eē inceptū: eo qd omne qd esse inceptū a potentia esse dīcedit ad actum. In motu autē locali: id qd est fm formā subalem statim operat motū: nisi aliquid sit qd phibeat: vt iserius probabimus: & ideo id qd mouet localiter nō est pmo: & postea mouet localiter: sed statim localr mouet: si nihil fuerit phibens motū eius. Ex his autē oib; volumus cōcludere: qd si nos ostenderimus motū locale qd est oium motū eē perpetuum qd tunc oportebit dare: qd id qd mouet fm est perpetuum fm subam: & id qd mouetur ipm esse perpetuum. Si enī non essent perpetua: & ideo motus nō esset perpetuus. Quid? cū esse nō posset: nisi altera duaz cārum: quarū vna est: qd diceretur ista generata & facta esse fm subam: cū nō essent: aut qd essent hec duo perpetua: sed mouens non moueret ipsuz mobile ppter aliqd impedimētuz. Si autē detur: qd ppter priorem istaz cārum qd motus semper nō fuit: qd. f. oportuit plus fieri vnūquodq; mobillium ante suū motum: cū mobile ponat nō esse: tunc oportuit facturam illius mobillis eē fm pcessum de potentia ad actuz: sed factura illa generatio est: ergo gñatio fuit ante illum motū: qui per hypothēz positis fuit esse primus. Est autē generatio finis motus: sicut supra diximus sepe: g ante gñationē est motus: g etiā an generationem primi mobillis est motus: g et motus est an primū motū: qd est impossibile: g nō fuit hec cā: qd motus non eēt semper in omni pterito tēpore: qd fmū mobile oporteret prius generari in eē: & postea moueri: qd absq; dubio sequeret: qd quedā mutatio esset ante illaz que est accepta: qd sit plus omni motu: fm quā mutationē factum est id qd mouetur pmo motu: qd est impossibile & nō itelligibile. Si autē dicatur: qd ea que sunt principia motus vt mouens & mobile etiā erant in omni tēpore pterito: ita tñ qd nō existebat motus: tunc oporteret qd hoc fuerit ppter cām scām superius enarratam. f. qd hoc ideo fuit: quia mouens non mouit mobile: aut non mouebatur ppter aliquam dispositionē in altero: vel in vtroq; inuentam qd impeduit ne mouens moueret: vel mobile moueretur: & hoc in pmo motore & primo mobili. Et insciētib; imperitiis videtur irrationalē: eo qd primū mouens & primum mobile nō possunt talibus impedimentis subiacere: etiam fm vulgus. At vō si aliqs per subtilis rationes magis ingrediatur considerando proprie tates primi motoris: & primi mobillis: tunc necessarium est: qd illi magis videatur irrationale hoc qd dictum est. Si enī dicatur: qd in primis & perpetuis quedam fuerunt mobilia fm substantiam existentia: & alia fuerant momenta existentia fm substantiam: & tamē nō erat motus. eo qd impedimentuz erat mouendi in mouente vel mobili: vel in vtroq; tunc aliquid quando primū mouens est mouēs: & aliquādo nō: & primū

Empedocles opinio,

Empedo.

Tex. 1. cō. 3.

2. cō. 6.

Tex. 1. cō. 3.

Tex. 1. cō. 7.

Tex. 1. cō. 4.



Accipiamus re tra hoc ex his que nos supra i tertio pbat scorum differuimus. Ex his que supponit hnt in omni demonstratione tāq; principia ex quibus est procedendū. Dicimus igitur ex sa

Physicorum

mobile aliquando mouet: et aliquando non: sicut dixerunt Anaxagoras et Empedocles: quod aliqui est motus et aliquid quies: tunc autem mouens moueat: et mobile moueatur: vel utriusque disponat ad alterum: et accedat ad ipsum: oportet mutari per alterationem primum mouens vel primum mobile: vel utriusque oportuit enim si aliqui mouet et aliquid non: quod aliqua fuit causa quietis. Cum autem quies sit privatio motus: oportuit quod ante hanc quietem fuerit motus: et ante illum qui postus est esse primus motus: esset alius motus: et hoc iam impossibile est probatum est. Nulla enim causa esse potest: quod prima causa non semper moueret: nisi aliquid moueret ad quietem: tunc oporteret illam disponere tolli per motum alterationis: alteratio autem non potest esse primus motus: si cut non in sequentibus probabimus: quod oporteret aliquid motum localem esse causam huius alterationis: et sic aliquid esset motus localis prior motu locali primo: quod sicut iam ostendimus est impossibile.

C hoc autem quod dicitur inuenimus esse verum in omni genere motoris et mobilis. Ad idem enim quod oia que mouet et agunt: quod quedam eorum agunt et mouent singulariter ad unum: et unum motum mouet. Quedam autem mouent et agunt secundum contrarios motus. Potest enim naves: non agunt nisi unum: eo quod non est ad unum tantum: sicut ignis calore suo non nisi calefacit: et non in frigidat: quando agit essentialiter operatione. Sic autem in frigidat: et non essentialiter agit calefacit. Potest autem rationales et corpore benigne generaliter que sunt potest esse rationales et sensibiles: sicut scia et ratio: huiusmodi sunt actiue rationis: et aliquid quod in naturalibus potest esse videtur aliquid simile esse potentis sensibilibus et rationabilibus: que dicitur comprehensio: quia frigidum aliquid non calefacit per accensum: quando accipit ut conuertitur et pro pellens et excellens ante se calidum circumstantis et ambiens ipsum et constringens in centro rei in frigiditate: sed hoc est per accensum: sicut et sciens: ipse per se consideret recte: tunc volitarius peccat aliquid: quando nec operatur secundum eam que est in ipso scias: sed potius reuertit ab ipsa: et utitur ea ad extrinsecum. Sed de his nihil ad presens: nisi tantum quod sunt agentia naturaliter ad unum: et illa sunt naturalia: et sunt agentia voluntarie et cognitiue ad opposita: et illa que sunt agentia naturalia non possunt esse causa quietis et motus: nisi mutant per diuersas dispositiones secundum quas aliquid mouent: aliquid non mouent. Illa autem que agunt per cognitionem: ut videtur pro libitu agunt et sunt aliquid causa quietis: et aliquid motus causa: eo quod in ipsis esse quiescere et moueri per voluntatis arbitrium. Sed tamen hoc non est verum: quia etiam in illis oporteret esse diuersas conceptiones: si aliquid deberent mouere: et aliquid non mouere: quod vna numero et eodem modo conceptione maneret: non erit autem causa motus: neque manente vno numero appetitu secundum ipsum que mouet appetitum: diuersas autem conceptiones et appetitus: quod est id quod occurrit in varietate temporis et motus perfecti per corpus: ergo autem renouatione conceptionis et appetitus erit motus in tempore et a corpore.

Redeamus ergo ad primum generalem sumendo: quod si quicquid sit sine aialia sine naturalia possibilis sunt mouere et moueri: et facere: et pati: non penitus: neque omnimodo sunt possibilis sicut mouere et moueri: et facere et pati: sed oportet ea esse disposita: et sic habere se: et prima et immediata esse: et sibi fieri: quando mouere et moueri incipiunt. Cum autem hoc non moueret et mouerent: sicut necesse est dicere: qui motus non dicitur perpetuus: tunc per alterationem secundum dispositiones illas efficiet unum motum: et alterum mobile: et per illam alterationem inherit eis tanquam hoc sit mouens secundum actum: et alterum motum secundum actum. Si ergo dicatur non semper motus esse: et tamen mouens et mobile dicatur semper existere: tunc oporteret dicere: quod mouens et mobile non semper sic se habent ut sufficienter disposita ad hoc quod unum sit mouens: et alterum sit mobile secundum actum: ita scilicet quod unum sit nunc actu mouens: et alterum sit nunc actu motum: tunc manifestum est: quod incipit motus secundum actum quod oportuit mutari secundum dispositiones illas mouens et motus: vel alter eorum: et tunc secundum superiorum rationem oportebit motum esse ante primum motum.

C hoc autem et alia ratione est necessarium: quia scilicet motus et mouens secundum actum sumpta sunt secundum aliquid. Relationes autem non inveniuntur nisi per aliquam in altero relationem: vel in vitro: quod factam mutationem: sicut in quinto libro huius scientie dicit. Si igitur non semper sit mouens secundum actum: neque semper motum secundum actum oportebit quod sint facta mouens et motus per transmutationem erit: ergo sicut supra probatum est mutatio ante primum motum: et si mutatio est ante primum motum: tunc etiam motus erit ante motum primum: qui est causa illius mutationis.

rationis. Ecce iste sunt rationes Aristoteli et quousdam Peripateticorum: put melius intellexi: probatum quod non est motus factus.

Cap. 4. Et est digressio declarans qualiter declaratur per inducte rationes motus esse: et motus perpetuus esse: et qualiter non.

Mouens dicitur rationes supponunt quod motu existente perpetuo mobile et mouens erunt perpetua. Et si motus non est perpetuus: propter hoc conuenit: aut propterea quod mobile non est perpetuus: sed quousque generatum: sicut dicebat de mundo Anaxagoras et Empedocles: aut quod motu existente perpetuo secundum esse non fuit in ipso perpetuo dispositio mobilitatis eius: que sufficienter disponderet ipsum ad hoc: quod esset mobile: sed enim hoc posset referri ad dispositionem primi motoris: tamen nullus ita dubitauit de motore: sicut dubitauit de mobili. Et omnibus istis planum est colligere quod si nos dicamus mobile et motus simul incepisse: ita quod mobile est motu suo educat de nihilo: ita quod mobile non precedat motum tempore: sed natura: sicut subiectum passionem: que in ipso est quod inducte rationes hoc non destruant. Et si dicatur Auer. quod nullus probat consentit in hoc quod fiat aliquid ex nihilo: et dicatur ideo deum non esse verum et primum esse dicto probat: qui omnes supponerunt quod ex nihilo nihil fit. Dico ego quod ex nihilo nihil fit per generationem: sed ex nihilo aliquid fit per actum: quod autem ex nihilo nihil fit per generationem causa est: quia oportet generationem ex quo per se est generatio: non tamen esset generatio per accidens: nisi prius esset generatio per se.

Per se autem generationis termini sunt privatio et habitus: et non quilibet est privatio ex qua fit generatio: et ideo nihil non potest subijci generationi: ut ex ipso aliquid fiat: quia nihil equaliter se habet ad omnia generata: et ideo non potest dici per se esse terminus ex quo fit generatio bonis vel albi: vel aliquid alterius. Et hec eadem est ratio quare materia prima ab omni forma denudata non potest esse subiectum generationis. Accideret enim ei quod ex ipsa esset generatio huius vel illius: sicut accidit quod ex quanto generat albus: sed oportet quod si supponatur non ens in generatione quod per se opponatur enti quod generat ex ipso. Sed hoc est non ens in quo inchoata est forma entis quod generat ex ipso: et hoc videtur philosophi senserunt in veritate huius propositionis: quod ex nihilo nihil fit per generationem: et etiam in hac quod ex materia pura nihil fit per generationem: quia si ex materia pura aliquid fieret: oporteret quod forma generati ex nihilo fieret: quia materia non est id ex quo fit forma: sicut sepe supra ostendimus: et in prima parte plenius habemus. Non autem negant precipui Peripateticorum quin actu simpliciter precipue cause prime: essentialis materie prime cum forma substantiali educata sit de nihilo in esse a deo: quod etiam Aristoteles in libro suo de natura deorum: mundum a deo opifice dicit esse creatum. Quod autem rationibus prius inductis probatur: quod motus non deficit: in aliquo tempore oino verum est et necessarium: et ideo non est ponendus: quod mobile et motore existens in alio tempore perit non fuerit motus: quia per hoc omnia esset irrationalia: sicut bene probatur est. Quod autem Auer. dicit deum per intellectum mundum operantem non fuisse ante mundum in peritio tempore verissimum est: quod sicut iam ostendimus ante deum preedit mundum eternitate: non tempore. Nec puto verum esse quod dicitur de voluntate dilatata: sicut supra patuit. Dicit autem Auer. quod non est verum: quia dicit non esse intelligibile: si dicitur quod deus ab eterno unius ideo secundum intellectum existens operatus est mundum vel aliam rem mundi: quod est post eternitatem. Et est enim factis intelligibile quilibet intellectum posse stare in conceptu et appetitu vno faciendo rem non modo sed postea: et quando posita ab eo sit res: variatio que est inceptio rei est circa rem factam: et non circa intellectum operantem: ita dicimus esse in deo qui est causa probans idealiter omnem rem creatam: et vno modo stat in conceptu suo: vel quod scientia sua est causa rei: sicut docet Aristoteles in libro primo per se inceptiones rerum secundum ordinem sequitur tempus: cum tamen intellectus qui est causa scientie sit supra tempus: et tunc hoc modo dicimus intellectum illum esse causam motus in tempore: cum tamen non ab eterno fuerit causa motus. Causas autem motus dico esse esse: eo quod causat et motum simul ab ipso eo quod educat esse de potentia materie ad actum. Sed verum est quod si in tempore esset aliquando causa motus: et aliquando causa quietis: tunc oporteret quod variatio

Ex. 1. co. 8.

Ex. 1. co. 9.

Ex. 1. co. 9.

5. phy. 1. co. 10. 5.

Etio ex nihilo per generationem non potest fieri aliquid?

Etio ex nihilo 5. phy. c. 15.

Ex. 1. co. 51.

variatio esset in ipso fm cōcepta diuersa: & appetitus diuer-
 sos: quē admodū dixerunt Anaxar. & Empedo. C dicit ē
 Auer. qd hoc qd quidam obijciunt nō tener. s. qd si pmo agē-
 ti subijciatur mā subiecta ex qua opetur: qd hoc fit diminu-
 tio potentie in ipso: eo qd dicit qd perfectioris agētis est ope-
 rari sine subiecta materia: qd cū indigentia materie. Et di-
 cit hoc nō tenere ideo qd videt ei esse impossibile qd fiat rei ali-
 cuius pductio: nisi per generationē. Generatio etiā est ex
 subiecta materia: ppter causas quas supra dixim: & ideo
 nō esse diminutionē aliquā potentie pmi agētis: si nō ope-
 rat id qd impossibile est fieri. C Sed decipit: qd si deus ope-
 ratur per generationē ex alia materia tñ: tunc virtus eius
 est pportioata potentie nature: & natura est effectus dei ēt
 fm phos p̄deripatheticos: ergo virtus cause que est deus
 excellens pportioat effectui suo: qd est impossibile: cū cau-
 sa prima sit superior natura: & deficient lingue a narratione
 eius: ppter excellentiam eē ipsius: sicut tradit Aristot. Et tō
 bene cōcedo: qd si eēt impossibile deum operari sine mā: tñc
 operari cū materia subiecta nō esset diminutio potētie ei?
 sed qd non est impossibile sed potius necessariū deū sine ma-
 teria operari: ideo dicit qd si semper requireret mā: qd hoc
 sonaret diminutionē potentie eius vel minozationē: qd tñc
 pportioatē virtus eius virtuti nature: que est potentie
 mēsurate: & non pōt operari subito: nec ēt de nihilo. Q: autē
 sit necessarium deū operari ex nihilo aliqd: ostēdit per hoc:
 qd prima forma que hz esse in mā quocūq; modo: siue poten-
 tial: siue actualē est ab aliquo efficiente: pducta: aut per se
 ipsam. Cōstat autē: qd nō est per seipsa: qd sic nunq; indige-
 ret efficiente: qm si prima non indiget: tñc & secūda nō indiget:
 qm vna & eadem ratio est de omni forma quo ad exitum in
 esse in qtu: forma est: nisi quātus ad hoc: qd secūda potētia
 est in materia. p̄dima autē forma nō pōt educi de materia:
 quonā si de mā educeret: tunc oporteret inchoationē eius
 esse in materia: sed inchoatio eius est aliqd forme: ergo an
 primam formā est aliqd forme: qd est impossibile: ergo opz
 qd prima forma sit ab efficiente primo. Cōstat autē qd nihil
 pcedit formam p̄mā ex quo fiat: ergo ipsa per actū cause
 p̄mā educit de nihilo: & sic cōstat qd primā operat creando
 de nihilo: & ideo cum sit sibi potentialis hec operatio mino-
 ratio ipsius potētie esset: si requireret in p̄mā creatis subij-
 ei sibi materiam. Ista tamē disputatio non est p̄p̄tica: s; sit
 hic introducta ad elledēth erroē eoz: qui dicit mōdū suis-
 se ab eterno: & nō esse creati. Sed nos cū cōsideratiōe am-
 pliori tractabimus de his in p̄mā p̄bia: vbi queremus qua-
 liter sūt entia creata ab efficiente p̄mo. Nos ēt infra redi-
 bimus: & ostēdemus verim illū rōnib; mōdū eē creati: &
 nō fuisse ab eterno. S; hoc qd est nobis hic scēdum est: qd
 sciamus istas rōnes que inducte sunt nō pbare: nisi qd mō-
 dus nō incipit per ḡtationē: & qd nō fuit aliqd tps in q non
 fuerit mor: & hoc qd est vez: & a nobis supra cōcessum.

C. Cap. 1. De probatione qd motus in nullo incipit p̄teriti-
 to tempore ex ipsa temporis conditione.

Redibimus Autē adhuc ad p̄bādū: qd motus nūq; incipit in
 tempore p̄terito ex ipsa
 temporis cōditione: prius enim & posterius in
 rebus nō sunt nisi ex tempore: qd prius & posterius
 p̄mo sunt in tempore: & in rebus qd nō mo-
 tis nō vidētur esse prius & posterius: nisi ex hoc qd ponit tē-
 pus circa res illas. In rebus autē que mouētur sunt prius
 & posterius per se: & ex hoc verificatur: qd vbiq; prius & po-
 sterius proprie dicitur: qd ibi est tempus. Sed vbiq; pon-
 nitur aliquid incipere illud est nūc: & non fuit prius: ergo in
 omni nouo qd incipit ponit p̄us & posterius: ergo tempus
 fuit ante ipsum: in quo ipsum nō fuit: & tēpus fuit posterius
 illo in quo ipsum fuit & incipit. Sed si tempus est necesse est
 & motum esse: quia sicut p̄bauimus in quarto libro hui; scē-
 ente: tempus est numerus motus: & est quiddam ipsius: qd
 est eius passio: ergo si tempus est perpetuum: & motus erit
 perpetuus. C Tempus autē esse perpetuum probatur: tū
 per auctoritatem philosophorum: tū etiam per rationes.
 p̄der auctoritatem quidē: quia omnes philosophi p̄ter
 vnum solum dixerunt tempus semper fuisse: & nunq; ince-
 pisse: intm qd vnum eorum nomine Democritus culpauit

omnes qui dixerunt qd omnia inceperunt aliquando: & nō
 semper fuerunt: sicut dixit Anaxagoras & Empedocles: et
 inisterit eis per tempus qd dixit impossibile esse qd sit factū:
 & in hoc erat mirum de antiquis: quia viderunt bene tem-
 pus semper fuisse: sed non motum: cum tamen tēpus sit nu-
 merus motus omnis vel cuiusdā: & hoc ideo fuit: quia nō
 viderunt perfecte proprium temporis subiectum: sed acce-
 perunt ipsum prout omnes res temporales sunt in tempo-
 re: sicut in quodam numero: & non retulerunt ipsum ad al-
 quod subiectum vnum. Ille autē vnus qui dixit tempus
 incepisse p̄lato est: & ille vidit bene qd erat passio motus: &
 ideo etiam dixit motum incepisse: quia dixit qd celum ince-
 pit esse & moueri: & tempus incipit esse cum illis: & hec dixit
 facta ab opifice primo mundi. C p̄der rationem autē pro-
 babimus idem sic. Est enim certum ex his que diximus in
 quarto libro huius scientie: qd impossibile est intelligere tē-
 pus: nisi per intellectum eius: qd est nunc sine instās. Opor-
 tet enim qd quicūq; intelligit tempus qd ad minus intell-
 gat duo nunc: inter que est tempus: qd qui copulat ipsa nūc:
 non percipit tempus: sicut diximus qd faciunt dormientes:
 non autē intelligitur sicut medietas quedam inter p̄-
 teritū & futurum: hoc est sicut media differentia: sic etiā
 medium mundi indiuisibile in quo continuantur & distin-
 guuntur p̄teritū & futurum: & ideo accipitur vt finis p̄-
 teriti & initium futuri. In tempore autē toto: non est acci-
 pere aliquid actu existens nisi nunc: sicut in antecedētibus
 probatum est: & illud nunc nunq; stat: propter quod & instan-
 tis nomen accepit: & ideo non potest idem bis demonstrari
 & significari: sicut fit in p̄teto qui permanet: & stat in cōtinuo
 quod habet permanentiam & positionem in suis partibus:
 & non potest aliquo modo intelligi nunc in ratione principij
 tñ: & in ratione finis nisi accipitur per modum dicte linee:
 & sic non potest accipi: quia sic deficeret tempus. Cuz igitur
 ista sic se habeant: & si tempus ponitur incepisse: tunc opor-
 tuit qd in aliquo nunc primo inceperit: sed illud nunc fuit fi-
 nis p̄teriti quod fuit ante ipsum: ergo ante primam ince-
 ptionem fuit tempus p̄teritū: quod est impossibile: ergo
 tempus non incipit: & eadem etiam causa est: qd nō desinet:
 quia si desinet in aliquo vltimo desinet: illud autē nūc erit
 initium futuri: qd est post ipsum: ergo erit tempus postq; tē-
 pus desinet: quod iterum est impossibile: ergo tempus nūq;
 desinet. C hoc autē qd diximus de tempore sane intelli-
 gendum est: quoniam tempus accipitur: vt dupliciter se ha-
 bens ad motum. Est enim alculus motus numerus quasi
 manens extra ipsum formaliter: & alculus motus passio est
 numerus creatus ab ipso motu. Illius enim motus qui est
 sub primo motu & incipit & terminatur in parte quadam tē-
 poris: tempus non est nisi numerus: & numerat ipsum per
 alium motum: cuius tempus est passio: & omnis talis mo-
 tus continetur inter duo nunc temporis: quozum vnum est
 sicut principium: & scōm est ratio finis tñ: hoc tempus fi-
 nitum est: sicut etiam ipse motus. Si autē tempus refe-
 ratur ad motum qui est causa temporis: ille est motus p̄-
 mus omnibus alijs simplicior: & in illo motu sicut nihil indi-
 uisibile potest accipi ante qd & post quod non sit motus:
 ita nullum indiuisibile temporis potest accipi ante qd & post
 quod non sit tempus: & hoc modo intellecta procedit ratio
 inducta. Et causa istorum est: quia diximus in quarto: qd
 tempus non refertur ad motum: prout ipse est in toto quod
 mouetur: sed potius prout ipse causatur ex vno vnde est mo-
 tus. Illud enim vnum in circulatione nunq; potest accipi: qd
 renouatio situs non sit ante: & post ipsum: & ideo nūc qd est
 numerus eius nunq; accipi potest nisi in ratione finis: & prin-
 cipij: & si ponatur tempus incipere fm substantiam vel des-
 nere: tunc oportet qd hoc modo acceptum incipiat vel des-
 nat: & ideo hec ratio fortior est alijs: & videtur pbare: qd nū-
 q; incipere potest vel desinere tempus quocūq; modo ince-
 ptionis: & quocūq; modo desitionis: at vō si tempus sem-
 per fuit & erit: tunc etiam necessario motus aliquis semper
 fuit & semper erit. Tempus enim est quedā passio & nume-
 rus motus: & sequitur qd motus ille semper fuit & erit: cuius
 tempus per se passio est: & ille est motus p̄mi mobilis in-
 ter oves celestes: qui dicitur motus diurnus: qui omnib;
 est velocior & simplicior.

Philosofia
 6. phy. cō. 4.

Improba-
 tio hūoīs.

Quo necius
 sit deū ex ni-
 hilo operari.

Que sit dñs
 iter fmā for-
 mā & scōm.

Cap. 1. cō. 10.

Solus p̄bia
 to potuit ipse
 incepisse.

L. 1. cō. 11.

quod non sit
 tempus: & hoc
 modo

quod non sit
 tempus: & hoc
 modo

quod non sit
 tempus: & hoc
 modo

quod non sit
 tempus: & hoc
 modo

quod non sit
 tempus: & hoc
 modo

Quo modo nunc de
obus motis
in natura explicat.

nure: sed potius illum qui est finis nature illius que ordinata est dicitur per proprietatem. Nec enim natura omnibus est causa ordinationis: eo quod forma rerum naturalium cursum exigit determinatam in ordine et ratione speciali: et iste ordo explicatur dupliciter in natura. Quedam enim res sunt talis ordinis quod semper cursum unum seruant nature: sicut ignis qui semper ascendit extra vbi suum existens: et sol eclipsatur interpositione lune inter solem et visum nostrum in capite et cauda draconis. Quedam autem succedunt: sed habent causas et tempora determinata quare fiant quandoque: et non fiant quandoque: sicut tempus generationis et corruptionis quod sibi succedit ex accessu et recessu solis in circulo obliquo. Ex his autem facile est videre: quod in dictis Anaxagora duo sunt contra ordinem nature: quorum primus est quod ipse dicit: quod mixtum quiescit tempore infinito: et postea tamen erit in esse distinctum per generationem factam ab intellectu agente: hoc enim non est finis exigentiam alicuius forme naturalis: quia si mixtum naturaliter quiescit tempore infinito: tunc non erit in esse distinctum in generatis nisi per violentiam. Tempus autem motus violenti est paruum: ergo tempore infinito non remanebit generatio: quod tamen dicit Anaxagora. patet ergo: quod in finitum tempus quietis ad infinitum tempus motus nulla est ratio ordinis: quia nulla forma naturalis permittit tale ordinem naturalis ad violentiam. Quia enim naturaliter adinuenit ordinatum est ratio alia ordinis ex aliqua forma naturali. Secundum autem est: quod et si dicatur verum esse naturale: tunc tamen aliquid causa erit differente: quia intellectus agens primo infinito tempore quiescit: et postea in infinito tempore agebat. Sic autem nulla causa differente assignatur ab Anaxagora. quare. legitur nunc intellectus et non prius. Si autem dicatur: quod nulla est ratio ordinis in talibus: hoc non erit opus nature. Sicut enim diximus id quod est ordinis nature: aut si militer se habet semper: et non aliquando quidem sic: aliquando non aliter: ut ignis sursum fertur natura: et non fertur sursum: aliquid quidem: aliquid vero non: aut si non est semper vno modo: tunc rationem habet differentie: et tamen determinatam in natura: et non est simpliciter diuersitas ab aliis: sicut diximus de periodo generationis et corruptionis: que tamen differentie accipit in accessu generantis: et recessu in obliquo circulo: sicut in secundo de generatione et corruptione: et ideo in ambo male dixerunt tam Anaxagora. et Empedocle. tam Empedocle. aliquid dignius dicitur Anaxagora. et quod aliter dicitur Anaxagora. et aliquid tamen differentie tempus motus et quietis assignauit. Dicit enim Empedocle. quod si ignis semper sursum fertur: et non aliquid quidem fertur sursum: aliquando autem non: propter ordinem sue nature quo necessario mouetur sursum: ita se habet in hoc quod omne vniuersum in parte tempus quiescit: et in parte tempus mouetur: quia illa talis vicissitudo habet quandam talem ordinationem: eo quod amicitie est congregare: et liti disgregare. Anaxagora autem dicit: quod nulla est causa quietis per tempus finitum: neque exitus rerum in esse per tempus infinitum nisi intellectus operans. Sed tamen Empedocle. peccauit in hoc: quod ipse nihil addidit probationis dicto suo. Qui enim dicit: quod amicitia quodam tempore congregat: et liti quodam tempore disgregat: opus quod non hoc dicat solum et affirmet ita esse simpliciter affirmatio: sed opus quod cum hoc dicat causam: et non sit contentus dicto simpliciter: cum nihil apponitur: et opus quod non velit quod hec sit dignitas per se nota que irrationalis est: et cui ratio consens non assentit. Si enim est dignitas quilibet sentiret in eam: quia consens animalis conceptio est: quia quilibet probat auditus: sed oporteret quod aut per viam sensus probaret nobis quod sic est ut dicit per inductionem: aut per viam intellectus afferat causam per quam demonstraret nobis propter quod sic est ut dicit. Nec autem que posita sunt. scilicet amicitia et liti sunt non cause: amicitie enim et inimicitie esse: et diffinitio non est in hoc quod congregant vel disgregant res nature in vniuerso. Sed amicitie quod est congregare quodam: et inimicitie est dispergere quedam. Si enim sic determinatur et diffinitur amicitia et liti: quod vtraque est in parte entis: et non in vniuerso: tunc oporteret. Empedocle. dixisse que entia congregantur per amicitiam: et que dispergantur per inimicitiam: et vtrum rationabilia vel irrationabilia: vel aiata vel inanimata. Ut demas enim amicitiam non esse nisi rationabilia. Amicitia enim proprie loquendo hic apud nos est id quod congregat boves: et liti qua fugiunt inimici adinuenit: et quod est in hominibus supportum etiam in toto vniuerso sibi esse: eo quod in quibusdam entibus sic est ut diximus: quia in hominibus sic est inuenimus: et ideo Empedocle. oportuit assignare causas: qualiter sic fiet in toto vniuerso.

Et similiter quod dicitur tempus motus et tempus quietis esse eque indigebat ratione: quia nos videmus: quod tempus amicitie in hominibus non necessario equat tempus liti. Vnde autem loquendo contra Anaxagora. contra Empedocle. non recte se habet opinari quod ista dicta sunt principia quorum non oportet querere rationes: ideo quia in omni tempore aut sic est quod est motus: aut sic est quod est quies: in quo etiam Democritus dicit causas de natura. Democritus enim dicit inane et atomos causas esse rerum naturalium: contra Anaxagora. et Empedocle. dicit in hoc: quod non oportet querere causas quare atomi aggregantur et non separantur in eo quod est inane: quia principia dicit causas non esse querendas: sed dicebat quod prius finis nature principia sic factus est. Suis autem quod est semper et perpetuum non laicit quod quereret aliqua causa. In hoc autem quod dicitur isti philosophi: quod eius quod est semper siue perpetuum non debent queri cause: in quibusdam est rectum et verum: in quibusdam autem neque rectum neque verum. Conclusiones enim mathematice perpetue sunt: et semper habent causas: sicut quod triangulus rectilineus habet tres angulos equales duobus rectis. Multius enim perpetuitatis est alia causa per quam demonstratur: sed perpetuum que sunt principia prima ad que non habetur via demonstrationis non est alia causa: quia si omnis rei esset alia causa: tunc iretur in infinitum in causis. Hoc autem quod isti dicunt non est tale quod non habeat causam ante se: et ideo male fecerunt non dicens causam. Est autem hic aduertendum quod in Anaxagora. dicitur intellectum agentem facere motum: tamen dicit illud mouere per naturam: et non per voluntatem: et ideo nullam assignare potuit causam quare aliquando mouerit: et non semper. Nos autem inferius ponemus quod mouet ex voluntate eterne: et ideo dictum nostrum verificabitur a dicto Anaxagora. Dicit et Anaxagora. quod tempus infinitum fuerit ante motum: et nostra positio est ut patet ex phibitis: quod nullum tempus fuit ante motum sed tempus eternitas: et ideo iterum quo ad hoc inducta contra Anaxagora. nihil facient contra nostram positionem. Sint igitur hec et tanta dicta ad probationem eius: quod nullum tempus erat ante motum in quo nullus motus erat neque aliquod tempus in futuro erit in quo nullus futurus sit motus.

Documenta

De rationibus quorundam sophisticis phantus motum semper fuisse finis omne tempus.



Nunc autem Tempus est vt inducamus rationes aliquas quorundam philosophorum qui dixerunt motum non semper fuisse in preterito: neque semper futurum esse finis omne tempus: et hoc quidem non erit difficile soluere. Ut videbitur autem ex huiusmodi qualia inducimus hic considerantibus motum aliquando esse: cum non semper fuerit finis omne preteritum et futurum aliquando cum non semper futurum sit finis omne futurum. Primum autem illorum: quia sicut diximus in fine sexti physicorum: quod neque vna aliqua finis numerum est perpetua mutatio. Omnis enim mutatio apta nata est pedere ex quo dam finito in quodam finitum: quare necesse est omnis mutationis esse terminum terminatum. Contraria enim in quibus sit ipsa mutatio sunt fines eius. Et si forte dicatur: quod hoc non tenet nisi in mutatione ad formas que est inter ea que vere sunt contraria: et non tenet in motu finis locum quod sibi contraria non adeo sunt determinata: sicut determinate sunt forme contrarie: tunc ad minus probabitur finita esse mutatio finis loci: sicut probatum est in fine sexti physicorum: quia per hoc quod nullum mobile omnino mouetur in infinitum quod nisi potest fieri: quod nunquam potest incipi fieri. Infinitum autem nunquam incipit fieri: ergo nihil mouetur localiter ad id quod distat in infinitum. Si autem omnem motum sic esse finitum: et finitus motus sit in tempore finito: sicut probatum est in 6. physicorum superius: videbitur tunc: quod nulla mutatio semper fuerit: et semper fore futura sit. Et hec est ratio prima. Secunda autem ratio inducitur contra hoc quod suppositum est et probatur in phibitis rationibus: quod scilicet quando motus incipit de nouo quod razer parte mouentis que ex parte eius quod mouetur necesse est alium motum prius fuisse: videtur enim hoc non sequi. Videmus enim quod possibile est moueri de nouo quod neque mouetur: neque habet in seipso aliquem motum antequam hoc incipit moueri finis aliquem motum: sicut in animalis: quorum neque prius aliqua: neque torum prius mouebatur: sed videmus quod modo in toto tam finis partes finis motus quiescens contingit aliquando post hoc moueri: sicut ver-

L. 2. co. 16.

L. 2. co. 17.

tantum ipsum: et ille indigente mouent phantasia et appetitum animalis: et ille appetitus mouet vterius aial: vt mo-
 ueat fm locuz: ideo quo ad hoc qz qz falsuz est: qz talia no-
 habent motorem extrinsecum qui moueat ea. **P**roponet au-
 tem animal ab aere continente ipm in quo sunt omnes qua-
 litates corporum celestium: et aliozum circū dantuz anima-
 lia: ideo aer sic alteratur alterat corpora animalium: et ille
 alterationes mouent appetitū in animalibus: et intellectum
 practicum in hominibus: sed veruz est: qz motus illius quo
 mouetur animal a calore naturali: vel a circū dante aere nō
 est causa ipsum animal: sed potius motū causa: quare nō
 nens vel aer est causa motus illius: sed tamen animal cum
 est motuz illo motu: tunc vterius mouetur ab appetitu ad
 motum pcessiuuz fm locū. Non enī dīcimus qz animal mo-
 ueat seipsum motore intrinsecu sibi fm oēm motum: s; nō
 fm motum: qui est fm locum: ergo nihil pphibet cū dīcimus
 animal moueri a seipso fm locuz: quin moueat multis mo-
 ribus ab extrinsecu circū dante: qui nō sunt fm locuz: et hoc
 forte est necessarium: et tūc illi motus motū causa: quare nō
 ueatur fm locum. **M**orum autem motuz quibus mouetur
 animal quosdam qdem necessariuz est aut intellectum in ho-
 minibus: aut appetitū in aialibus alijs mouere. Intellectus
 autē et appetitus sic moti mouent totū aial motū pcessiuo
 fm locum: et talis duplex motus marie cōuenit circa somnū
 et vigiliam: qz somnū pfectissimū quiete est: quā pot habere
 animal: et vigilia pfectissimū motus. **S**onus enim est
 est neq vnus motus in situ aial sensibills: qz a nulla poten-
 tiarū sensibillium mouet in somno: eo qz tunc naturales vi-
 res intendit et operantur in loco digestiois circa cibuz:
 a quo cibo resolutus vapor reflectitur et humectat membra
 vnde sensus ostendit et motus sicut cerebrū et cor: et tunc imo-
 bilizat omnes sensus et virtutes mouentes: et ab illo sur-
 gunt aialia vigilantia iterum: cū digeratur humidū illud et
 redit ad cor: et cerebrū calor naturalis: et expandatur in orga-
 nis sensus et motus: et hec est vigilia animalium. Sed tamē
 manifestum quidē erit de his in posterioribus libris natu-
 raruz vbi loquemur de somno et vigilia. **S**i autē alijs obij-
 ctiens dicat: qz nos videmus boies aliquādo se mouere: ita
 qz nihil exterior moueat eos: sicut si alijs moueat nō erit
 digentia: sed vadat vt ostēdat se posse ire: et nō ideo qz que-
 rat aliqd in loco ad quē vadit. **D**icemus ad hoc: qz possi-
 bile est intelligere qz motus localis aialis fiat sine cōceptione
 aliqz: qz nōq fit motus nisi nōtatione alia facta a conce-
 ptu: ideo motus nouus erigit cōceptū nouū: sic mouetur et
 disponit concipiens virtus anteq moueat. **C**oncipere enī
 hoc qz alijs velle ostendere se posse ambulare est aliqd mo-
 ueri et extrinsecuz concipere: et sic ex omnibus his colligitur
 qz nōq fieret motus vnus nisi poneret motus perpetuus:
 non nouus qui est causa mouens oium motuum nouoz:
 et sic ad hoc redit: qz stat nostra disputatio prima de perpe-
 tuitate motus. Sed aduertēdum est qz si nos ponamus in-
 tellectum perpetuū eē in suis intellectis hic sine mutatione
 pot esse causa motus noui sicut in sequētibz ostēdemus.

Cap. 11. Et est digressio declarans dicta p̄ philosophoz
 in somno: et eas precipue rationes que inducuntur pro opi-
 nione Aristo.



Aia autem perfecte nō dīmus tra-
 dere hoc qd sentim⁹ de
 mā ista volumus sūma-
 tim tangere snias p̄ hoc circa materiā istam.
 Non enim opz certificare de his cum qbz po-
 steriores nō confenserunt: fuit ergo snia Epi-
 curi fm qz Alexan. tradit circa mā istaz hoc qd dicit Em-
 pedo. qz sine rōne necessitatis: alia per litem et amicitiam
 que per similitudinē metaphozicas adberet reb⁹: aliqñ res
 vel vnū vel particulariter cōgregant: et per litem natura-
 lem vnū vel particulariter dispergant: et tūc fit generatio
 vel corruptio: vel vnū vel particulariter. **T**ēpus autē con-
 gregationis et segregatiōis et tps quietis a cōgregatiōe et se-
 gregatione casuz et fortune subijctur: et hec est snia Epicu-
 ri: precipue in celo: qz deuz dicebat Empedo. qz illud preci-
 pue dicebat casuz subiacere: eo qz nullam in eo inuenit con-
 gregationē et segregationem: et ideo deum istū dicebat igno-
 rare discordiā: sicut habetur in libro p̄mo de aia quē scripsit

Aristo. videbat enī in celo quādam esse stellam: et quēdam et
 cūlī: et quēdam alia ad alias formas terminata: et cū ignora-
 rent qd esset terminator: materie celi ad tales formas: dixit
 qz casuz oia talia ad tales formas determinata sunt: hoc er-
 go sic dicens dicit mā eternā esse: et precipue in ea motū et
 quietem tēpore casuali per litē et amicitiam sub orbe lune: s;
 celum nō esse perpetuum et formatum taliter: quo eductur de po-
 tentia ad actū: et illius mot⁹ necessario erit aliqz motor: sic
 ibitur in infinitum: qz semp motor: et motus erunt aut moto-
 rem et motum p̄muz: ideo post istū venit Anax. et dixit ma-
 teriā esse eternā: sicut et Epicurus: sed cū Epicurus ne-
 garet p̄ncipia sp̄alia mouentia et poneret casuz alia corpora:
 illa emendauit tibi opinione Anax. et posuit intellect⁹ agen-
 tem: cuius operatio ad res nature est: sicut intellect⁹ artifi-
 cis ad artificiatā: et dixit etiā materiā esse eternā: et vnā esse
 materiā corporaliuz et incorporaliuz: et ideo celum ex mixtura
 homogeneoz esse generatū: et post tps aliqz etiā destruz:
 et tēpus dixit adberere nature mirri illi⁹ sicut subiecto: et id
 dixit et tēpus esse eternū. **I**ntellectum autē determinatū tē-
 pore: et semp moueri p̄pter seipm: qz p̄ncipiū est: et sue actio-
 nis nō eē causam querēdam: nec tamē qz hoc mutari intel-
 lectū de potentia ad actum: et aliquādo mouet: et aliqñ non
 mouet: qz hoc nō fit ex diuersa dispōne intellectus ad id qd
 mouet: sed ex diuersa dispōne materie mirri ad intellectuz:
 sicut sol semp qdē illuminat: nō tū semp id qd sub ipso est
 illuminat: sed aliquādo nō: nescitue dicere rōnem nisi ca-
 cūpiat lumen solis: cū autē habet aliqz obstaculū sedueniēs:
 tunc nō illuminat. **E**t si querat ab Anax. qd factū mā
 multipliciter sic diuersimode disponi vt aliqñ recipiat mo-
 tū ab intellectu: et aliquādo nō: nescitue dicere rōnem nisi ca-
 sum et fortunā: sicut et Empedo. in tanto cōuenit Anax. cū
 Empedo. sicut supra habuim⁹ est. **P**ost hos venit sentētia
 de inani et atomis que in oibus conueniunt euz Empe. nō
 si qz ille dixit materiā esse mixtam et quatuor. **I**sti autē ar-
 mos: et ille dixit concanū celi plenum eē mixto: et illi ex multa
 parte vacuū. **E**t qz ille dixit motuz sepe incipere et desinere.
Illi autē dicebant motum semp esse et fuisse: et tēpus et ma-
 teriam esse eternā: et nunq̄ incipisse: sed mouentia p̄nci-
 pia dixerunt esse discordiā et amicitia: sicut et Empedo. **E**x
 omnibus his necessario concludit ex dictis supra inductis:
 qz si motus incipit euz tēpus ante sit: absqz dubio mot⁹ erit
 ante primum motum: et hoc est incoūueniens. **P**ost hos au-
 tem venit Plato et Socrates et Leucippus et alijs quidā pre-
 cipit vironū de secta Stoicor et Pythagoricorū oēs isti in
 multis sequebant: eo qz Pythagoraz tota laudabat antiq-
 tas p̄boruz: et isti sp̄iales substantias dixerunt esse datores
 oium formaruz et motorez materie: et vt sp̄ialibus substan-
 tijs darent subiectū: et habitatiōnem: dixerunt qz ille virtu-
 tes que intelligentie a quibusdaz vel dijs vocantur a p̄ma cā
 create sunt cum celo: et tempus incipit cum celo: eo qz celum
 simul productum et motum est: et tēpus est numerus loci mu-
 tationis. **A**īam autē dixerunt esse eternā et subiectam mo-
 toribus dijs: eo qz p̄ma causa semētem oium formaruz tra-
 didit ei: sicut intellectus artificis semētem habet formaruz
 rerum: que sunt ex artificio. **E**t per motum celi p̄ma causa
 fecit mouere deos sive intelligentias materias: vt preparē
 ad recipiēdum formam: cuius semen est apud aliqū mo-
 torem orbis: quē aliquem deorum vel intelligentiam voca-
 nerunt. **D**ixerunt autem hij celuz et motorez nō esse eiusdē
 materie cum elementis: qz materia fm genus distingui ha-
 ber per potentiam ad motum. **C**uz igitur sicut dicit Aristo.
 in libro primo p̄hic: celum igitur qd mouetur circa mediuz:
 et elementa que mouentur recte non sunt eiusdē materie:
 et ideo celum et motorez dixerunt non esse ex materia p̄la-
 centi sed ex nihilo: sed alia fieri ex materia p̄tacenti. **S**ed
 ex his autem cum dicant materiam ab eterno fuisse: neces-
 sario iterum erit conclusio: quia s. materia non mouet mo-
 do euz ante non moueretur nisi aliquo modo disposita: sic
 motus erit ante primum motum. **C**oncluditur iterum his
 ex hoc: qz cum mobile sit materia et mouens p̄ma causa: et

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Epilo dicit

Physicorum

utrum sit eternum qd non habent assignare rationem: quare non semper mouit deus materiam per creationem: celli cur modo facti. Vanitas enim est dicere: qd hoc fuit sine causa: qd si in operibus nature vanum nihil sit: cum opera dei magis debeant esse perfecta qd opera nature: multo magis in operibus diuinis nihil vanum fieri potest. Hanc autem sententiam Platone tota accipit schola Stoicorum. Sicut autem omnes iste opinioniones false et ab Aristotele improbate in physicis: et adhuc in prima philosophia improbabuntur. Post omnes autem hos principia philosophorum: surrexit Aristoteles incipientes sectam Peripateticorum: hec omnia improbat: et dicens neque motum neque mundum inceptisse unquam in tempore aliquo preterito: et nunquam ipsi esse destitutum in tempore aliquo futuro: cuius rationes huiusmodi deliter posuerimus in philosophia: tamen adhuc volumus redire: et summam ponere rationes quibus a posterioribus Peripateticis hec opinio est probata: et sunt in vniuerso: 7. collate a Theophrasto in deo: que in diuersis locis librorum Aristotelis colliguntur. Prima autem ista et posterior inter omnes est illa que philosophia capitulis istis tractatus est inducta et explanata: qd si motus inceptit: et tunc incipit per motum et motorem qui fecit nouum motum postquam non fuit: et fundatur super hoc: qd omnis motus qui de nouo incipit in eo quod ab alio mouetur: et in eo quod a se mouetur incipit per motum quemdam alium qui precedit ipsum: et sic ibitur in infinitum in motoribus et motibus nisi ponatur aliqua motus qui nihil inceptit etiam in aliquo tempore preterito. Et hoc idem probauit Aristoteles per rationem temporis: quia si dicatur inceptisse tunc ante hoc non fuit: sed cum dico ante hoc et post dico tunc tempus: ergo tempus fuit ante motum in ceptionem: et cuius omne tempus sit passio quaedam motus: oportebit motum esse ante in ceptionem motus: et sic iterum ibitur in infinitum: nisi ponatur primus motus in nullo unquam tempore inceptisse. Secunda autem habetur ex hoc quod Aristoteles dicit ante finem primi physicorum: et nos etiam supra in primo nostro libro de auditu physico posuimus qd materia est ingenerabilis et incorruptibilis: quoniam si generaretur tunc oporteret qd generaretur ex materia: et sic materia esset materia: et hoc iterum in infinitum: et eadem ratione probatur hoc si corrumpere. Adhuc autem si generaretur materia in eadem materia: oporteret qd materia generata haberet formam materie esse materie: quia ratio generationis huiusmodi veritatem est acceptio forme que dat generato esse huiusmodi quod est generatus: et hec omnia sunt impossibilia ad omnem hominem habentem intellectum sanum in philosophia. Si autem materia est incorruptibilis et ingenerata: ipsa nunquam incipit in aliquo tempore preterito: et sic est eterna. In vanum autem esset materia eterna que posset moueri nisi esset motus quo mouetur: et motor eius eternus: et cum vanum non sit in operibus dei vel nature: oportuit qd motus celli qui mouet materiam: et motores eius sint eterni: et hec secunda ratio non est propria Aristotele: sed etiam est aliorum philosophorum: sed prima est ratio sua. Tertia autem ratio colligitur ex his que dixit Anaxagoras in primo de celo et mundo: qd si quicquid nunquam subiacerit corruptioni nunquam fuit generatum: cum omne generabile sit corruptibile: et quod non est corruptibile non sit etiam generabile: sed id quod nullum habet contrarium nunquam subiacerit corruptioni: ergo quod nullum habet contrarium nullo modo erit generabile. Celum autem nullum habet contrarium: ergo celum est ingenerabile: et quod est ingenerabile est perpetuum: ergo celum est perpetuum: et similiter motus eius et motor: et sic iterum videtur sequi mundum fuisse eternum: vel ab eterno: quia existente causa existit effectus: et cum motus celli sit causa generationis perpetue: et huius corruptionis super materiam que perpetua est: videtur ergo qd mundus semper steterit sicut monstrat. Quarta ratio que etiam fortis valde visa est multis Peripateticorum: fuit qd propositio per se manifesta qd omne illud quod incipit in tempore aliquo illius possibilitas precedit suum fieri tempore. Si ergo mundus inceptit in tempore: oportuit qd sua possibilitas precessit mundum tempore. Non autem potest dici: qd fuerit necessitas existendi mundum: quia omne quod sit antequam fiat possibile est fieri: et non necessarium: nec potest dici: qd fuerit impossibile mundum fieri antequam mundus fieret. Queratur igitur in quo sicut in subiecto fuerit illa possibilitas: constat qd non nisi in natura mundi que est cum tempore: quod autem sic est cum materia: id igitur

corpore moto quod extrahat ipsum de potentia ad actum: ergo si mundum fuerunt corpora mota educta ista corpora ista mundum de potentia ad actum: et contra hoc est descriptio que non potest intelligi. Fuit autem quidam ex defendentibus qd mundus inceptit nomine Algazelus qui dixit se soluisse hanc rationem per hoc quod dixit verum esse qd omne quod de nouo incipit est in potentia antequam inceptit: sed non necessario est in potentia cause materialis: sed in potentia cause efficientis: et sic potentia que potuit esse mundum antequam fieret fuit in deo benedicto mundi creatore: sed iste decepit seipsum: quia argumentatio precedit de potentia cause materialis: et de hac verum est qd omne quod incipit de nouo est ante tempus in potentia cause materialis: et ideo solutioni illi ego non consentio: sed insertus alia ratio solutionem inducere. Iste autem sunt rationes que precipue sunt antiquorum Peripateticorum: quibus potissime inueniuntur. Posterioriores autem inueniunt alias quatuor quas his addiderunt: quibus tres ponit Theophrastus egyptius: et una eis addit ab Averro corinthense in commento libri physicorum Aristotele. Unde quinta ratio est: qd si datur creator fecisse mundum: ita qd ipse fuerit ante mundum non creans ipsum tunc absque dubio fuit non creans mundum: ergo de non creante factus est creans actus: ergo mutat: est: nec in ipso potentia qd ipse aliquid fiat: omne enim tale agens indiget alio quod semper agit qd extrahat ipsum de potentia ad actum: quod est absurditas magna. Sexta ratio est: qd omne agens quod agit in una hora et non in alia habet impedimenta in opere vel excitantia ipsum ad opus: et impedimenta quidem sublati vel erant antibus positio in ipso tunc agit: quia remotio impedimenti dat operandi facultatem: et collatio excitatio dat ei voluntatem ad operandum: sicut supra induimus et philosophia primus de omni: eo quod agit actione nouam: sive sit non aiatus: sive aiatus: ergo si non habeat primam talia impedimenta et excitantia non ager actione nouam: sed cum sit creator eternus erit actio eius eterna: quia actio est substantia sua vel comitas substantiam: quia aliter non est agens primus: ergo ipse semper et perpetue agit: ergo mundum qui est actus ab ipso fuit semper. Septima ratio: que fundatur super hoc qd sua actio necessario est perfectissimo modo quo fieri potest: ita qd nihil vanum vel frustra sit in ipsa. Si autem expectasset facere mundum hoc esset vanum: cuius a principio potens et sapiens fuerit ad mundi facturam: quia sua sapientia eterna est: sicut et sua substantia: et ab eterno fuit mundus. Octava autem est que fundatur super propositionem quadam que in sequentibus philosophia: qd si omnis motor exteriori rei habet alium motorem ante se quo mouetur: et moueat: probabitur autem in sequentibus: qd omne quod de nouo sit habet extra se motorem ad esse. Cuius igitur mundus sit habebit extra motorem mouentem ad esse mundi: ergo et ille habebit extra se alium quo ille moueatur: et moueat: ergo si prima causa fecit mundum: prima causa habebit extra se motorem: qui mouet ipsum ad mundi facturam: quod est absurdum nimis estimare: ergo mundus non est factus: hec ergo sunt fere que dicunt antiqui in probatione eternitatis mundi: que ideo diligenter sunt collecta ut videamus utrum demonstrationes sunt necessario concludentes: vel sunt rationes probabiles: que huiusmodi in multis teneant: non tamen habent contrarias ostendentes earum falsitatem.

Capitulum 12. Et est digressio declarans rationes philosophicas aliquorum obficientium contra motus eternitatem.

At attendendum: qd fuerunt qui dixerunt qd philosophia contra dicentes ante nos: et dixerunt qd demonstrationes attulerunt in eorum contradictione ser: quarum duas reputauerunt ducentes ad impossibile: alias autem quatuor probabiles. Prima autem suarum demonstrationum est: quia notum est ex omnibus que in tertio dicta sunt qd infinitum non potest esse actu: sive sit in finitum huiusmodi ambo vltima: et sic infinitum esse concedat: tunc nihil erit per ipsum decurretem peruenire ad aliquam eius partem: eo qd ante quamlibet sunt partes infinite ex parte illa qua est in finitum. Dicunt ergo qd si duratio mundi fuerit ab eterno: tunc est infinita huiusmodi tempore preterito: ergo recipiet reuolutiones celli et dies seculi non est possibile ad ista in qua sumus peruenire: eo qd ante eas sunt reuolutiones et dies infiniti: falsum autem est: qd non sit venire ad ista dies: non fuerit reuolutiones infinite: nec dies:

Opio Aristoteles et eius ratio...

Prima ratio et posterior iter omnes.

2^a ratio

3^a ratio

4^a ratio

Solo Algazelus...

Prima ratio posteriorum.

3. ph. l. c. 40. et infra.

Physicorum

dicitur: quod si tot ante fuerisset mundus quot grana milij possent fa-
 cere i peccatore circumferentie primi celi: vel et tot milibus annorum
 eadem posset esse quod quod quod quod quod quod quod quod quod quod
 pbabitur. Res dicitur quod non dicitur ad hoc: quod deus non potest
 tpe: sed eternitate: quod tpe nullum fuit ante mundum: neque materia:
 sed cum materia et celo et celi motu inceptum tempus eo modo
 quo superius explanauimus. Dependet autem scientia materiae
 pbentis a scientia alterius quod est verum per necessitate
 eam nature sunt entia creata a prima causa vel per electio-
 nem voluntatis: et illud sciri non potest nisi per primam pbiam:
 sed quod alteram partem oēs supponunt peripatetici et Ari-
 stoteles: probat quod per voluntatem et scientiam producit prima cau-
 sa res: et ideo hic supponimus accipientes cum hoc ppositio-
 ne in precedentibus pbaturam: quod omne quod agit per volun-
 tatem et scientiam libere est ad agendum si vult et ad dimitten-
 dum actionem si vult. Et similiter liberum est ad agendum
 hoc modo vel illo: quocumque modo voluerit dummodo volun-
 tas eius et scientia sit causa ad causandum: et hoc quidem iam
 in pbabitur ex verbis Aristotelis. Cuius est suppositio
 tis dico: quod deus ex nihilo fecit mundum: quod fecit mobile et pri-
 mum motum et materiam primam et incorporauit ei omnium
 generabilium formas: et fecit ut ille per generationem continuam
 ex ipsa produceret. Actus autem prime cause qui est creatio in
 nullo erat subiecto: quod nec proprie loquendo actio est: sed po-
 tius fuit demonstratio rei in esse: postquam oino nihil fuit in
 impertum sue voluntatis: et scientie sue operative intentione
 nem. Cuius autem rationes inducimus: sed nos oportet presertim
 quod nos abhorremus rationes aliquorum qui se iactant pbasse quod
 nullo modo pbauerant: et dicunt quod fortioris agentis est et
 perfectioris est modus operationis. Et autem prima causa
 perfectissimum agens: ergo habet perfectissimum modum
 actionis: sed modus perfectioris agendi est agere sine subie-
 cta materia quod cum materia subiecta: ergo causa prima agit
 materia non subiecta. Sed materia non subiecta non potest esse genera-
 tio: ergo non agit per generationem: sed potius per educationem
 entis de privatione pura sine negatione que est nihil oino:
 et sic agit de nihilo existentia: et sic creat: quod creare est de nihilo
 aliquid facere. Ita enim non de facili refellitur dicendo: quod hoc
 non est in potentia prime cause si non facit ea que impossibile est
 fieri: sicut si non facit contradictoria simul vera: vel contraria
 simul esse vera in eodem: et sic posset etiam dici quod non agit ex
 subiecta materia: quod hoc fieri non potest: et hoc non dicitur in
 potentia in causam primam: sed potius in subiecta materia et re fa-
 cta: que alium modum facture quam illum qui nunc est sustine-
 re non potest. Omissis igitur his dicimus ad pbandum nostram
 intentionem quam posuimus in principio istius capituli: quod
 omne compositum quod est terminatum et perfectum per formam pfe-
 ctioris et terminatoris suam in forma illa habet esse extra se.
 Illius autem pbatio est in oibus elementis et elementatis: et
 in elementatis quidem constat: quod perfectior et terminator reus co-
 positus ex materia et forma est generans ipsa: eo quod generans produ-
 cit id quod generat in similitudine forme et substantie. In ele-
 mentatis etiam constat: quod forme elementorum sunt quod tradit Aristoteles
 et Platonem et nos pbabimus in libro Meteororum: et in prima
 pbia ab orbis virtutibus sunt et a loco: tanta enim distantia
 ab orbis facit hoc ignem: et alia distantia facit aliud aerem: et si
 militer de aqua et de terra. Similiter autem est de oibus celi et stel-
 lis: ille enim oēs sunt compositae ex materia et forma sicut et oēs corpore:
 oportet ergo necessarium quod id quod terminat ea ad minus sicut nam
 sit ante ea et extra ea: et non potest aliquis dicere: quod talia non sunt
 formata et terminata: et oēs compositae aliquam habeat cau-
 sam sue compositionis: quod compositum illud autem est prima cau-
 sa: aut a prima causa: aut ab aliquo quod est a causa prima p
 vnum medium vel per plura: et constat quod ipsum non est causa
 prima: quod prima causa est simplex: et non composita. Si autem des-
 quod est a causa prima: vel ab aliquo quod est a causa prima: tunc
 sequitur quod habet extra se causam terminantem et copientem
 que precedit ipsum tempore et natura: vel natura sola hoc habito pce-
 do ulterius inquirendo causam ois diuersitatis que est in
 orbis tam in substantia quam in motibus. A ideo enim quod est in
 orbis stella: et quod est in orbis circulus: et est in orbis id quod mo-
 uetur motu unico: et est in orbis quod mouetur motibus plu-
 ribus vno: et est in orbis varium: et est in orbis corpus vni-
 forme per totum: sicut nos probabimus in 2^o libro de celo et

mundo: et est in orbis stans et non motum nisi per accidens
 ut stella: et est in orbis motum sicut circulus deferens stel-
 lam: et quero ego huius omnis diuersitatis causam. Si
 entis dicatur quod materie diuersitas est causa diuersitatis for-
 me: erit multipliciter inconueniens et sufficiens ad hoc in
 presenti inconuenientia tria. Quorum vnum est commu-
 ne omnibus pbabitur: quod in eis diuersitas materie est ex
 diuersitate forme potius quam e conuerso: eo quod nihil diuersifi-
 cat materiam nisi quod perficit et terminat eam: nihil autem per-
 ficere et terminare materiam nisi forma. Aliud autem est quod si
 diuersitas materie esset causa diuersitatis forme: oporteret
 quod adhuc esset aliqua causa diuersitatis materie: et ideo ite-
 ratur illud esset ante materiam celorum: quod faciens diuersitatem in
 aliquo per naturam est ante illud in quo fit illa diuersitas: et
 illud iterum esset idem: aut diuersum. Et si esset idem eod-
 dem modo se habens non posset facere aliam diuersitatem:
 ppositio per se nota est in quam consentit Aristoteles et omnes
 peripatetici quod ab vno simplici non est nisi vnum simplex.
 Et igitur inconueniens quod diuersitas forme perueniat ex
 diuersitate materie in celi et celestibus corporibus. Tertium
 autem inconueniens est quod sequitur ex illo quod oporteret in
 celo esse qualitates actiue et passiones que materiam cell
 diuersificarent ad hoc quod vna pars eius susciperet formam
 stelle: et alia non: et si hoc esset: tunc etiam eedem qualitates
 alterarent materiam ad transmutat ionem de forma in for-
 mam: et sic celum esset generabile et corruptibile quod absurdum
 est: et improbatum in primo de celo et mundo. Non igitur re-
 stat aliquid dicendum nisi quod compositum totum corpus in
 forma et materia ab aliquo quod est causa sui producitur sit in to-
 ta illa diuersitate quam videmus in ipso: et sic ideo non ge-
 nerabile et non corruptibile: quod elongatur est a contrariis: si-
 cut etiam absque dubio dicit Aristoteles in pluribus locis: et nos
 subtiliter hoc in celo et mundo pponimus inuestigare. Cuius
 autem quero vtrum elementum ab illa sui causa que
 producit ipsum iam pbaturam est producat sicut a causa age-
 te per naturam et necessitate: sicut calor producitur ab igne:
 aut figura in speculo a luce et obiecto speculo: aut producit ab
 ipse per scientiam et voluntatem et electionem. Si autem dicitur
 quod producitur sicut a natura et per modum necessitatis: sicut ve-
 stigium in puluere a pede: tunc illa natura est forma agen-
 tis: et cum illa sit vnica: tunc non producit nisi vnica sicut an-
 te pbaturam est. Nos autem in orbis magnas videmus diuer-
 sitatem. Si autem dicatur quod producitur in esse per electionem et
 voluntatem: tunc possibile erit quod sint in magna diuersitate
 per illam ppositionem quam ante pbaturam sumimus: quod agens
 per voluntatem libere est agere actiones diuersas: et sic cau-
 sa diuersitatis orbis non erit nisi sapientia preordinans et p
 constituens sicut idealem rationem diuersitatem orbis. Cum
 autem producat in forma et materia: vel ante pbaturam est: constat
 quod non producit ex alia materia que sit ante materiam orbis:
 nec ex alia forma: nec ex alio composito: quod oporteret quod hoc
 trer in infinitum: cum eadem ratione illam materiam et formam
 produceret ex materia et forma: vel ex vtroque: ergo producit ex
 nihilo: hoc autem nos vocamus creationem: ergo ex nihilo crea-
 tus est orbis et per eandem rationem alia sunt educta de nihilo:
 et scilicet materia prima. Cuius habito videamus vtrius
 natura sui vel natura et duratione eternitatis prima causa
 sit ante mundi facturam: et dicamus quod duorum quorum alterum
 nec in substantia: nec in actu mutabile est: et alter in actu est
 mutabile et non in substantia: non est mensura vna: sicut p
 bantur in 4^o libro tractatu de eternitate. Sed prima cau-
 sa nec in substantia nec actu mutabilis est: celum autem actu
 et non substantia: ergo non mensuratur mensura vna. Quod igitur
 eternitas sit mensura dei et celi sicut quod mouet: mensura est te-
 pus: ut in 4^o pbaturam est: deus erit eternus et mundus tempora-
 lis. Eternitas autem preterit tempus: ut causa causatum: ergo deus eter-
 nitate preterit mundum: et hoc est quod volumus pbare. Cuius
 plus quam doctus duo sic se habent ad invicem: quod vnum trahi
 natura precedit alterum: tunc primum est aliqua natura sequen-
 tis: et intrat in ipsius substantiam: sed prima causa non est alia
 natura componibilis cum alius creati substantia: sicut
 per se patet et dicitur in 1^o libro: quod primum regit res omnes preterit
 comitatur cum eis: ergo prima causa non est solum ordinat
 ue nature precedens sua creata: sed etiam esse et duratione.

vbi dicitur
 quod dicitur

**Creatio ex ni-
 hilo est et ppe
 actio dici non
 potest.**

**2^o similis ista
 et dicitur 2^o.
 8. pp. c. 4.**

Nota quod di-
 uersitas mae
 non potest esse
 causa diuersitatis
 forme: vide p
 mo de aia co.
 53. et 2^o d aia
 c. 60. et 2^o pp.
 commento. 87.

**In fine pmo
 de celo.**

**In na trsi an
 na et duratioe
 eternitatis p
 ma ca sit ante
 mundi facturam**

Physicorum

Pro hoc si
damus vide
2^o de gnōne
et corruptioe. t.
c. 56. Et vide
Auer. 12. me-
ta. cō. 44. 3.

ipse Aristo. q̄ absq̄ dubio mundus procedit a prima cau-
sa per intellectum et voluntatem: sed dicunt: q̄ procedit per
modum necessitatis. Dicunt enim qd̄ notus est per se q̄ ab
vno primo non procedit nisi vnum: et ideo dicunt q̄ a prima
causa procedit intelligentia que est fm̄ nature ordinem cau-
satum primum: h̄ enim primum fm̄ rationem resolutionis
sit esse: tamen in his que sunt simpliciter et potentius est in
telligentia sue substantia intellectualis: que quia intelli-
git se et suus intellectus qui reflectitur super se composita est
per aliquem modum compositionis de quo non est hic de-
terminandum: propter quod in ipsa est quiddam per mo-
dum actus et quiddam per modum potentie: et ex parte po-
tentie quidem a prima causa: et a prima intelligentia proce-
dit causatum primum corpore qd̄ est celū vniuersale: et ex par-
te actus sui pcedit intelligentia scda sine scda ordinis. Adhuc
autē et a prima causa: cū prima intelligentia pcedit intelligentia
tertij ordinis et sui celū: et talis sit pcessus multiplicis prin-
cipij vsq̄ ad diuersitatem totā celoz: et sic creat ipsi diuersitatem
que est in celestibus oibus. Videtur enī q̄ nō possunt dice-
re q̄ distantia vnius celi ab alio aliquid faciat ad diuersita-
tem alioz celoz: sicut fit in elementis: et ideo reducūt ipsam
totam ad diuersitates intelligentiaz. Sed si hoc verū est
qd̄ dicitur: tūc fm̄ q̄ est descensus in celi debent esse corpora
ignobilia et magis multiplicata in motibus eo q̄ corp⁹ igno-
bile pluribus motibus mouet q̄ corpus nobile: sicut nos do-
cet Arist. in 2^o libro de celo et mūdo. Est autē ignobilis cor-
pus qd̄ plus distat a fonte primo nobilitatis: ergo inferiores
stelle et celi ignobiliores esse debēt: et pluriū motū: et hoc nō
est verū: q̄ sol qui multo inferior est alijs nobilissimū est in-
ter omnia corpora celestia: et celū solis pauciores habet mo-
tus q̄ celi saturni qd̄ tamē multo est altius. Adhuc autē
docet nos Arist. qualr̄ inuenitur q̄ elementa sunt de mate-
ria vna p duo documenta. Quoz vni est: q̄ vnius est mor⁹
in genere vnius materie. Quomōdo autē oia mouentur mori
recto qui est ascendere et descendere. Aliud autē est: q̄ elemē-
ta trāsmutant adinuticē: et hoc fm̄ q̄ creantur ex primo: nulla
enim trāsmutant nisi que mouentur in eodē spatio adinuticē:
et fm̄ hoc cū vnius motus in genere sit celestis quātū ad or-
bes: videt ipsoz esse mā vna: cū tñ nō trāsmutant adinuticē:
eo q̄ nō adinuticē mouentur: et ideo dicit Arist. q̄ quodlibet il-
loz corp⁹ est ex mā sua tota. Quero igit vtrū pcessus ille
qui dicitur esse hanc facit materie diuersitatem: videt q̄ non:
q̄ intelligente prime a quibus vt dicit pcedit et creantur or-
bes nō agūt nisi per intellectū opatiū: et hic nō diuersificat
corpora nisi per electionē operis vt vult: et hoc redit in idē
cū eo qd̄ nos dicimus: q̄ tūc mūdo a prima causa pcedit q̄
electionē et voluntatē: et differunt opiniones nostre in tñ: q̄
ipsi dicūt celos fluere a prima causa mediātibus intelligen-
tijs que sunt primo in ordine eoz que sunt. Nos autē dicit
mus q̄ absolute fluunt a prima causa fm̄ electionē sue volū-
tatis: et neutra horū opinionū pbari pōt nisi puaionibus p
habilitibus: h̄ autē intelligentia sit simplicior inter essentias: et
sit potētior: eo q̄ ambīt oia que sunt: eo q̄ oia que sunt itel-
lecta sunt eiusdem fm̄ aliquem modū: tñ nullus vnq̄ pb⁹
esse opatus est intelligēs nisi in orbibus: vel in stellis: et in
telligētias nō pcedere celos fm̄ esse: sed fm̄ rōnē solū: pro-
pter qd̄ cū nec orbis pcedat intelligentiā fm̄ esse: nec econ-
uerso intelligentia orbem: si pcedatur vtrūq̄ esse creatum:
ops q̄ vtrūq̄ eoz simul pcedat ab vna et eadē causa. Et hoc
dico verū esse: et addo: q̄ mā que diuidit in entibus tā celestibus
q̄ elementaribus pcedit ab eodē: et sic plane videt tota
intēto vtrūq̄ opinionis. Nos autē oia ista cū diligētī stu-
dio in prima pbilosophia tractabimus: et inquirēmus etias
exquisite vbi ponemus noia auctoz qui hec scripserūt: eo q̄
hic nō ponimus ista nisi vt factio: sit doctrina. De rōne at
qualr̄ mundus desinat nō facimus mentionē: q̄ bene pcedi-
mus: q̄ nō desinet per corruptionē physica: sed potius p vo-
luntatē creatis sicut incept. Sūt enim opiniones pb⁹ de
mundi duratione multiplices: eo q̄ quidam dicunt q̄ nec
incept nec desinet vnq̄. Quidam enim q̄ incept et non de-
sinet vnq̄. Et quidā q̄ sepe incept et sepe desinet sicut Em-
pedocles. Nostra autē fides est q̄ incept semel: et semel de-
sinit fm̄ aliquid: et non simpliciter: sicut als in theologicis
bz determinari. hec igit de mūdi inceptioe dicta sunt.

Incipit tractatus scds octauū librl̄ physicoz de inuestiga-
tione pprietatis motus fm̄ h̄siderationē primi motoz.
Cap. 5^o. Que tractatus intentio: et a quo principium est
considerationis: et q̄ nec omnia semper quiescūt: nec omnia
semper mouentur: nec alia semper quiescūt: nec alia sem-
per mouentur: ita q̄ nihil aliquando quiescat: et aliquan-
do moueatur.



Euertamur autēz nūc

Et queramus adhuc de his de quibus q̄
tum est prius: an. s. in aliquo tēpore preteri-
to factus sit motus: vel nō: et inuestigemus
per pditiones primi motoz a quo mouet
omne qd̄ mouet in nā: et a quo mouet omne
qd̄ mouet in nā. Oportet autē nos hanc inuestigationē inci-
pere ab his que mouent: vt per illa deueniamus in illa que
mouēt: eo q̄ illa que mouent sunt nobis notiora. Et isti
h̄siderationis principium incipiet a dicta superiorū dubita-
tione: que quesuit quare quedā eoz que sunt aliquādo mo-
uentur: et aliquādo quiescunt. Ab hac autē incipientes diuidi-
mus oia que sunt fm̄ q̄ ad motū et quietē possunt cōparari.
Dicimus igit: q̄ oia que sunt aut necessariū est semp̄ quie-
scere sicut dicit Zeno: aut necesse est omnia moueri sicut di-
xit Heraclitus. Aut necesse est alia moueri: et alia quiescere
sicut dicit Pitagoras: q̄ terra mouet: et celū quiescit. Et
iste tertius motus etiā diuersificat vterius: q̄ si quedam
mouentur: et quedam quiescūt: hoc pōt esse: aut ita q̄ ista que
mouentur mouentur semp̄: et illa que quiescunt quiescūt semp̄:
nihil entuz sit extra alter istoz duoz modoz: aut ita: q̄ oia
que sunt sint apra nata ad vtrūq̄. s. q̄ quiescāt et q̄ mouean-
tur: et aliqui quiescāt: et aliqui moueantur sicut dixerūt Anax. et
Empedo. aut remediū est ab his duobus. Et amplius est
iter diuidere entia sic. q̄ eoz que sunt alia sunt semp̄ mobi-
lia: et mora: et alia semp̄ imobilia: et nunq̄ mora: alia aliquan-
do mota: aliquādo quiescūt: et hoc solū vtrūq̄ mēbrū dictarū
diuisiois est verū. Et autē hoc melius appareat reducimus
totū hoc in septem modos entium qui postī sunt a diuersis
pbis: quoz vnus et primus est: q̄ oia semp̄ quiescūt: sicut di-
xit Zeno. Scds est q̄ oia semper moueantur: sicut dicit Hera-
clitus. Tertius est vt omnia moueantur quādoq̄: et quiescūt:
sicut dicit Anax. et Empedo. Quartus est vt oium rez quedāz
semp̄ quiescāt: et quedāz moueantur: sicut dicit Pitagoras.
Quintus est: vt quedā nō oia moueantur et quiescāt quādoq̄:
Sextus vt quedā quiescāt semp̄: et alia moueantur quādoq̄:
Septimus q̄ quāz. Septimus est vt inueniantur in entū diuersita-
te tres modi simul. s. q̄ quedā moueantur: et quedā quiescunt
semper: et quedā quiescāt quāz: et quāz moueantur quādoq̄.
Hec enim diuisio nobis etiā h̄sideranda est et psequēda: q̄
declaratio eius bz in se solutiones oīz dubitationū: et ideo
huius diuisiois declaratio pfecta est finis que intēdimus
psequi in hoc negocio huius librl̄: que physica auditu noīa
mus. Cū inueniamus igitur a primo istoz mēbroz: et dica-
mus: q̄ infirmitas intellectus in rebus nālibus est q̄ aliq̄
dicat: q̄ omnia que sunt quiescunt: et querat ad hoc rōnē in-
uenire: et dicat dimittendū esse sensum. Si enim aliquis bz
intellectū in aliqua scia: ille intellectus erit apud ipsūz notitia
que est habitus principioz ex quibus pcedere debet in scia
illa quā intendit tradere: principia autē vniuersalia stant ad
sensum et colliguntur per experimentalem cognitionem que
est in sensu accepta: sicut habet manifestari in principio pri-
me pbilosophie: et declaratum est in fine secundi posteriorū
rum analeticorum. Si ergo sensus dimittatur et reiciatur
nullum erit experimentum quare intellectus principiorum
est infirmus et nullus: et tamen hoc faciendum esse dixit Ze-
no. Sic enim dubitare de motu non est dubitabile de parte
aliqua sensibilibus: sed de toto: quia non modo conclusio-
nes physice non habebuntur: sed etias principia nulla erūt:
si sensus sit abiiciendus: nec ista dubitatio tñ est ad physica:
sed etiam ad destruedas omnes artes mechanicas: que
physica vt in secundo libro huius scientie diximus imitantur:
et etiam cōtra omnes opiniones de entibus: q̄si omnia
entia aut mouentur: aut referunt ad motum. Et si dubitetur
tunc ops q̄ omnia veniant in dubitationem: q̄ oīs scie me-

Nota in quo
sit dīa inter
opionē Aris-
t. et theologoz.

Ter. r. c. 2.

Ter. r. c. 22.

ebanice & alle vtuntur motu fm aliquem modū: si sunt scie
 de entibus fm q̄ sunt entia: qm̄ cum oia entia sint in rebus
 mobilibus: vel sint mota vel relata ad motum. Si dubitaf
 de motu dubitat de principijs motus: & sic dubitabitur de
 oibus entibus tam p̄physicis que vere mouent q̄ mathema
 ticis: que fm esse sunt in his que mouentur q̄ etiaz diuini
 que referunt ad motū: & p̄pter hoc nihil oino relinquat qui
 sic dubitat. Amplius aut̄ sicut in rōnibus doctrinabilib⁹
 que sunt mathematice nihil p̄tinet ad mathematicū tradī
 cere & refellere importunitates que sunt p̄tra principia: & sic
 hoc nō p̄tinet siml̄r ad aliquē artificē qui p̄siderat ens p̄tra
 etū ad materiā specialē: ita etīā nō p̄tinet ad nāle aliquid dī
 cere & refellere de eo qd̄ nunc dicit̄. s. q̄ nihil oino moueat.
 Est enim principij suppositū in p̄physicis: q̄ nā est principij
 motus: sicut dicit̄ in 2^o libro huius sciētie. P̄tinet igitur
 hoc inquisitū ex cōmunitate refellere ad logicā que ad oia
 methodoz principia viā h̄z: aut p̄ certitudinē p̄tinet hoc ad
 p̄m̄ primū: qui ex cōmunitate sui subiecti & suoz principio
 rū altaz sciaz principia h̄z probare & determinare. Fere aut̄
 tū falsum est dictū eius qui dicit oia p̄tinue moueri & fem
 per: sicut dicit̄ Heraclitus. est enī in re ipsa tātū falsū vñū
 quātū aliud: sed in mō quidē in p̄physicis dictū eius qui dī
 cit moueri est minus falsum: eo q̄ est fm sciētiā nāle: & non
 p̄tra principia eius. Suppositū est enī: q̄ oibus p̄physicis in
 est nā que est principij motus & quietis: & ideo dicens mo
 tū nō negat principij qd̄ est nā: & est principij p̄physicoz. Si
 ml̄r aut̄ vna de passionibus rez nāllum est motus. Passio
 aut̄ p̄p̄ta est etīā quoddā principij icōplexū in sciētia in qua
 passio illa p̄batur subiecto inesse. Dicens ergo oia moueri
 minus mentis q̄ dicens oia quietescere. Quidā aut̄ dicit̄:
 vt diximus q̄ oia que sunt p̄tinue & semp mouent: & q̄ non
 est talis diuīso in entibus q̄ alla quidē moueant & alla non
 moueant: sed oia moueant & semper. Sed dicit̄: q̄ motus
 quorūdā latet nos fm nostrū sensum: q̄ paulatim mouent:
 & nō percipit motus eoz nisi p̄tine etates multoz hoīum: & h̄
 bec nō est difficile p̄tradere: p̄cipue cū ipsi nō distinguāt
 quali motu mouant semper & p̄tinue oia que sunt: sed po
 tius videantur dicere q̄ oibus motibus moueant omnia.
 Dicitur ergo p̄tra tales: q̄ nō est possibile vt aliquid au
 geat vel minuatur p̄tinue: sed potius est manifestū tempus
 inter statū augmenti & diminutionis inceptioem. P̄roba
 uimus enim in 6^o libro: q̄ neq̄ augmentū vel diminutio
 neq̄ alius motus est p̄tinue tēpore infinito: q̄ est augmē
 tū sic finitū fm mensurā distantie que est inter p̄fectionez in
 quātitate: & inter imperfectionē p̄tingentē q̄ finitū moue
 re tēpore infinito si augetur aliquid p̄tinentie tempore infi
 nito: & idem est de diminutione: & hoc quidē demonstratū
 est esse impossibile in 6^o superiorū libroz. Nec itez pōt dicit̄
 q̄ res moueat ita p̄tinue: q̄ mutatio fit ad mutationē essen
 tialē: q̄ tam in 3^o libroz superiorū demonstratū est hoc esse
 impossibile: possibile tamen est q̄ accidētāl̄ motus termi
 netur ad motū: sed hoc nō inducit necessitatē: q̄ hoc qd̄ per
 accidens est hoc p̄uenit inesse: & nō inesse: opz ergo medium
 tēpus status inter augmentū & diminutionem esse: & hic est
 status rei ante q̄ incipiat dīminui: sicut nos tēpus infantie &
 iuuentutis damus augmēto: & tēpus etatis virilis damus
 statū: tempus senectutis & senij: vt in pluribus damus di
 minutioni: ita q̄ in senectute fit diminutio virtutis: & non
 substantie. In sensu aut̄ diminutio substantie simul cū virtute.
 Est aut̄ de augmento & alteratione rez rō siml̄s rōnī huius
 que est de eo qd̄ est guttā cōterere: & p̄forare lapidē: & alia
 que sunt apta nata p̄teri: vel ei etīā qd̄ est lignū scindere lapi
 dem: quādo plantaf sub lapidē: sicut enim dixisse nos me
 minimus in 7^o superiorū libroz: nō est necessariū si gutta in
 aliquo toto tēpore tātū effodit de lapidē: verbī gratia: in tri
 bus annis: vel si plāta tātū p̄forat de lapidē in trib⁹ annis:
 q̄ medietatē illius fonee faciat in medietate illius tēporis:
 & tertiā in tertiā: & millesimā in millesima: q̄ sic p̄tingeret cū
 diuisio vadat in infinitū in fonee quātitate temporis qd̄ in
 qualibet minima aliquid effoderet: & hoc nō est vez: q̄ bu
 lus partes nō sunt nisi in potētia in p̄tino & in tēpore: sicut
 diximus in 7^o superiorū libroz. Sed potius hoc est sicut de
 tractu nauis p̄ter hoc solū: q̄ gutte cadētes & rodētes par
 tes lapidis nō sunt siml̄: sed trābētes nauis sunt siml̄: &

ideo nō sequit̄: q̄ tot gutte quot in toto tēpore fonee cadere
 possunt moueat partē lapidis vt separet a lapidē & fiat fo
 uea: q̄ pars illaz guttaz tertia vel aliquota in tertia parte
 tēporis aliquota reddat partē fonee: q̄ forte pars in nullo
 tēpore aliquid radit de lapidē: vt fonea fieri possit: vel pars
 fonee: q̄ h̄z qd̄ de lapidē remotū est sit quātitas que diuidi
 pōt in plurima & infinita: cū nulla eaz partū seorsum & diuis
 sim remora est a parte guttaz precedentū: sed potius prece
 dentes disposuerūt & fecerūt simul aliquid separabile qd̄ ad
 vltimā guttā que in actu est respectu precedentū totum si
 mul separatū est: & huius p̄fectā rōnez reddidimus in 7^o. A
 siml̄ igit̄ dicitur fieri in diminutione: & ideo si aliquid di
 minuaf nō est necessariū q̄ in toto tēpore diminutionis fue
 aliquid p̄tinue abeat ab ipso in qualibet parte tēporis: sed
 potius per partes tēporis disponit: & tūc aliquando quādo
 vltime dispositū est totū simul abit in ipso qd̄ est diuisibile:
 aliter enim oporteret q̄ in infinitū diuideretur: cū partes tē
 poris potentie sint infinite sine qualibet parte: & partū par
 te tēporis p̄tinue dīminueret vel augetet. Siml̄r autēz est
 in alteratione fm quālibet spectez alterationis. Non enim
 sequit̄: q̄ si partibile est infinitū id qd̄ alteraf: q̄ p̄pter hoc
 etīā ipsa alteratio fm partē & partē in partibus tēporis in in
 finitū diuisibilis introducatur: sed fit alteratio multoties val
 de velociter in multis partibus alteratū simul: q̄ alteras an
 te disposuit id qd̄ alteratū est: & cū vltime dispositū est: tunc
 in pluribus partibus velociter introducū alteratio: sicut eē
 videmus in densatiōe p̄gelationis & coagulationis in qua
 densantia partū disponit: & potius mouet dēfā id qd̄ co
 agulandū est. Oia aut̄ hec ideo dicunt̄: vt sciamus q̄ nō est
 neesse aliqd̄ p̄tinue augeri: vel dīminui: vel alterari. Si. n.
 partes quātitatis quas addit augmētū referant ad par
 tes tēporis in quo fit augmētū sequunt̄ duo incōueniētia:
 quoz vñū est: q̄ eadē rō est de oibus partibus quātitatis
 ad dīte: & de oibus partibus tēporis: ergo vel in oibus par
 tibus tēporis fit pars augmētū: vel in nulla: sed nō in nulla:
 vt dicit̄ aduersarius: ergo in oibus: sicut ergo dat̄ dicit̄ pars
 quātitatis addite: ita dabitur hōze pars p̄portionalis sibi:
 & siml̄r medietatē hōze: & sic in infinitū: ergo per infinitas
 partes tēporis facta est quātitas addita per augmētū: sed
 infinita nō p̄uenit p̄trāire: qm̄ actu accipiunt̄: ergo nunq̄ fu
 it deuenire ad quātitatē additā illi p̄ augmētū. Accipit enīz
 hec rō partes infinitas actu diuersas in p̄tino. Aliud autē
 est incōueniens q̄ si in qualibet parte augetur aliquid fm
 partē p̄portionalē partī tēporis: tūc opz q̄ id qd̄ auget̄ sem
 per sit equalr dispositū ad augmētū: & q̄ semp in partibus
 tēporis equalibus fm equalē quātitatē auget̄: & hoc est cō
 tra sensū: q̄ nos videmus: q̄ infans in vtero matris plus
 augmētū accipit in nouē mētib⁹ q̄ postea ad daf ei in plu
 ribus annis: & q̄ infra primū septēniū plus auget̄ q̄ infra se
 cūdiū: & ita infra scōm septēniū plus auget̄ q̄ infra tertiū: & hu
 ius causa spectat ad libi aialū sciētiā. Eadez aut̄ rō est de
 diminutione & alteratione: vt p̄z ex dictis. Amplius cūz alt
 quis infirmat̄ & mouet̄ de infirmitate ad sanitatem: neesse
 est determinatū esse tēpus in quo sanabit̄: & nō potest illud
 tēpus diuidi ad partes indiuiduas: ita q̄ pars sanitatis si
 at in vno indiuisibilī: & alia pars in alio indiuisibilī tempo
 ris: sicut dicit̄ Zeno: sed potius sanitas eius p̄ficitur in tē
 pore postq̄ dispositus est ad sanitatem: & non diuiditur fm
 temporis diuisionem: sicut diximus ante. Non autēz potest
 dici: q̄ ideo moueatur continue ille qui sanat̄: quia h̄z fini
 ta fit mutatio eius ad sanitatem: tamen cum p̄uenierit ad
 sanitatem non quiescit ibi: sed mouetur ad aliud: & ideo cō
 tinue & semper mouetur: quia hoc nos destruximus in p̄e
 habitis: q̄ non est mutatio mutationis: nec motus est ad
 motum: quare dicere q̄ omnes continue alterantur fm par
 tes omnes temporis est ambigere in his que multum sunt
 ad sensum manifesta. Diximus autem tam ante: q̄ altera
 tio est ad suum contrarium & quiescit in illo: & videmus etīā
 q̄ a multis generationibus lapidis nihil videtur durio: fie
 ri neq̄ mollioz. Et illud idem incōueniens est etiam in
 eo quod fertur fm localem motum: quia si dīcat̄ aliquid
 continue ferri quod fertur: tunc mirabile est q̄ latet nos su
 us motus deorsum qui continue est & semper: quia nos vi
 demus eum quiescere cum p̄uenierit ad centrum: & ideo

vide pro hoc
et pmo ph. i.
c. 10. & 11.

2^o p̄p̄. i. c. 3.

Tex. 2. c. 23.

6^o ph. i. c. 91.
& infra.
5^o p̄p̄. i. c. 11.
vsq̄ ad textū
cōmēt. 17.

Et textu. c. 35.
vsq̄ in finē.

vide pro hoc
Zuerroē hic
cōmēt. 23.

Tex. 2. c. 24.

Physicorum

si latuit nos suum mouens quando est in terra: et qua quiescere videtur: hoc est mirabile. Amplius nos videmus quod terra et quodlibet simplex corpus de numero aliorum permanere necessario et quiescant quando sunt in propriis locis: et a locis illis non mouent nisi per violentiam. Et his igitur necessario concluditur: quod quedam ipsorum sunt in propriis locis: et quod in eis non mouentur nisi per locum: ergo non omnia mouentur continue et semper in locum: ergo aliquis potest de facili scire ex his que hic dicta sunt et aliis similibus illis: quod vtriusque positio impossibilis sit: et illa scilicet que dicit omnia moueri: et illa que dicit omnia quiescere. Et ut de facili ostendat tertium membrum superius dicte diuisionis esse falsum: quod scilicet sunt quedam continue moueantur: et quedam continue quiescant: et nihil sit de omnibus quod aliquando moueatur: et aliquando quiescat. Dicendum enim est ad hoc: quod illud sit impossibile per easdem rationes quibus probatum est quod superius improbatum membrum sit impossibile. Nos enim videmus ad oculum in eisdem rebus fieri omnes mutationes: et ille mutatio nes necessario sunt in finibus suis: ergo talia et mouentur quandoque: et quiescunt. Ad hoc dicimus ad hoc: quod cum circa hoc dubitans oppugnat bis que sunt manifesta: scilicet enim dicitur suum non erit aliquid augmentum: cum sapientia probatum sit: quod augmentum non sit continue et semper in tempore: et etiam nihil mouebit violenter: quod propter hoc aliquid dicitur violenter moueri: quod expellit a loco suo in quo quiescit naturaliter. Hec etiam ratio remouet ab entibus generationem et corruptionem: quod nihil generat in finitum: cum terminorum generationis et corruptionis non sit aliquid medium. Fere autem positio talis destruit totum motum vniuersalem et moueri: quod motus alterationis finis est generatio: et motus localis causat alterationem. Si nihil autem opinio communis est quod in omni motu sit fieri quoddam: generari quoddam: et quoddam corruptum: quod sicut diximus in tertio: motus est generatio forme post formam: vel ubi post ubi: et eius quod abicitur corruptio: et ideo illud quod mutatur sit continue durans motu hoc in quod mutatur sit: sicut album vel nigrum vel alia forma ad quam mutatio est: aut si non est motus ad formam: sed ad ubi: tunc hoc quod mouetur sit in hoc ubi ad quod mouetur: et corruptum ab eo ex quo est motus: et si hec est forma: tunc corruptum hoc quod est album vel nigrum quod mouetur: aut corruptum ab ipso si motus est in loco: quod locus non sit id quod mouetur in loco. Cum autem motus est ad formam: tunc id quod mouetur sit in alio quod esse suum: et ideo hoc sit sanus: quod sicut diximus in 5. ad quod mouetur dicitur denominatiue fieri hoc ad quod est motus. Quare ex dictis manifestum est: quod entium quedam aliquando mouentur: et aliquando quiescunt.

5^o phy. c. 4. r. 1. c. 6.

Tex. r. c. 25.

Cap. 2^o. In quo per sensus experimentum ostenditur: quod non omnia semper mouentur: nec omnia semper quiescunt: nec quedam semper mouentur: nec quedam semper quiescunt: ita quod nihil aliquid mouetur et aliquid quiescit: sed potest esse quod aliquid mouentur et aliquid quiescit.



Cartu autem vniuersalem omnia aliquando mouentur et aliquando quiescunt: et quod nihil est quod continue et semper moueatur et semper quiescat: sicut dicebat Anaxagoras.

Empe. copulandum est ad rationes quas antiquitus antiqui adduxerunt contra hoc quidem accingit nos oportet. Nos enim in 5^o et 6^o et in 7^o librorum ostendimus: quod omnis motus aliquid puenit ad finem si rectus est: et illud valebit nobis ad declarandum: quod aliquid est quod aliquid quiescit et aliquid mouetur. Sed tamen adhuc altius ordinare volentes rationem principium huius disputationis adhuc iterato sumemus ab his que nunc determinata sunt: hoc est eandem diuisionem resistentes quam fecimus in capitulo precedenti. Dicimus igitur summa est: quod aut omnia quiescunt: aut omnia mouentur: et alia mouentur: et si hoc tertium membrum procedat: tunc hoc non potest esse nisi vno triplici modo: aut enim omnia simul aliquando quiescunt: aliquid mouentur: sicut fuit opinio Anaxagoras. et Empe. aut ita quod semper quiescunt: et nunquam mouentur: quedam autem semper mouentur: et nunquam quiescunt: et nihil omnium est quod idem numero quiescat: et aliquando moueatur: aut ita est quod quedam entium aliquando quiescunt: aliquando autem mouentur: eadem numero existentia: et nos non indigemus hic ut plures articulos repetamus de superiorum diuisione. Quod quidem igitur non sit possibile ut omnia quiescant: et nunquam moueantur: sicut dixerunt Anaxagoras et Zeno ostensum est prius: sed adhuc quedam dicitur ad

Tex. r. c. 26.

lungemus. Si enim sic se habet: quod omnia quiescant: tunc in re veritate sic se habet sicut dicitur quidam: quod omne ens est in finitum et immobile: quod cum sit infinitum non habet quo moueatur. In finitum enim finitum locum occupat omnem locum: et infinitum finitum formam occupat omnem formam: sed tamen quod omnia sint quiescunt non videtur esse verum finitum sensus: sed multa entia que sunt finita finitum mouentur. Et hoc etiam per varietatem phantasie opinionis in eo quod comparat ad res. Si enim ponatur alia opinio esse falsa sicut vniuersalem aliqua opinio supponatur esse: tunc sequitur necessario: quod motus sit etiam: quod aut vera erit opinio de eo quod est forte sedere: et non sedere: aut oportet esse motum: quod eius opinio sit receptiva per rationem: hoc est verum et falsum nisi per mutationem reorum oportet motum esse in rebus. Idem autem sequitur si sit phantasia: illa enim est vera vel falsa per eandem reorum mutationem: et idem sequitur generaliter quando de re aliqua aliquando sic videatur: et aliter quando aliter apud sapientes: quod hoc esse et fieri non potest per reorum mutationem. Phantasia enim et opinio sic variatur per res sunt motus quidam: sed enim phantasia et opinio motus quidam sunt a sensu finitum actum factum. Quod autem nos diximus probari motum esse per phantasia et opinionem: intellectus de phantasia et opinione finitum comparationem ad res: quod sic oratio vera vel falsa est: non in eo quod ipsa est susceptibilis per rationem: sed in eo quod suscipit varietatem cuius ipsa oratio est signum: ita etiam phantasia et opinio suscipiunt varietatem. Nihil enim phantasia et opinione hic accipimus finitum quod sunt in opinione tamen: quod re vno modo se habere potest opinio esse vera et falsa per deceptionem: non opinantis de ipsa: sicut est opinio de quantitate solis et stellarum: quod qui sequitur sensus et deceptionem sensus dicitur solem esse monopodalem: et qui sequitur demonstrationem dicitur ipsum maiorem quam sit terra vno modo se habente re ipsa. De intellectu autem et scientia non est eadem ratio: quod intellectus et scientia sunt de his que sunt vno modo: et de necessitate invariabilia. Iste tamen omnes rationes quas hic induximus a diuisione superiorum posita logice sunt non habentes necessitatem: sed tamen in eis sunt positiones premisse maioris probabilitatis quam conclusio: nos contra tales veritatis aduersarios hic alijs rationibus non indigemus: quod intendere et querere rationes de his habemus aliquid dignius quam sit ratio: ita quod sint nota per se ad sensum ad quem omnis propositio vniuersalis certificatur: hoc est proprium eius qui indiget mente et ratione: eo quod ipse amens et mente caput est: talis autem hominis proprium est male iudicare inter melius et peius: et inter credibile et non credibile: et inter principium et non principium: omnis autem acceptio que firmatur a sensu melior est quam illa que sensui contradicit: et conclusio que sensui contradicit est incredibilis: principium autem quod experimentaliter cognitum in sensu non concordat: non est principium: sed potius per artium principium. Similiter autem per omnem modum impossibile est quod omnia moueantur: et similitur adhuc impossibile est: quod omnia entia quedam que semper moueantur: et quedam que semper quiescunt: et nihil sit quod aliquando moueatur: et aliquando quiescat eorum que sunt de numero entium. Ad omnia enim tria membra sufficiens est accipere vnius acceptiois fidem. Videmus enim ad sensum: quedam aliquando moueri: et aliquando quiescere eadem numero existentia: sed enim visus aliquando decipitur in quantitate visibilibus: aut in eo quod videtur aliquando moueri: ad quod non mouetur: tamen congregatio sensuum de eodem non decipitur: et ideo tripliciter se habet iudicium sensuum. Aliquando enim decipitur visus: sicut quando iudicatur ad visum de quantitate solis: vel motu stellarum qui dicitur scintillatio: aliquando enim non decipitur: sicut quando iudicium plurimum sensuum est de eodem: sicut quod aliquid aliquando mouetur: et aliquando quiescit: et ideo iudicium est aliquando precise verum: et aliquando decipitur: sicut probatur in scientia de fallacia visus: aliquando autem est dubium donec seratur demonstratio: que certificat alteram partem. Sed causa de hoc quod dicitur: quod aliquid aliquando moueri: et aliquando quiescere est per se: et ex illo testimonio manifestum est: quod impossibile est quod omnia semper quiescant: vel quod omnia semper continue moueantur: vel quod entia omnia sic se habeant quod quedam eorum semper moueantur: et quedam semper quiescant: et nihil sit quod aliquando moueatur: et aliquando quiescat. Reliquum ergo membrum superioris diuisionis nobis considerandum est: vtrum scilicet omnia entia sint possibilia ad vtriusque: ad motum scilicet et

Omnia acceptio que firmata sensu melior est quam illa cui sensus dicitur. vnde de c. Comen. hic per hanc sententiam.

Iudicium sensuum tripliciter se habet.

Tex. r. c. 27.

querere: aut quedā sint possibilis ad utraq; hor: & quedam alia possibilis semper mouent: & quedam alia semper quiescunt. Si enim hoc demonstrauerimus: sufficienter elucefcet omnia membra superioris diuisionis: hoc igitur demonstrandum est a nobis: hoc igitur diuidenter facere nō possumus nisi p̄deremus modos eorū que mouent duo inuestigando de ipsis: quorū vnus est: q̄ omne q̄ mouetur habet motorem sicut etiam per modum aliquem minus sufficientem ostendimus in principio seprimi. Scdm̄ est: q̄ omne q̄ mouetur fm̄ locum reductur ad motorem qui non mouetur omnino: & tamen est in eo q̄ mouetur fm̄ locum: & hoc est primum mouens: & primum mobile.

Cap. 3. Q. omne q̄ mouetur mouetur a motore distincto ab ipso: aut per esse & diffinitionem: aut per diffinitionem trā: & non per esse.



Mincipiamus igitur inuestigando utrum omne q̄ mouetur habet motorem: ut p̄fecta sit doctrina quā incepimus in 7^o superiori libro: & dicamus per ea que sunt determinata in principio quinti. Q. tā mouentium q̄ eorū que mouent alia quidē fm̄ accidēs mouent: & fm̄ accidēs aut mouent: alia aut per se mouent vel per se mouent: fm̄ accidēs aut mouent: & fm̄ accidēs mouent: quesciq; quidē dicunt mouētia vel mota p̄pter id q̄ sunt in his que mouent vel mouent: & hoc est duobus modis: aut enim sic sunt in mouentibus vel motis: q̄ nullo modo possunt per se mouere vel moueri: sicut albedo vel musica dicitur mouere: cū dicitur q̄ muscus proljcit lapidē: vel muscus ambulat: aut ita q̄ p̄t mouere per se: si separet ab eo cui inest: sicut dicitur q̄ manus percūtit: vel manus mouet: in eo q̄ percūtit for: vel mouet ambulādo: & q̄ id q̄ est per accidēs quo ad nos notius est eo q̄ est per se ex abnegatione eius q̄ est per accidēs tam in mouētē q̄ in eo q̄ mouet: possumus cognoscere id q̄ mouet per se: & id q̄ mouet. Quod enim sic mouent q̄ nō dicitur mouere: q̄ in sunt mouentibus ut accidētia ipsoꝝ: vel ut partes ipsoꝝ. Ceterū q̄ que dicuntur moueri non quo inest motis altero dicitur modox illa dicuntur mouere & moueri per se. Et hec omnia parent liquet de ex his: que in 5^o libroꝝ superiorū sunt dicta: & ideo nō op̄ nos hic amplius explanare ista p̄ter solū hoc q̄ p̄ ex dictis: q̄ anima nūq̄ mouet per se: nec p̄t moueri per se: cū ipsa nō moueat nisi in corpore: & si separet a corpore non erit mobilis mota p̄p̄tico cū sit indiuisibilis fm̄ quātitatē. Alterius aut diuidendo ea que mouent per se: non fm̄ accidēs dicimus: q̄ eorū que mouent per se: alia quidem mouent a seipsis: ita q̄ motore habent indistinctū a seipsis fm̄ esse: alia vō mouent ab alijs que per esse distincta sunt ab ipsis per diffinitionē: & intelligimus diffinitionē fm̄ esse: & diffinitionem: quando mouens & mobile differunt ratione diffinitiuā: & etiā subiecto & loco: diffinitionē aut fm̄ diffinitionē & nō fm̄ esse: quādo diffinitio datur per formam entis mouentis alia est a diffinitione que est a forma mobilis: sed nō differit subiecto & loco: eo q̄ mouens est quādo forma & perfectio eius q̄ mouet. C. Adhuc aut vterius diuidendo id q̄ mouet dicimus: q̄ eorū que mouent: aliud mouetur a nā: & aliud mouet a violentia & extra nām. Quesciq; enim eorū que mouent mouent a seipsis: ita q̄ principū sui motus est in eis: illa mouent a nā: sicut constat per ea que diximus in 2^o libroꝝ superiorū: tamē diffinendo nā diximus q̄ nā est principū & cā motus & quietis in quo est principū per se: & nō p̄ accidēs: hoc aut modo mouet etiā quodlibet animalis: q̄ animal quodlibet mouetur a seipso: q̄ quocūq; principū motus est in seipsis: hoc dicimus moueri nā: unde p̄derando totū animal prout cōponit ex motore & mobili dicimus: q̄ animal mouet seipsum: & naturaliter mouet: & naturaliter mouet: q̄ aia que mouet est forma & nā totū: & corpus q̄ mouet hoc modo est p̄fectū ab aia: & refert ad aiam mouentē: ita q̄ ipsum naturaliter suscipit motū ab ipsa: cū motus qui est ab anima potētia sit in ipso corpore: & fiat in ipso actu: quādo mouetur fm̄ actū. Omne enim illud mobile q̄ potentia habet actū alicuius mouentis naturaliter mouetur ab illa sicut inferius declarabimus. Si aut p̄deret corpus animalis nō in relatione ad animā: sed in relatione ad elemē-

5^o p̄. e. c. p̄mi

ta ex partibus mālbus quibus cōponitur: quent ipsoꝝ nā: liter moueri: & quāq; nō naturaliter: sive extra nām: & ideo differentia magna est fm̄ qualem motum eueniat motus corporis: & ex equali elemento consistit: q̄ si mouetur corpus ab anima fm̄ eundem motū quo naturaliter mouet corpus: sicut si moueat ipsum descendendo: q̄ est corpus terrestre & graue: tūc erit motus fm̄ nām aialis & corporis materialis. Si autem moueat ipsum contra naturam corporis & element corporalis q̄ dominatur in ipso corpore: tūc erit talis motus cum pena & lassitudine: ideo erit nālis animalis: sed tamen contra naturā corporis: sicut si homo vel aliud graue animal ascendat. Si aut corpus sit ex elemento q̄ non habet contrarium: ita q̄ motor nunc mouet ipsum contrario motu nature corporalis element q̄ in ipso est: tūc ille motus non habebit penam & lassitudinem: & erit fm̄ naturā totū animalis & corporis eius: & per similitudinē ad istud est motus corporis celestis: sicut inferius ostēdemus. Et ideo dicit P̄tolomēus in almagest q̄ creator corporis celestis ita formauit ipsoꝝ: q̄ obediret motori fm̄ naturā: ut ois motus motus perfecti possit in ipso: hoc aut non perfecte h̄c: s̄ in libro de celo & mundo habet declarari. Hoc igit nunc dimittes diuidendo alterum superiorū membrorū: q̄ eorū que mouentur ab alio distincto fm̄ diffinitionem & esse: quedā mouentur naturaliter & a natura: & quedā mouentur extra naturam. Extra naturam quidem sive violenter mouentur sicut terra mouetur sursum: ignis deorsum. Amplius etiam partes animalium relate & compare ad elementa ex quibus consistunt materialiter: quandoq; mouent extra naturam iuxta positiones diuersas in situ sursum & deorsum: & modos motus: qui sunt ascensio vel descensio. Q. autē sint illa que mouentur ab aliquo extrinseco sibi: & tamen mouentur a natura non statim potest determinari: sed manifestabitur inferius: tali igitur posita diuisione si probauerimus q̄ omne q̄ mouetur a se & a natura: & omne quod mouetur violenter: & quando mouetur naturaliter habet motorem a se distinctum per diffinitionem & esse: vel per diffinitionem trā probata erit sufficienter vna propositio dicitur superius que dicit: q̄ omne quod mouetur habet motorem distinctum a se: aut fm̄ esse & fm̄ diffinitionem: aut fm̄ diffinitionem trā. Declarantes igitur per inductionem omnium eorū que mouentur & mouentur a motore distincto a se: incipiemus a magis notis apud nos. C. In his enim motis que mouentur violenter & extra naturam marime quo ad nos: manifestus est q̄ mouentur ab alio quod est eis extrinsecum: & distinctum ab eis per esse & diffinitionem: quia manifestum est in talibus: q̄ mouens ad sensum diuersum est ab ipsis: sicut quando lapis proljctur sursum: pater omnibus diuersum esse proljctens a proiecto: & ideo in talibus patet: q̄ omne quod mouetur violenter mouetur ab aliquo distincto ab ipsis. Post aut illa que mouentur sic violenter & extra naturam magis est manifestum in his que a seipsis mouentur & naturaliter: sicut mouentur animalia. In animalibus vō non est manifestum: vtrum ab alio mouentur vel non: q̄ omnes sciunt q̄ corpus q̄ mouetur per diffinitionem aliud est ab anima mouente ipsum: sed forte immanifestum est qualiter est accipere diuersum mouens: & id q̄ mouetur: vtrum scilicet anima mouens & corpus motum distinguantur diffinitione solum & non esse: vel distinguantur ita q̄ sicut separantur suis diffinitionibus: ita etiam sint seiparabilia fm̄ esse: quia in rei veritate in animalibus brutis in quibus vltime perfectiones sunt anime sensibiles. Ad hoc aut a mobili non distinguitur per esse: sed per diffinitionem: sed in anima rationali intellectuall secus est: que per se & diffinitionem separatur: p̄pter q̄ etiaz tam Alexan. q̄ Themistius eam equiuoce dicunt vocari animam cum vegetabili & sensibili: sed de hoc alibi erit locus inquirendi. Q. autē diximus: q̄ nō est immanifestum in oibus aialibus motorem alius esse ab eo q̄ mouetur: pbatur ex hoc: q̄ videntur esse in animalibus quantū ad motorem & id q̄ mouetur: sicut est in nauibus & alijs artificialis que non mouentur nisi ab artifice distincto ab ipsis: s̄ nō subsistat per nām: sed per artem. Ars enim nām imitatur: & precipue aiam fm̄ quā ipsa est nā: & ideo sicut in artificialis moto: artifer diuisus est ab artificialato: ita etiā est in aialibus: & in oibus que a

P̄tolomēus in almagesto.

o. 2. 23

Ex. 2. c. 25.

Nota distinetur aiam rationales & alias aias penes distinetur amoto fm̄ esse & diffinitionem.

seipsis mouent: et seipsa mouent: pter hoc solis qd artifer extri secus est ad artificiatu: et distinguit ab ipso loco et subiecto: et diffinitione. Aia aut non generalr distinguit a corpore qd mouet fm esse: sed fm diffinitione generalr distinguitur ab ipso: et sic p qd etia illa que mouet ipsa seipsa habet motores p diffione a se distinctu. Ad hanc aut dubitat de reliquo me bro ultimo dicte diffinitionis. Dicitu est enim: qd eoz que mouent ab alio: quedam mouent violenter: et quedam naturaliter: et non est dubiu quin illa moueant ab alio que violenter mouentur: sed illa que mouent naturalr et no mouent a seipsis vt aia/ illa faciut habet maximam dubitatione: vtra habeant aliques motore vel no habeant: et illa sunt que superius in vltima di/ uisione posuimus: vtra illa que mouent ab alijs violenter: et ideo ista mouent naturalr. Et q: nu est principiu intrinsecum eoz quoz est na: ideo ista maximam afferunt dubitationem a quo moueant: sicut leuis et grauis: hec enim ad opposita lo ca mouent per violentia: locus enim oppositus et vtra natura grauit est sursum: et locus oppositus leuis est deorsum: et in illa loca mouent violenter graue et leue. In ppria aut loca mouetur naturalr: leue qd sursum: et graue qd deorsum. Et q: no est manifestu a quo moueant in ppria loca: sicut manifestu est de eis a quo moueant in locos oppositos sibi: qm mouentur per violentia et extra natura: sed dicere ipsa moueri a se in ppria loca: sicut a se mouent aia/ia que naturalr mouentur est impossibile. Ad moueri aut a seipsis animaliu et animatoz est ppria: et quecuqz animaliu mouent a seipsis illa etia pos sunt stare a seipsis. Omne eni animal qd est sibi causa ambuladi per principiu iunctum sibi: per ide etia est sibi causa non ambulandi: q: sicut supra in primo huius libri tractatu diximus: anima est principiu motu et quietu et pluriuz et no vnius. Et in hoc enim differt a natura: que est forma corporalis: sicut diximus in 2° libro superior: quare si dicatur in ipso igne per principiu iunctu sibi esse sursum ferri: sicut in animali est causa ambuladi: tuc etia erit in igne causa stan di: et causa qd fertur aliquado deorsum quando fuerit sibi ap pettus descendendi: et hoc est falsum: ergo no a seipso mouet sursum ignis. Irrationabile enim est: qd illa que mouet seipsa moueant nisi fm vnu motu: vt diximus prius: hoc at melius in libro de motibus aialiu habet declarari. Amplius quomodo possit esse: qd ptiuu aliqd physicu sine nate qd vna habeat in oibus partibus rone sicut elemeta simpli cia mouent seipsa. Scdm enim qd ipsum est vnu in forma et ptiuu in toto et in partibus no est ptractu: ergo no potest in ipso esse rō diuersa mouentis: et eius qd mouetur: et ideo vel quilibet pars mouet et nulla mouet: vel quilibet pars mouet: et nulla mouet: vel quilibet pars simul mouet et mouet: q: cum sint vnius ronis non pot dici qd vna moueat et altera moueatur. Et siquidem dicat qd quilibet mouet et nulla mouetur: tunc ipsum erit mouens immobile: et tuc assignadam est: quid ab eo qd mouet: et hoc non fit: et cu mouens immobile sit impartibile: sicut inferius pbabit: opz qd ptiuu esset impar tibile qd falsu est. Si aut quilibet mouet et nulla mouet: tuc habemus: qd no mouet a se: sed a quoda alio extrinsecu sibi impossibile aut est qd quilibet moueatur et moueat: q: sic quilibet esset in potentia et in actu. Omne eni mouens est in actu: et omne qd mouet est in potentia: et sic quilibet esset copleta et incopleta: et educens se de potentia ad actu: que omnia sunt absurda: ergo impossibile est dicere: qd moueatur a se talia simplicia et ptiua corpora: sicut graue et leue: et vniuersaliter quatuor elemeta: sed opz fm qd diuidit et separat vna ad mi nus per diffinitione: sicut vna aprum nati est agere: et aliud pati: et vna mouere: et altere moueri. Nullum igitur horu sim plicium ptiuo: ipsum seipsam mouet: et qd coposita sut sub forma ptiui habentia in omnibus partibus vnitatem: si militer etiam est in alijs partibus continuis que composita sunt: vt ossa et pilli. In quantum enim continua sunt non mouent ipsa seipsa: sed opz qd in vnoquoqz tallum mouens di uidat essentiali diffinitione diffinitionis: vel esse et diffinitio nis ab eo qd mouet: sicut videmus fieri in his que anima/ ta sunt: cum notum sit omnibus: qd aliquid distinctu ab eo qd mouetur mouet ea. Sed obijcit nobis forte aliquis dicens qd sicut in animalibus distinguit forma que est ani ma mouens a corpore qd est motum: ita etiam in elemen tis simplicibus forma specifica distinguitur ab essentia ma/

terie: et ideo essentia forme potest mouere intellectus: et ma teria moueri: sicut in animalibus anima mouet: et corp' mo uetur: et sic potest dici qd elementa a seipsis mouent: sed hoc no est pueniens. Nos enim ostendimus in 5° libroz superio/ ru qd materia fm qd est in potentia ad esse no est aliquo mo do mobilis. Et qd opz qd mobile sit actu quo ad esse: lz sit in potentia fm qd est motum. Ad materia enim elementoz di/ stincta a forma non est actu aliquo modo: et ideo non potest eam mouere forma: propter qd talia corpora simplicia a se/ ipsa non sunt mobilia. Jam enim habemus propositum: qd probauimus: omne violenter motum: et omne qd mouetur ab anima: et omne qd mouetur naturaliter et non ab anima: et non violenter ab alio moueri: lz non ad huc pbauerimus: qd vel quale sit illud mouens qd mouet corpora simplicia na liter mota: et ad hoc sequetur ponemus consideratione.

Cap. 4°. Qd omne id qd mouet natura: et no ab aia per se mouetur a suo generante: et per accidens ab eo qd remouet impedimentum sue actionis.

Semper moueri: fiet manifestu qm in per se: et per accidens fm nam et extra nam fuerint cau se diuerse que sunt magis essentielles motu que sunt mobile et mouens: est etiam in mouentibus accipe re ea que dicta sunt. Ad mouentia enim quedam mouent ex tra nam: sicut que mouent violenter: et quedam mouent fm nam: sicut que mouent naturalr. Exemplum aut eoz que mouent extra natura et violenter est in omnibus illis que no mouent ad hoc vt imprimant el qd mouent formam suam fm quam mouent: sicut vectis in machinis qui dicitur ma ganelli: vel tribuchi: vel bilde: mouent lapidem: et sic chor/ da arcus mouet sagittam: et sic manus prolit lapidem: ta/ lia enim oia no sunt na sua ppria mouentia graue: sed p im petu: qui fit in eis aliunde mouent. Exemplu autem eoz que mouent naturalr est in oibus his que forma fm qua sunt mouentia nitunt motu suo imprimere el qd mouent: sicut actu calidu mouet potentia caliduz: et sicut anima mouet cor/ pus prosequendo formam: quam ceptit. Similr aut est in oi/ bus alijs huiusmodi: et in pmiilibus istis. Hec aut eadem diuisio est de mobili fm qd est mobile. Illud enim est dupli citer mobile: aliud enim mobilitu mouet fm nam: et aliud ex tra nam et violenter. Et qd mouet fm nam est per se moueri. Et qd mouet violenter est per accis. Illud aut qd absolute et simplr mouetur naturalr: est illud qd habet in se suscepti ua et passiuu potentia recipiendi formam fm qua mouet mo tor: suus per inchoatione ipsius forme in ipso: qm intendit el suus motor imprimere per motu quo ipsum mouet: et ha bet in se tale principiu per se: et no fm accidens: sicut potentia quale vel potentia calidu vel frigidu efficitur actu fm quali tate illa informatiue ad qua fuit ordinata potentia eius: et si mlt est de eo qd potentia quantu: aut potentia vbi. Dico at absolute et simplr talia esse que mouent naturalr: ppter ea q mouent violenter. Illa enim aliquid nature habent in motu quo mouent: sed no absolute mouent fm nam: sed fm qd: et hoc declarabit in 3° de celo et mundo. Et voco principiu pas siuum receptum in quo inchoata est forma agentis hoc mo do quo dixi in primo horu libroz: qd omnis forma mouentis inchoata est in ma: aliter enim non est ma ppria: neqz mo bile pprium motori suo potius qd alij: opz eniz q mouentia inferant passiones suis pprijs mobilibus: et agentia suis p/ prijs passiuis: et huiusmodi passiu et mobilis generale signu est quando in eo talis inuenitur potentia que no indiget nisi vno determinato motore: vt erit in actu. Si enim plu res erigeret motores: tunc no esset per se appropriata vni: et sic non esset alicuius agentis pprium passiuum sicut figura hominis potentia est in femine hominis: et figura idoli po tentia est in cupro eo modo quo cuprum est subiectum arti. Dico autem: qd hec potentia instr illi passiuo per se: et no fm accidens: qd aliquado idem numero mobile mouetur et ad quale et quantu: sed tunc altere alteri accidit: et non est ei es sentiale: sicut quando calidu potentia fit actu calidum: tuc enim ideo qd calor est dissolvens et extensus fit etiam id qd fit calidum maioris quantitatis: hoc forte non fuit de inten tione

Tex. r. c. 29.

Tex. r. c. 30.

Tex. r. c. 31.

3° cell. l. c. 28. et infra.

ffone agentis: sed ideo fit: quia talis extensio accidit calori quando est in materia dissolubili & extensibili: hoc autem quod iam diximus vniuersaliter dicimus fieri in corporibus simplicibus quando mouentur secundum locum: illa enim ab alio mouentur extra naturam & violenter: & ab alio mouetur secundum naturam siue naturaliter: sicut ignis & terra quorum vnum est leue simpliciter & aliud graue simpliciter: ideo magis manifesti sunt in eis motus dicti quam in elementis medijs. Aduenitur autem natura cum actus eorum quos imprimunt eis sua propria agentia sunt potentia ipsorum: & in eis ipsis eo modo quo dictum est. Causa autem: quod non manifestatur in talibus quid sit ea mouens est: quia potentia ponitur esse multipliciter: ideo non expresse scitur a quibusdam a quo ignis moueatur sursum: & a quo terra moueatur deorsum. Hoc autem demonstrabimus in similibus. Potentia enim passiva que receptiua est actus & complementi dicitur dupliciter: quia nos dicimus quod secundum alium modum potentie receptiue est potentia sciens ille qui adhuc addiscit: & eger ut doceatur: & secundum alium modum potentia est sciens ille qui iam habet sciam in habitu: sed non considerat secundum actum: prior enim qui eger doctrina non habet potentiam in qua sit complementum: nisi per inchoationem: quia est in potentia sua habitus confusus non adunatus: qui est in primis principijs scientiarum que homo scit per naturam. Secundus autem habet habitum: & potest agere actiones habitus quando voluerit nisi sit impeditus: ideo primus est per se potentia sciens: secundus non est per se potentia sciens in actu: sed potius per accidens impeditur ab opere scientie: & generale est in vtroque istorum modorum quod semper sit actu id quod est potentia quando simul sunt actiuum & passiuum. Si enim docens secundum suam doctrinam tangat & informet potentia scientem que potentia scit per se efficitur actu: doctus & sciens. Similiter scire mouens impeditur simul sit cum sciente non considerante efficitur sciens actu considerans: sic enim addiscens ex potentia esse ad discendum fit alterius aliquid a potentia: quia efficitur in actu. Cum autem sic habet actus sciendi et non sit aliquid quod prohibeat ipsum: tunc secundum actum & complementum quod recipit operabitur: hoc est considerabit secundum actum de se habilibus que iam didicit. Si enim ita non diceretur: tunc sequeretur necessario: quod post scientiam acceptam inesse sibi adhuc ignorantia: que secundum contradictionem habet se ad scire: & sic simul sciret & non sciret: quia non valens considerare cum non habeat impedimentum est ignorans: & hoc est impossibile: ergo oportet dicere quod habens scientiam secundum actum considerat si non habet impedimentum. Si autem nos queramus quid moueat eum ad considerandum inter duo mouentia. scilicet vtrum moueat eum ad considerandum ille qui docet eum: & generat in eo scientiam: vel ille qui remouet ei impedimentum postquam doctus est: inuentus quod docens ipsum mouet eum per se ad considerandum: quia dat ei formam ad quam necessario consequitur considerare si non impeditur: sed remouens obstaculum mouet eum per accidens: quia motus eius non dat ei considerare nisi per accidens: eo quod considerare inerat ei prius si impedimentum non habuisset. Si autem aliquis obiciens dicat: quod sciens seipsum mouet ad considerandum & sic non indiget motore remouente impedimentum: quia impedimentum considerationis sue non est nisi voluntas sua: & ideo quando vult tunc considerabit. Dicemus quod hoc per accidens est: sicut medicus sanat seipsum: & non in quantum medicus efficitur sanus: sed in quantum eger: ita & hoc. Iste enim remotor est impedimentum sui non in quantum est effectus de potentia considerante actu considerans: sed accidit hoc ei illo quod in potestate habet impedimentum remouere. Est autem adhuc intelligentidum: quod considerare secundum actum est a forma scientie quae accipit a sciente: & ideo quando docens dat ei scientiam: tunc cum scientia dat ei omne quod sequitur ad scientiam: ideo docens per se mouens est in vtroque motu: sicut supra diximus. Similiter autem per omnem modum se habet in phisicis quantum ad mouentia corpora simplicia: que sunt quatuor elementa. In talibus enim id quod est actu frigidum potentia est calidum antequam generetur: & fiat secundum actus calidum. Cum autem generatus est & accipit formam calidam: fit ignis: tunc operabitur operationem calidam que est ardere: nisi ha-

beat aliquid quod ipsum impediatur ab operatione: unde ab eo a quo accipit formam ignis & caloris ab eodem accipit omne operationem & omnem proprietatem que sequitur formam ignis & caloris. Similiter autem se habet & tunc graue & leue. Leue enim sit ex graui per hoc quod graue est leue in potentia: & tunc sit leue a generante ipsum a graui: sicut quando fit ex aqua aer vel ignis: vel quando fit ex terra alterum illorum. Graue enim primum potentia est leue: & tali potentia quae vocamus per se potentiam passiuam: & receptiuam in qua per inchoationem solam est forma leuis. Cum autem iam est leue secundum complementum: tunc habebit ab eodem generante omnia que sequuntur leuitates que sunt motus ad superius: & locus superior: nisi aliquid impediatur. Actus enim consequens leuitatem est in aliquo vbi determinatum est: & hoc est sursum: sed aliquando prohibetur quando detinetur in loco contrario: sicut quando ignis vel aer clauditur in vase: vel retinetur in materia deorsum cadere: sicut est de igne in lignis: & sicut diximus de motu secundum locum simplicium corporum: ita etiam se habet in quanto secundum motum augmenti vel diminutionis: & in quali secundum motum alterationis. Signum autem huius est: quia nos videmus quod quantum generas et quod generatur largitur de sua forma: tantum largitur ei de suo loco: & de suo motu. Cum enim ignis agit in graue quod est terra primum dissoluit ipsum: & tunc eleuat ipsum parum: & postea dissoluit & rarificat ipsum plus & plus: & cum omnino ipsum dissoluerit tunc adiuuat sibi id quod generatur in loco suo naturali: ideo locus & motus datur a generante sicut forma: sed forma datur principaliter & locus & motus dantur per consequens: sicut ea que propria accidentia sunt forme date per generationem: & ita sit vt dictum est: tamen propter hoc quod latet hoc in corporibus simplicibus queritur a Platone & a quibusdam alijs quare in suum proprium locum mouetur grauis & leuis: quando sunt extra ipsa: cum non videatur distinctus ab eis motor: intrinsecus vel extrinsecus: sicut in animalibus: & in his que mouentur violenter distinctus motor inuenitur. Causa autem quare mouentur in propria loca quando non sunt prohibita nulla alia est: nisi quia ex forma accepta a generante ipsa apta nata sunt inesse: & non alibi vbi sunt sua generantia: & hoc esse forma leui & graui: vbi per essentiam est leue sursum: & graue deorsum: & leui sursum moueri: & graui deorsum moueri sicut diximus. Sed potentia leue & potentia graue dicitur multipliciter: sicut dictum est de potentia sciente. Cum enim adhuc est sub forma aque & terre secundum actum est graue: tunc quodammodo potentia est leue: quia materia sua susceptiua est forme leuis: & quando factus est aer vel ignis: & habet in se formam leuis: tunc aliquid quando conuenit ipsum esse potentia leue. Conuenit autem aliquid quando propter aliquod impedimentum neque sursum est neque sursum ascendere potest: sed continue quando ablatum fuerit impedimentum: tunc agit actum leuis: & tunc sit sursum per hoc quod ascendit. Similiter autem est de qualitate generata: tunc in actu imutat secundum illam: sicut superius diximus: quod sciens mor considerat nisi aliquid prohibeat ipsum. Similiter autem quod est actu factum quantum mor exte- ditur in maiorem locum: nisi aliquid prohibeat ipsum. Illud autem quod est mouens siue remouens id quod sustinet & prohibet generatum ne agat operationem sue forme illud potest dici mouens & non mouens: sicut ille qui diuellit colubas domus: aut qui delicit lapides qui iacuerunt super colubas: aut ille qui emittit aquam contentam in vase. Ille enim secundum accidens mouet sed per se non mouet. Aduenire autem secundum accidens dico sicut partes dicitur pilam sphericam mouere: quando repercutitur proiecta ad parietem: hanc enim pilam partes per se mouet: sed per ipsum mouet ipsam partes: & similiter mouet ipsum generans dando ei formam dat ei etiam formam generantis consequentem. Sed auferens impedimentum mouet ipsum per accidens nihil dando sibi: sed tamen impediens id quod iam inest ea remouendo. Jam enim per formam sibi datam inest ei esse illud quod per se consequitur formam datam: & impeditur ab exteriori. Iste tamen modo quem hic fecimus de mouente: & sit generalis secundum omne genus motus complebitur specialiter de mouente secundum locum in tertio de ce. & mun. vbi cum perfratatione diligenti ingremus de

112. p. 32

112. p. 32

112. p. 32

Sed considera quomodo per se habet quod sciamus, 3.

om. imo qd... Sed quomodo dicitur esse aliquem mouet ipsum per se ad considerandum.

112. p. 32

112. p. 32

112. p. 32

112. p. 32

112. p. 32

Physicorum

motibus leuis & grauis. **C**on manifestus igitur ex dictis est: quod nihil horum simplicium corporum mouet seipsum sicut antiquus opinatus est Plato & post eum Galenus: & in processu temporis Seneca. Sed oia talia sui motus in se habent per se non quod mouendi se actiue & faciendi: sed patiendi & recipiendi hoc a generante ipsa & dante eis formam cuius est motus & locus ad quem mouentur. **R**ecolligamus igitur inductionem nostram dicentes: quod oia que mouentur aut natura mouentur: aut extrinsecus: sive violentia: quod idem est. Quod autem extrinsecus mouetur omnia: mouentur a quodam motore qui est extra ipsa per distinctionem esse. **E**orum autem que natura mouentur: iterum quod mouentur a seipsis: sicut aialia mouentur a motore aliquo distincto ab eo quod mouetur per distinctionem: & non per esse. **E**t sicut ea que non mouentur a seipsis & mouentur natura ut grauis & leuis mouentur: & ab aliquo motore qui distinctus est ab eis per esse: quia aut mouentur a generante & faciente leue & graue in forma leuis & grauis: aut ab eo quod soluit & remouet ab eis impedientia & prohibentia: ut agant actum grauis & leuis. **O**ia igitur que mouentur ab aliquo mouebuntur distincto ab ipsis per distinctionem & esse: aut per distinctionem solui: & hoc est quod volumus declarare. **N**ec aliquid miretur si ratam questionem determinamus per inductionem: scimus enim quod inductionem non certificat quarecunq; vniuersum inducat nisi predicatum ab oibus particularibus inductis participet essentialiter: quia tunc particularia participat predicatum per se: & vniuersalis recipit predicatum nem per se predicatum eiusdem: quia licet pbemus quod quilibet triangulus in particulari est albus: non possumus pbare quod triangulus vniuersalis est albus: quia conuenit quilibet album non esse: & ideo forte mirabilis aliquid quod sumus contenti in inductione: quod si inductissemus hic particulariter oia mota vbi: nisi prius in principio septimi inductissemus demonstrationem de vniuersis: quod si omne quod mouetur ab alio a se distincto mouetur. **N**ec hic fecimus inductionem ut pbaremus vniuersales quod hic demonstrauimus: sed potius ut excluderemus questionem Platonis & Galeni & Senecae contingente de corporibus simplicibus que videntur per se moueri ad loca sua quod sunt extra vbi prius. **N**os enim dicimus quod tunc mouentur a motore qui est motor: per accidens: eo quod ipsa non sunt in potentia per se sed per accidens: cum iam per se habeant formam per quam ascendunt: & sunt in loco sursum vel deorsum sed impediuntur ab aliquo per accidens & non per se.

Cap. 5^m. Quod omne quod non reducitur in aliquod mouens primum quod mouet seipsum.



Reducitur ab alio a se distincto: tunc procedemus ad alterius propositionis declarationem. **I**tem oia mota reducuntur ad aliquod primum motum vniuersum: & ille est motus quod mouetur a suo motore intrinseco sibi: sicut animalia mouentur ab anima. **I**ncipimus autem istam considerationem ad eo quod dicimus quod omne quod mouetur ab alio: non mouetur ab alio nisi altero duorum modorum. **A**ut enim mouetur ab alio quod est mouens ipsum: non sicut ipsum: sed propter alterum: aut est mouens ipsum propter seipsum. **S**i autem mouet ipsam non propter ipsam: tunc aut mouebit ipsam per vnum medium: quia si ipsum est primum mouens post vltimum mouens: sicut viam resolutionis: & hoc est primum mouens in ordine naturali mouentium: aut est mouens per plura media: ita quod inter primum mouens & vltimum motum sint plura media. **E**t exemplum huius quod habet plura media est: sicut baculus est primum mouens lapidem percussum & mouetur baculus non sicut se: sed per alium: quia mouetur a manu: & manus etiam mouetur ab alio: quia mouetur a virtute hominis & mouentis manum: vtraque enim mouentius dicimus mouere: sed tamen dicimus primum magis mouere quam vltimum: quia primum dat vltimo quod mouetur: & ideo non mouente vltimo adhuc potest mouere primum: sed non mouente primo non potest vltimum mouere quod proximum est iuxta rem motam: & ideo est primum sicut causa primaria: quia retrahente ipso causalitate suam nihil erit deinceps mouentius. **S**ed retrahentibus alijs suas causalitates: nihilominus ipsius causalitate motus: propter quod ipse est magis mouens omnibus alijs. **E**t exemplum est: quia baculus non mouebit lapides nisi mo-

ueatur ab homine: sed homo mouebit etiam baculo non mouente. **S**i ergo sicut predicta necesse est: quod omne quod mouetur ab alio a se distincto sicut esse mouetur: & illud iterum: aut mouetur ab alio: aut mouetur a seipso: & si mouetur ab alio a se distincto sicut esse: tunc necesse est quod sit aliquid mouens primum quod non mouetur ab alio a se distincto sicut esse: sed sicut distinctionem solam: & hoc est quod sit mouens seipsum est primum mouens: tunc non est necesse quod hoc moueatur ab alio: sed ipsius in quantum reducitur omne mouens motum aliquid in natura. **E**t pbatur hoc ex hoc: quod impossibile est ut in infinitum vadat mouentium numerus & motorum: quia cum infinitorum ex parte ante nihil sit primum nunquam possemus deuenire ad id quod mouetur per se: & quia omne mouens ab alio reducitur ad mouens per se: si non sit accipere mouens a se non erit accipere mouens ab alio: cum omne mouens sit aut per se mouens: aut ab alio: oportet quod nullus mouens omnino seipso esset: quod est impossibile: quia ex hoc sequeretur nullum esse motum omnino: oportet ergo dicere: quod mouens seipso sit primum mouens: & hec propositio fundatur super tres propositiones: quarum vna accipitur ex secundo metaphysice Aristotelem: & est quod omne quod inuenitur in pluralibus & est vniuersum in illis oportet quod inueniatur in vno primo quod est causa omnium illorum: & ideo cum mouere in multis mouentibus motis: oportet quod inueniatur in vno primo mouente motu quod est causa omnibus alijs mouendi. **A**lta autem propositio est quod omne quod mouetur ab alio distincto a se per esse & distinctionem mouetur ab eo quod quandoque mouet & quandoque non mouet: eo quod ipsum est quandoque coniunctum: & quandoque non coniunctum: sicut probatur est in primo tractatu huius octauis libri: omne autem tale mouens quod aliquando mouet: & aliquando non mouet: est aliquando in potentia mouens: & non in actu: quod autem est in potentia mouens indiget mouente generante sicut in precedenti capitulo monstratum est: & ideo omne quod mouetur habet extra se mouetur non perpetuo motu: & ideo motus suus non potest esse primus: & ideo oportet ipsius reduci ad alium primum. **T**ertia propositio est quod mouet se habet motorem coniunctum sibi & extrinsecum sibi: & ideo si ille motor non sit in potentia ad aliquid mouebit perpetuum motum qui est primus motum: & causa omnium motuum aliorum. **E**t igitur sciendum quod duplex est primum mouens: vnum quidem in genere & alterum extra genus. **P**rimus autem mouens in genere est mouens quod mouet seipsum & illud mouetur: & de hoc ponimus modo nostrum studium ad inuestigandum. **A**lterum autem est mouens non motum vniuersum: & de hoc inquirimus posterius quantum pertinet ad pbens negotium. **Q**uod ergo sic mouetur quod ipsum non mouetur ab alio extrinseco sibi: illud necesse est moueri a seipso: & illud est primum mouens per rationem predictam. **A**mplius etiam alio modo apertiori est aggredi ipsam eandem rationem que habita est. **O**mne enim mouens oportet quod aliquid moueat: & per aliquid sive aliquo quod est sicut instrumentum mouendi: & hoc patet ex hoc: quod sicut habitum est omne quod mouet: aut mouet seipso: aut mouet quodam alio quod mouetur primum ab ipso. **L**utus exemplum est: quia cum animalium mouet aliquid: tunc anima mouet sicut motor: immobilis: sed videtur corpore sicut instrumento sui motoris: & per illud mouet. **E**t si velimus accipere quod est causa motus: & est motus: tunc erit ratio clarius: quia tunc homo motus seipso mouet aliquando aliquid: & aliquando videtur baculo per quem mouet sicut instrumentum: & ideo quod dicimus in prehabita ratione esse medium mouens inter primum mouens & vltimum motum: hoc dicimus esse instrumentum: sed in nomine instrumenti clarius est quod dicitur: quia instrumentum sonat ut ab alio motum semper: & modum instrumenti habet corpus: quod mouetur ab anima: & est extrinsecum aliquid mouens sicut baculus. **E**t huius exemplum est: quando ventus proicit sine medio instrumentum: & aliquando dicitur proicere lapidem quem proicit ventus: & tunc lapis mouet sicut instrumentum: nec tamen dicimus quod ventus moueatur a se: sed potius mouetur a generante quod dat ei talem motum: & per hoc quod dat ei talem leuitatem: & de hoc in libro meteororum erit locus optimus tractandi: & simile est de magnete qui mouet ferrum per hoc quod alterat solum virtute

Ex. 7. c. 33.

vide d multi pluri inductio ne Auerrois a prior. c. 23

Ex. 7. c. 33.

Ex. 7. c. 34.

Ex. 7. c. 33.

2. meta. l. c. 44

Ex. 7. c. 33.

Primum mouens duplex e vide p hoc distinctione d gna none & corru ptioe. Ex. 7. c. 33.

Ex. 7. c. 33.

vide d attra ctioe magnete. 116. 7. pp. c. 10.

virtute sua: et generat aliquid circa ipsum. Cuius signi est quod kakabrie non attrahit calamos nisi prius calefiat: ut per calorem eius virtus eius spargatur vsq; ad calamus: et per hoc aliquid forme sue generet in calamo: per hoc quod calamus moueatur a kakabrie: et sic in omnibus est quod omne quod mouetur ab alio mouente quod mouet aliquid mouetur et mouet alia: quod est sicut instrumentum mouendi: et impossibile est motum aliquem fieri: nisi sit aliquid quod seipsum mouet: et illud quod seipsum mouet compositum erit ex mouente quod non mouetur omnino: et ex corpore quod mouetur et mouet sicut instrumentum mouens. Sed in hoc est differentia mouentium: quod si sit quidam mouens seipsum mouens: tunc non est necessarium: quod sit aliquid aliorum mouentium que mouent in hoc quod ab alio extrinseco sibi mouet: sed si mouens sit extrinsecum et sit ab altero motus extrinseco sibi: tunc oportet quod ante illud sit aliquid mouens seipsum per rationes superius postam: in qua probatum est: quod omne mouens motus ab altero mouente extrinseco sibi reductur ad aliud mouens quod mouetur a seipso: et non ab altero: aut oportet: quod in infinitum abiret: et tunc omne mouens mouet sicut instrumentum: et hoc est impossibile: quia non potest omne mouere instrumentum aliter nisi aliud sit mouens seipso quod vltimus mouet id quod mouet instrumentum. Si ergo datur quod id quod mouetur mouet: tunc necesse est hoc in aliquo numero mouentium stare: et non abire in infinitum: stabit enim in eo quod mouet seipsum: sicut habitum est: et hoc manifestum est in omni ordine mouentium. Si enim baculus mouet et baculus mouetur a manu: tunc manus mouet baculum. Si autem et manu aliquid aliud mouet: et hoc iterum aliquid est mouens: et cum id quod mouetur moueatur ab aliquo: tunc semper necesse est quod aliquid sit prius eo quod mouetur ab alio donec deueniatur ad illud quod mouet ipsum per seipsum: hinc enim hoc mouetur: dummodo tamen non sit ipsum mouens aliquid aliud extrinsecum: et distinctum ab ipso sicut esse: tunc necesse est: quod illud moueat ipsum seipsum quare sicut ista rationem que sumpta est a ratione instrumentum mouentis: et eius quod mouet instrumentum: eo quod omne id quod mouetur: aut oportet quod sine aliquo medio moueatur ab ipso quod mouet seipsum: aut si per media multa mouetur: tunc decurrendo per omnia media instrumentum mouentia aliquando deueniatur in id quod mouet mouendo seipsum: et hoc erit primum motum mouens.

Cap. 6^m. Q. primo primus motor: est omnino immobilis ut per hoc concludat quod id quod est causa omnis motus est mouens seipsum.

Sicut nos dicimus: quod inter duos motus contrarios in eodem mobili sibi succedentes necesse est esse distinguens tempus quietis interpositum. Ita necessarium est: quod inter oia duo tempora sit nunc dividens tempus prius a posteriori secundum actu sumptum: et illud quidem est: ut principium temporis sequentis et sicut finis temporis precedentis: et sic est inter duo tempora quietis et motus. Unus enim tempus precedit: et aliud tempus posterior est quietis que intercidit inter duos motus: et necesse est hec duo tempora distingui per nunc: quod est finis prioris: et principium posterioris. Et per eandem etiam rationes distinguuntur tempus quietis precedentis per aliud indivisibile: nunc autem tempus motus sequentis qui vocatur reflexio. Et quia sicut nunc duobus distinguitur tempus quietis a temporibus motuum: quorum unus precedit: et alter sequitur: tunc necessarium est: quod inter illa duo nunc in toto tempore res quiescat. Et manifestum est nisi aliquis modo dicto dicat sic fieri temporis divisiones: quod scilicet fiant per signum temporis dividens inter tempus prioris motus: et posterioris quietis: vel motus si sequatur motum: tunc semper sequitur inconueniens: sed oportet quod in divisibili signo dividatur tempora duo: quod tamen secundum rei veritatem non est nisi posterioris rei facte et constitute per motum: et non prioris transmutationis: sicut nos statim infra probabimus. Inconueniens autem: quod sequitur si aliquis dicto modo tempora non dividat que se immediate consequuntur est: quod sequitur idem simul in vno tempore esse et non esse: et sequitur: quod quando res iam fuit facta quod ipsa non est. Sed antequam nos declaremus ista consequentia dicamus nunc signum distinguens quolibet duo tempora sibi succedentia: sicut enim punctus dividens linee commune est prioris et posteriori: ita et indivisibile temporis quod est signum divisionis temporis est commune duobus temporibus. scilicet prioris et posterioris: et est idem et vni numero: sed ratione non est idem: quia alia rationem huiusmodi est principium: et alia quando est finis: quia est finis prioris: et secundum posterioris: sed tamen nunquam secundum rem refertur ad motum precedentem: quia motus non est in nunc sed potius realiter est ad passionem que posteriorius per motum est facta ad quam facta motus terminatur. ubi gratia: si per alterationem fiat aliquid album: tunc in toto tempore est alteratio: sed album factum est in nunc: et sic indivisibile signum adiacet non prioris motus: sed passionem sine reflexione per motum qui est terminus motus. Et si queratur quare non solum refertur ad secundum motus quod est indivisibile: dicendum est de hoc tamen rationem assignavimus in sexto. quia scilicet secundum abijcit: et finis manet: et est dignus: igitur refertur magis ad finem quam ad principium: eo quod ipsum nunc solum est quod esse accipit in tempore. Similiter autem de transmutatione nihil manet nisi res in qua terminatur: et ideo ad illa refertur nunc quod solum est in tempore. Hoc de habito autem consequentia prius inducta verificabimus. Sed oportet prescire: quod quidam non talem ut nos dicebant fieri divisionem temporis. Sed dicebant tempus dividit a tempore per tempus medium: et dicebant dividens tempus et etiam divisas tempus etiam ex indivisibilibus esse composita: quod nos in sexto improbanimus sufficienter. Si igitur tempora dividuntur tempore: sicut dicitur adnecessarij sint tempora duorum motuum: siue motus et quietis: et tempus dividens etiam ea. a. b. c. ita quod tempus procedens sit. a. et tempus

202.2.c.69.

p z

Physicorum

posterius sit. b. et tempus dividens si hoc possibile est sit tem-
 pus. c. res aut que per motum facta est sit. d. sicut si dicerem
 d. esse album: vel non album factum per alterationem precedere
 tem. Dicamus ergo qd in toto tempore. a. ipsum. d. sit albus: et
 in toto tempore. b. sit non albus: ergo cum aliquando factum sit non
 album: opz qd in. c. si tempus sit albus et non albus simul. Si eni
 c. qd est distinguens tempora est tempus: tunc ipsum est pars temporis prioris
 ultima: et pars temporis posterioris prima: et ratio eius qd est
 pars prioris est in ipso. d. albus: qd positum est in toto prioris
 esse album: et ratione eius qd est pars posterioris prima: tunc
 in ipso est. d. non album: quia positum fuit qd in toto poste-
 riori tempore sit non album: et quiescat in non albo. In toto au-
 tem prioris qd est tempus motus quo movetur. d. de non albo ad non
 esse album est ad hoc album: quia quoad durat motus: tunc
 non est in termino motus: terminus autem istius motus est
 esse non album perfecte: ergo in tempore eodem qd est. c. ipsum
 d. est album et non albus: qd est impossibile. In qualibet eni
 parte verum est dicere: qd ipsum est album: sed positum erat
 qd in toto. a. esset album: et in qualibet ipsius. b. non est albus:
 quia positum erat ipsum in toto. b. perfecte esse non albus. Et
 ergo. c. sit tempus qd est in vtriusq; ut pars quedam vtriusq; tunc
 oportet qd in. c. sit simul album: et non albus: et cum ipsum dicat
 ab adversario esse tempus indivisibile: tunc sequitur qd in te-
 pore indivisibili sit simul album et non albus perfecte: quia
 oibus modis verum est qd differentia distinguens inter duo
 est aliquid vtriusq; cum non sit terminus indivisibilis vtri-
 usq; ut dicit adversarius: sed tempus tunc erit necessarium pars
 vtriusq;: et sic sequitur necessarium prehabitu inconueniens: non
 igitur est dicendum qd. c. distinguens inter duo tempora sit te-
 pus: sed indivisibile temporis: qd est finis temporis prioris qd
 est finis alterationis albi ad non album: unde dicendum: qd
 in qualibet parte temporis. a. sit ipsum. d. ad hoc album: non
 tamen in quolibet indivisibili qd illius temporis est albus: quia in vi-
 timo indivisibili non refert ad motum: sed ad rem posteriorem factam: p-
 motum est ipsum primo non album factum: sic igitur alteratio ab al-
 bo terminatur ad non esse albus: et ideo in quolibet qd est in
 a. tempore est album preter ultimum nunc: qd signatur per litte-
 ram. c. quia illud sicut prius dicitur: est tunc eius qd est poste-
 rius: sicut terminus in motu: et ab illo eodem inchoat sicut
 ab indivisibili primo tempus quietis eius in eo qd est perfecte
 non albus esse: quia si dicat fieri aliquid albus in toto. a. tpe: siue di-
 catur etiam corruptum in toto. a. tpe: tamen opz qd in termino fi-
 nali eiusdem temporis dicatur terminari generatio albi: siue corru-
 ptio eiusdem: unde cum illi termino attribuat. c. in ipso. c.
 dicitur esse generatum vel corruptum in eodem. c. ergo primus
 in illo tpe finali verum est dicere qd est albus qd ante fiebat
 album in toto continuo tpe ad. c. distincto. Et in illo verum
 est dicere: qd primus est non album perfecte si corruptum ponatur
 in continuo tpe prioris qd continuatur ad indivisibile vlti-
 mum: qd est. c. aut oportet dicere primus inconueniens. f. qd
 cum factum est. a. sequitur ipsum ad hoc non esse: aut cum corru-
 ptum est. a. sequitur ipsum ad hoc esse: aut etiam simul esse al-
 bum: et non esse album: et omnino hoc est universaliter esse et
 non esse erunt simul in generatione et corruptione: et ista consecutio
 est manifesta in hoc qd predictum est: quia si dicamus aliquid
 generari in toto. a. tunc in nulla parte ipsius est generatum:
 ergo non est generatum in vltima: ergo in vltima ad hoc ge-
 neratur: sed vltima est distinguens inter tempus et genera-
 tionem: et ratio eius qd est generari non est factum: sed ge-
 neratur ad hoc: ergo in eodem in quo est factum non est fa-
 ctum ad hoc. Si autem ponantur duo tempora corruptio et
 corruptum esse distingui per tertium: tunc sequitur: qd aliquid erit
 cum corruptum est: sicut pater cuilibet ex predictis per sese mo-
 dum deductionis. Qualiter autem sequatur aliquid esse albus:
 et non esse album: simul superius ostendimus: sed talis di-
 stinctio temporis est omnino impossibilis. Si autem sicut iam dictum est:
 id qd prius est in non esse fieri prius qd sit: et suum fieri termi-
 natur ad esse: tunc oportet qd simili sit in tempore: qd. f. tempus qd
 mensurat fieri terminetur ad indivisibile in quo est primo
 res facta: et hoc non est distinguens inter duo tempora. f. tempus qd
 mensurat motum siue fieri: et tempus qd mensurat quietem in esse: et
 illud indivisibile est ad vtriusq; temporis: sed non aliquid ut

pars: sed potius ut signum indivisibile distinguens vni ab
 alio: vnius finis et alterius principium existens: ergo non est
 possibile qd illi dicatur: qd tempus dividatur in aethera tem-
 pora: et vnum aethera tempus distinguat inter duo alia aethera
 ma: ita qd tria aethera sint se consequentia. Si eni sicut prius
 posuimus ipsum. d. qd fieri posuimus album factum est al-
 bum in toto. a. tpe: aut si dicamus cum illo simul fieri. c. tunc
 in altero tempore indivisivo habito et consequenti post illud: aut
 etiam cum his dicatur fieri in tertio aethera qd est. c. Si autem
 dicatur: qd in. a. toto fiebat: et qd sit non est: tunc ipsum non erat
 albus in toto. a. In. b. autem posuimus: qd non est generatio
 siue fieri albus: sed potius quies in albo: tunc oportet aliquid
 esse medium in quo primo sit album: et hoc est tempus fin ad
 vterfarum: et tunc sequuntur prius habita inconuenientia. Hec
 autem ratio deducens ad impossibile non convenit nobis:
 qui dividimus tempus in aethera: sed dicimus ad distinctio-
 nem temporis compositorum esse in aethera nunc: et non in aethera
 mo tempore. In vltimo eni ipse temporis in quo fiebat res quan-
 do fuit in motu et mutatione res ipsa est in factum esse et in esse:
 quia sicut vltimum temporis est indivisibile nunc: ita vltimum
 eius qd est fieri est factum esse et habere autem indivisibilitatem
 vltimo temporis precedentis nihil est habitum: hoc est conse-
 quens eiusdem temporis: neque finem nostrum dicitur indivisibile esse con-
 sequens ad indivisibile: quia indivisibile est terminus non
 nunc sed temporis: sed indivisibilia tempora que illi ponit
 sunt consequentia se immediate. Ex his igitur manifestum est:
 qd si aliquid fiebat in. a. toto tempore: tunc non est addendum
 aliquid plus temporis in quo fiebat et factum est: qd solus illud
 in quo toto fiebat: quia fiebat in qualibet parte illius tem-
 poris: et in vltimo eiusdem indivisibili factum erat: et hoc non
 erat additum tempus: sed tempus eiusdem. Non igitur di-
 cendum est qd. c. tempus addendum sit ad. a. tempus in quo
 dicatur factum esse id quod fuit in continuo fieri in. a. post-
 terio enim illa rei non concordat: sed potius nostra positio con-
 cordat rei more: ut patet ex predictis. Sic ergo modo per-
 fecte probatum est qd inter quoslibet duos motus est tempus
 quietis: et inter quoslibet duo tempora est instans indivisibi-
 le finem actum dividens: ex quo vltimus probatur: qd tales mo-
 tus referri non sunt continui. Iste igitur rationes proprie et
 demonstrative quibus aliquis credit qd non est motus con-
 tinuus et perpetuus in recto vel supra circumulum: quia vna ra-
 tio est in ambobus.

Cap. 7^m. De logicis rationibus: quibus probatur qd mo-
 tus continuus et perpetuus non potest esse in recto.

Rationaliter
 li sunt propria que sunt logicalia intendenti-
 bus et procedentibus videbitur idem accide-
 re qd prius qd. f. motus continuus non potest esse
 reflexus in recto. **C**Omne enim qd continue movetur natu-
 raliter vel voluntarie venit in idem a principio motus et
 in fine et in medio eiusdem nisi violenter prohibeatur ab alio
 quo. Dico autem moveri continue finem naturam: vel finem vo-
 luntatem: sicut illa que a se moventur: quia infra probabi-
 mus qd motus violentus non potest esse continuus. **Q**uod au-
 tem omne naturaliter motum vel voluntarie in idem veni-
 at finem loci mutationem posterius in moveri quo venit prius
 in motu eodem: probatur ex hoc: qd motus non est nisi for-
 me ad formam: vel ubi post ubi: et ideo per omnes partes mo-
 tus motum ipsum aliquid continue amittit de eo unde est
 motus: et continue acquirit aliquid de eo ad quod est motus:
 et sic prius et posterius in motu venit in idem: verbi gratia.
 hoc autem modo venit in. b. et prius in eo fiebat in idem
 b. et non tunc fertur in. b. cum proximum est ad ipsum: sed est
 am mor: cum incipit moveri sicut dicitur prius. Que enim
 esset ratio quare non magis fertur in. b. cum proximum est
 b. qd prius quando fuit remotum: cum totus motus sit ac-
 ceptio eiusdem forme: vel eius ubi quod est terminus ipsius?
 similiter autem est in omnibus alijs motibus. Si igitur vnus
 et continuus motus est reflexus in recto sit illud rectum. a. c.
 linea. Si enim continuus et vnus est motus reflexus super
 a. c. tunc vnus et continuus est motus ab. a. in. c. et reditus et
 c. in. a. et terminus formalis totius reflexi motus finem vnam
 reflexionem

L. 1. c. 6. 70.

reflexionem est. a. ergo fm premiffa quando aliquid fertur ex a. in principio reflexiui motus: tunc fertur in a. et venit in c. ex quo datur: qd mouetur continue in eundo et redeundo: ergo quando fertur ab a. in c. tunc fertur in a. fm motus vnus qui est a. c. hoc est: ac si dicatur qd quando aliquid fertur a sursum in deorsum: qd tunc fertur in sursum: et quando aliquid fertur de albo in nigrum: qd tunc fertur in albu. Quando autem aliquid sic fertur: tunc fertur fm motus contrarios: ergo in eodem simul sunt motus contrarij continui sine quietis interpositione. Ad motus enim qui sunt fm rectitudinem inter situs oppositos contrarij sunt. Similiter autem ex hoc sequitur: qd idem quod fertur mouetur mutando ex eo in quo nondum est: quia cum ex a. mouetur in c. tunc mouetur in a. vt dicit aduersarius: sed non mouetur in a. nisi ex c. Quia igitur non fit in c. quando mouetur ex a. ad c. tunc sequitur: qd mouetur ex c. quando nondum est in c. Si autem impossibilia ambo sunt: tunc necesse est stari in medio omnium duorum contrariorum motuum in eodez motu si bi succedentibus: ergo in c. statur. Non est igitur vnus motus ab a. in c. et a. in a. reditus enim non est vnus statui: nec etiam motus: hec autem ratio ideo logica dicitur: quia est vniuersaliter ex omnibus motibus conuenientibus et notis manifestam est: qd dictum est si loquamur de hoc quod est magis vniuersaliter omni motui. Si enim omne quod mouetur aliquo dictorum in 6. motuum mouetur et quiescit aliquid quietum ibi determinatarum: tunc nullus motus neqz quies erit preter istos qui ibidem sunt determinati. Omne autem quod non semper mouetur vno et eodez motu fm speciem: et non mouetur motu qui est pars alterius motus necesse est prius quiescere fm oppositam quiete illi motui qui mouetur: et hoc est ideo: quia motus nunqz est ad motum: neqz ex motu: sicut in superioribus probatur est: nisi sit pars illius motus: vel nisi sit hoc per accidens: sicut illuminatio est finis motus candele. Illud vo qd mouetur motibus diuersis fm speciem non semper mouetur motu eodez fm speciem: ergo motus eius procedit ex quiete opposita motui: si enim actus procedit ex priuatione et potentia: quia quies est priuatio motus. Si igitur illi motus sunt contrarij qui fm rectitudinem sunt ad oppositos situs: et non conuenit aliquid simul moueri fm contrarios motus: oportet absqz dubio pcedere ex quiete opposita motui et non a motu opposito immediate: ergo illud quod fertur ab a. superiori ad c. inferi? vtiqz non simul cum illo: nec immediate post illud fertur etiaz a. c. in a. Quoniam igitur non simul fertur his contrariis motibus: neqz vnus continuatur ad alterum: et constat: qd mouetur aliquid fm alterum illorum motuum: tunc necessarium est qd moueatur a quiete illi opposita motui: ergo ante qd erit reuertendo ab ipso. c. ad a. absqz dubio quiescit in ipso. c. Sunt enim bec opposita. si quies in ipso. c. et motus ab ipso. c. in id quod est a. Ad manifestum est igitur ex his que dicta sunt: quoniam isti motus non sunt continui ex quo interponitur eis quies. Amplius autem et hec ratio quaz modo inducimus inter rationes logicas et communes est magis continuaata proposito: et magis propria illi qd ille que inducere sunt prius: et deducens ad impossibile: qd habitus est in procedentibus. si qd sequatur qd in eodem nunc simul factum est album aliquid et corruptum non album: quia sicut diximus in prehabitis qd generatio et corruptio vtriusqz no fit nisi finali instantis motus vel mutationis. Si igitur continua et vna dicatur alteratio que est ex non albo ad album: et conuerso ex albo ad non album: et non sit mansio sue quies inter duos alterationes in tempore aliquo: tunc est vnus instans vtriusqz alterationis finale. Cum igitur in vna alteratione corruptumpatur non album: et fiat albus: et in altera corruptumpatur album: et fiat non album: oportet qd omnia ista fiant in istantia: et sic alterationis eorum tempus terminatur ad idem nunc numero. Tria autem sunt. scilicet factio albi: factio non albi: et corruptio non albi: quorum sunt quatuor fm rationes. scilicet corruptiones: vna albi et altera non albi. Amplius si contum dicatur esse tempus duorum motuum contrariorum: tunc etiam oportet: qd ipsi motus sint continui: sed moro est: contrarij consequenter sunt et non continui. Quis probatio est: quia non posset assignari causa: quomodo erit vltimus duo

rum contrario: vni: sicut albedinis et nigredinis: ergo etiaz tempus est consequenter et non continuum: ergo non potest esse vnus et continuus motus reflexus de contrario in contrariis: et conuerso supra rectam dimensionem: et hoc est quod intendimus probare.

Cap. 8^m. Q. nullum inconueniens impedit quando circularis motus possit esse continuus fm omne tempus.



Motus autem qui est circularis erit vnus et continuus indeficienter. Nullus enim predictorum impossibilis sequitur: si circularis dicatur esse vnus et continuus semper. Qd enim mouetur in ipso est circularis qui non mouetur de contrario in contrariis: sed potius ab eodem in idem: sicut si punctus inceptionis eius gnetur per a. tunc mouebitur per totum motum in idem punctum. a. fm eadem rationem et situm: qd non facit reflexus: qd mouetur ad contrarias oppositiones et situs. Omne enim qd mouetur: mouetur in hoc ad qd venit per motum suuz: sed circularis deueniet per motum suum in punctum: incipiet ergo moueri ab ipso: ergo motus eius est ab eodez in idem: et sic nulla contrarietas situs vel formarum contrariaruz impedit continuationem eius: quia non similiter alijs motibus mouetur per contrarios situs: neqz in oppositos terminos: et situs: non enim est verum qd omnis motus qui est ex alio sit contrarius illi qui est in illud vel oppositum ei. Sed hoc est verum de omnibus motibus qui sunt in linea recta: quia illa habent contrarietatem fm lineam rectam in qua marima est distantia: sicut distantia fm extremitates distant plurimum: et sunt oppositi motus qui sunt fm eandem longitudinem in spatio fm terminos oppositos longitudinis eiusdem: sicut etiam sursum et deorsum. In spera autem non est marima distantia. Spera enim diuiditur in centrum et circumferentiam que maxime distant: et motus circularis no est nisi circumferentia: sicut subiecti qd mouetur circa centrum: et non ad centrum: et ideo cum sit in eadem circumferentia nihil est qd prohibeat eum moueri continue fm continuum: et tempus nulluz deficere continuationi eius: quia nullus punctus per motum spera in actu describitur super spera: sed omnes sunt in potentia: et ideo nusqz diuiditur motus sicut patet ex predictis. Est enim circularis motus ab eodem in idem continue. Rectus autem est ab vno in aliud: qd est oppositum primo. Et est alia ratio eiusdem rei quam diximus: quia. scilicet quando motus est in circulo: tunc nequaquam est motus in eiusdem sepius fm situm sed semper fm duos arcus: quorum vnus eleuatur et alter deprimitur: et per vnum motus fit: et per alterum regyratio. Ad motus enim qui reflexus est fm rectitudinem in eiusdem est: quia super eandem longitudinem vadit et reuertitur: et non ab eodem in idem: sed de alio in altum. Quoniam igitur motus circularis semper fit de arcu alio in alium conuenit ipsam fm omne tempus moueri continue. Ille autem qui est in eiusdem multotiens non conuenit moueri continue: quia in eiusdem partibus positionis modo potest esse nisi fm contrarios terminos: et tamen a contrarietate terminorum motus sunt contrarij: oportet qd contrarij motus essent continui sicut patet ex prehabitis. Et hec eadem est causa: quare neqz super semicirculum: neqz in aliquid portione circuli siue circulatione quacumqz: qd est eundo et reuertendo super eodem arcuz semicirculi ad duo extrema puncta eborde cuiuscumqz subtense arcui non potest esse vnus et continuus motus: quia omnibus his modis oportet: qd id qd fertur multotiens transfret eundo et redeundo super arcum eundem circuli: que mutationes essent habetes in hoc contrarietatem: vt supra diximus: quia sifterent se: et corrupterent se inuicem. In nullo enim talium arcuum copulat finis ad principium: sed in omnibus eis per extremitates arcuum signantur duo puncta in arcu substantialiter diuersa: et vtriusqz eo in motu reflexo: super arcuz accipitur vnus in substantia et duo in ratione. Quia enim finis motus ad ipsum: et vt ad principium motus ab ipso: et sic necessario illis duobus motis interponitur quies: et sic discontinuatur motus. Ad motus enim qui est circulariter et est circuli circularis in quolibet puncto copulat finem ad principium: quia nullum huius punctum actu descriptum in circumferentia: et ideo nusqz incipitur motus: sed semper manet continuus: et ideo solus hic

L. c. c. 73.

In motu recto vtriusqz est a suo i. p. m.

Que sit r. d. lo. gica. vide et Comentarozē p. celi. cō. 70. L. c. cō. 71.

L. c. cō. 72.

motus est perfectus cui nihil addibile est: sicut nec circulo aliquid potest addi: sicut ostendimus in primo de ce. 7. mun. **Ex. 7. c. 74.** **C**Et hac autem divisione omnium eorum supra que vel inter que potest esse motus manifestum est: quoniam non convenit alios motus preter localem esse continuos: et quiete non interruptos: quia omnes illi motus sunt inter illa extrema de terminante contraria vel contradictoria: si debeat non desistere: oportet quod eadem multoties moveantur secundum easdem fortissimas distantias eundo vel revertendo: et ideo secundum predicta non possunt esse motus continui sicut in alteratione sit reflexio secundum eadem media duorum extremorum inter que est motus alterationis: et similiter in motu augmenti et decrementi quod est quantitatis in genere motus reflexio fiet secundum eadem media duorum extremorum inter que est augmentum et decrementum: et similiter est in generatione et corruptione quantum ad reflexionem que est inter esse et non esse inter que sunt mutationes due generationis et corruptionis. Et non est differentia in hoc: utrum media per que est reflexio sint pauca aut multa: aut nulla: quia interruptio motus non est propter media sed potius propter extremum quod videtur uno vel duobus in omni reflexione: sicut patet ex prehabitis: et ideo siue media sint multa: siue nulla: et siue medius aliquid esse ponatur vel medium in toto auferatur semper accidit multoties reflexio propter eandem distantiam eorum extremorum propter quod motus discontinuatur per quietes interpositas. Et ex his manifestum est: quod physici: hoc est loquentes de natura: qui confenserunt nobiscum quod necesse est aliquem motum continuum esse in natura: et non bene dixerunt specificando hunc motum in eo quod dixerunt quod iste motus est quo moventur omnia sensibilia semper. Si enim sensibilia moveantur: oportet quod moveantur aliquo predicto: um motuum qui sunt motus ad formam substantialem vel accidentalem: quia videmus bene quod semper moventur localiter: et secundum physicos magis moventur motu alterationis. Dicunt enim omne corpus sensibile semper fluere et corrumpi propter actionem et passionem continuam primarum qualitatium in eis: propter quod etiam indigent quiddam eorum cibo propter deperditam restaurationem. Adhuc dicitur: quod generatio et corruptio sit alteratio: et quod accidentia in nulla bona vel parte boni remanent eadem: et huius fuit auctor: primus Heraclitus Ephesus: et postea adhuc Seneca: et sane adhuc multi defensores huius erroris. Ratio autem quas nos nunc inducimus probat de omni motu videtur: quod secundum illud motum esse non movetur continue nisi secundum circulationem: ergo nec quod secundum alterationem: nec secundum augmentum vel decrementum convenit moveri continue. Nec ergo nobis sufficiens sunt dicta: quod nulla mutationum est infinita: hoc est continua per totum tempus nisi illa que est circuli motus.

Cap. 9. Q. solum motum circulearem convenit esse perfectum et primum incorruptibilem.



Motus autem inter omnes motus solus motus circularis primus et perfectus sit: sicut solus est continuus et perpetuus: erit manifestum ex his que nunc inducuntur. Sicut enim diximus in prehabitis: omnis motus secundum locum: aut est in circulo: aut in recto: aut est mixtus ex utroque. Ad idcirco enim dicimus: aut in linea quod ratio que sibi vel principium non copulat: aut in linea curva: quia ille formaliter componitur in recto et circulari. Hec enim habet linea curva formaliter per hoc quod est terminata punctis. Hoc enim cadit in definitione linee recte: sic patet in primo Euclidis. Formam autem circuli habet in hoc: quod habet convexum et concavum: sicut omnes arcus circuli. Sed ad hunc qui mixtus est necesse est prius esse illos qui sunt simplices: quia ex illis componitur ut dictus est: et compositio sunt ante compositum: sed circularis est prior recto: eo quod ipse est magis simplex et perfectus magis quam rectus. Et quod ipse sit magis simplex probatur ex hoc: quod si circulus duplicis sit forme concave. scilicet conuere: et linea recta sit simplicis: et id eo linea recta sit ante circulearem: tamen non est simpliciter de motu: et ideo cum motus circularis copulet sine principio: et rectus habeat diversam actu finem et principium: ideo circularis motus est ante rectus: et simplicior ipso. Quod autem sit magis perfectus quam sit rectus: probatur ex hoc: quod

motus rectus non potest esse in infinitum protensus. Si enim protenderetur in infinitum hoc esset altero duorum modorum: aut enim esset hoc ideo: quod in linea super quam est motus protenditur in infinitum: aut quod reflectitur super lineam finitam: sed quod reflectitur non oportet improbare: quod satis improbatum est. Quod autem non sit linea infinita actu ostensum est in 3. libro supra: ubi probatum est quod nihil est infinitum in actu. Et etiam si poneret per impossibile nihil moveret supra ipsas: quod sicut probavimus in fine tertii quod impossibile est fieri nunquam sit vel incipit fieri. In infinitum autem impossibile erit motus fieri rectum: cum omne movens intendat finem determinatum: quod sequitur per motum: quod aliter moveret in vanum: vanum autem non est in operibus nature: sicut ostendimus in 2. libro supra. Si autem diceretur quod esset reflectens in eo quod est finitus rectum: sic duraret in infinitum: tunc esset ex duobus oppositis motibus: et essent duo motus: et non unus continuus: quod inter omnes eos intercedit quies: sicut ostendimus prius. Oportet ergo quod omnis rectus sit finitus: omnis autem rectus finitus possibilis est ad receptionem additionis: ergo imperfectus est et corruptus: sed enim forte ascensionis ignis nihil possit addi: nec descensionis terre: tamen motui in genere possibile est addi: sicut linee recte: ita quod adhuc manet in ratione recti motus in quantum est rectus. Sed circularis in quantum est circularis nihil addit potest quin maneat circularis: ergo rectus est cessans in tempore: siue corruptus. Circularis autem in quantum est circularis nunquam potest cessare: quod si cessaret hoc esset in effectu qui actu describeret super circulum: et talis nullus est in circulo: quod si aliquis esset in circulo: tunc in illo picto reciperet circulus additionem in potentia. Id autem quod est perfectum et incorruptibile et incessabile secundum tempus est prius tripliciter: scilicet natura tempore: et diffinitione: et imperfectum et corruptibile: et veritas omnium harum plana est ex supra habitis. Amplius inter motus priores motus est ille quem convenit esse perpetuum: quod ille quem non convenit esse perpetuum: sed circulariter: rem convenit esse perpetuum et nullum alium: neque loci mutationem videlicet aliam: neque alium motum quocumque dicitur esse perpetuum. In omnibus enim talibus quando reflectitur: vel quando sunt in extremo ad quod est motus: oportet fieri statum et quietem. Cum autem quies sit privatio motus: tunc oportet motum cessare et corrupti quando intercedit quies. Et rationabiliter accidit unum solum circulariter esse unum et primum et non rectus: eius enim quod movetur in recto determinatum est principium et medium et finis: et omnia hec in seipso habet secundum actum: et non secundum potentiam. Indivisibile enim recti est indivisibile: et similiter finis: et ideo in omni motu recto necesse est esse duas quietes: unam scilicet a qua est motus: et aliam ad quam est motus. Ad idcirco autem quod actu est in recto non est indivisibile: sed totum quod interiacet duobus indivisibilibus: hoc est in quo est motus ipse: quod probatum est in 4. quod motus non est nisi in intermedio et non in extremis que sunt principium et finis: ergo quicquid movetur in recto habet determinata rem incipit quod movetur: et ubi finis est motus: et ubi movetur quod movetur quiescit iuxta terminos: unde est motus siue sit terminus ubi: hoc est ad quem est motus. Nec autem omnia putantur ipsius motus circularis sunt indeterminate. Si enim hec in circulo differentia accipiantur: que posset esse ratio: quod principium unum magis esset principium vel medium vel finis quam aliud: ex quo omnia sunt in potentia et nullum in actu descriptum super preteritam. unumquodque enim secundum suam similitudinem et principium est et medium et finis: quod in omni puncto possunt imaginari principium arcus: vel medium vel finem: secundum quod voluerit: ergo motus circuli semper est equalis in principio medio et fine: et nunquam in aliquo istorum: quod potentia semper est in principio medio et fine: et nunquam secundum actum: et hec est etiam causa: quare spera quodammodo movetur et quodammodo quiescit: sicut dicitur mus ante finem tertii supra. Non quidem ut quidam dixerit ut quiescat secundum totum et moveatur secundum partes: sed quod in totum movetur formaliter et non secundum subiectum: secundum partes autem movetur et formaliter et secundum subiectum: quod partes renouantur in motu spera de ubi ad ubi. Spera autem immobilis est sita: quod subiectum eius semper eodem retinet locum. Quod autem huius est: quia omnia hec que sunt principium medium et finis esse accidit centro spera: siue centrum accipitur mathematice pro puncto indivisibili: siue accipitur physice pro corpore sperico quod est in centro: hoc est pro terra. Spera enim tota dividitur in duo:

Ex. 7. c. 74.

2. ph. 1. c. 74. 2. indc.

Ad qdo motu recto pot addito fieri no aut circu lart.

Ex. 7. c. 76.

Ex. 7. c. 75.

In duo: In circiferentia. s. 7. centris: 2. centris est principium me-
 ditum: 7. finis sere: 7. magnitudinis eius. 2. 3. aut ista ro mathe-
 matica sit: tamen applicat pbyctis inquatu qones pbyctico-
 ra subalternat mathematicis: ita q in mathematicis est
 ppter quid: in pbyctis qua. Omnis enim sfera magnitu-
 dinis sue principiu habet centru: inquantus est magnitudo
 circa centru vni equali circūducta. Ad id aut habet ipm
 fm q est motus eius vnus motu localis: q tūc erit motus
 tres. s. sursum 7. deorsuz: hoc est a medio 7. ad mediu 7. circa
 mediu. Finis aut est qnuitatis: eo q magnitudo tota spe-
 re ipsius qnuitat ad centru: 7. ideo etiaz ois virtus eoz que
 sunt in circiferentia refertur ad centru: nec alibi vniur ni
 si in ipso. Et huius causam dicit Ptolomeus in libro
 qui vocatur arabice Alarba: 7. latine Quadrupartit: q ra-
 dij stellar nō pgregant nisi in cetro sere. Et forte etiā huius
 est causa q solum corpus essentialiter sitū in sfera est perfe-
 ctus locus generationis. C Si aut quis obijciat q circife-
 rentia vniuersū nō est corpus generabile: sed corpus centra-
 le: 7. ideo dicat centru nō esse principiu generationis sere.
 C Intellegat q nos nō loquimur hic de corpore mobili contracto
 ad formā pbyctā: sed loquimur hic de eo solū pnot
 habere vbi solū vnde mobile est in genere: 7. ad hec magnitu-
 do sufficit: 7. si sic pphiderat: tūc principiu generationis ei⁹ est
 ex centro: 7. centru est ingenerabile quēadmodū principiu
 generationis. Diximus enim in 6^o libro q nihil prohibet
 aliquid accidere mobili inquantū est mobile: qd tamē non
 accidit alicui mobili pbyctico inquantū est mobile ad formā
 pbyctā determinatā: ppter id ergo qd principiu 7. mediu
 7. finis sere extra circulationē que est motus circuli non est
 aliquod punctū in quo quiescat id qd fertur circulariter si-
 cut in recto necessario sunt duo pūcta vt diximus: in preba-
 bitis: semper enim fertur sfera circa mediu 7. nunq̄ fer-
 tur ad ipsum sicut ad vltimū motus: 7. ppter hoc ipm; sem-
 per quiescit quodāmodo semp mouendo subiectū suum in
 eodē loco totū: 7. nō mouetur p̄tinue: qz motus suus accidit
 quiescentia circa idem centru. Ad huc aut alia rō est: qre prior
 est 7. perfectior: 7. hoc est: qz est mensura oīam motuum loci
 mutatio: sicut enim p̄baret in prima p̄bia: omnia que
 sunt dum mensurant alioquo sui generis principio: 7. qz iste
 motus circularis est primus sicut iam dndū p̄bavimus: tūc
 opz q sit omniū motuū alioy principiu. Ad huc aut 7. hec cā
 est quare puenit ipsum solū esse regularē: qz ille qui est in re-
 cto regulariter fertur a principio vsqz ad finem: omnia enī
 talia quanto plus distant a quiescente primo: a cuius quie-
 te est motus eoz velocius: 7. veloci⁹ ferunt: 7. huius causāz
 diximus superius: qz omnes motus naturales intendūtur
 in fine: 7. violenti intenduntur in principio: sed cum circula-
 ris solum nec principiu nec finem habet in se: nec aptum na-
 tum sit habere: sed extra ipsum: sicut habitum est iam: tunc
 semper equaliter distat a principio 7. a fine: 7. ideo semper
 est vniformis.

Cap. 10^m. Qz omnes pbyctice loquentes testantur motum
 localem primum esse: cui natura inest motus.



Mod autem Loci mutatio fm genus sit
 primus motus testant oēs
 naturales p̄bi quicunqz de
 motu fecerūt mentionē principia motus tra-
 dunt que sunt mouentia fm huiusmodi mo-
 tu qui est localis motus. Disgregatio enim 7.
 pgregatio sunt motus fm locum: 7. tale motum dixerūt esse
 primum in entibus illi qui dixerūt principia prima mouen-
 tia esse p̄cordiam 7. discordiam sicut fecit Empedo. bo: nam
 enim duoz principioy disgregat discordia: 7. p̄cordia pgre-
 gat. Anar. aut qui posuit intellectū agentē esse primū princ-
 ipiu faciens motū: dixit eundē primū motū facere pgregan-
 do 7. disgregando. Similr aut: 7. illi qui nec vnā causam mo-
 uentem dicunt esse: eo q illi dicunt q primi motus sunt p
 vacuū: 7. illi qui dē dicunt primū motū esse loci mutationē:
 7. dicit: q est natura p̄tio: ceteris hic motus. Adnotus enim
 per vacuū aut est loci mutatio: aut est sicut in loco motus: qz
 vacuū hō sit actu: tamē ponitur sicut locus ab ipsis qui sūt
 auctores vacuū. Alioy aut motus neqz vnū dicit inesse prin-
 cipiu primo que sunt fm eos inane 7. atomi: sed poti⁹ op̄i-
 nantur ea que sunt ex atomis 7. vacuo: sicut ex principijs

moueri alijs motibus postq̄ p̄stituta sunt ex ipsis. Dicunt
 enim q res augmentatur: 7. quando imbibit in sua vacua
 atomos: 7. diminuitur quādo emittit eas ex suis vacuis:
 7. similiter dicit: q res generant 7. corrumpunt pgregatio-
 ne 7. segregatone atomoz: qz generationē dicit fieri pgre-
 gatone 7. segregatone atomoz. Alterationē aut non po-
 nebant fieri nisi ex situ 7. quersione atomoz: 7. ideo genera-
 tionē dicebant esse quādam alterationem sicut determinare
 habemus in primo libro perigeneleos. Et hui⁹ quidē sen-
 tentie auctores fuerunt Democritus 7. Leucippus. Eodē
 aut modo quicunqz ponebant generationē fieri per dēstatē
 7. raritatē dicit loci mutationē esse primā inter omnes mo-
 tus. Omnes enim illi ponūt hec sensibilia generata per dis-
 gregationē raroz: vel pgregatōne densoz: prius aut disgre-
 gatōne 7. pgregatōne ostendimus fieri per motū localem:
 qz pgregata mouent a circiferentia versus centru in locum
 paruum: 7. disgregata mouent a centro versus circiferentia
 in locū magnum. Antos aut quidam p̄b̄s sūt huius secte
 defensoz. Amplius aut p̄ter hos omnes p̄latonici dixe-
 rūt animā esse causam motus: 7. animā mūdi esse causāz p̄
 mi motus. Dicit aut loci mutationē esse primā iter motus
 in generatione. Hī enim sunt qui dicit: q illud est principi-
 um primi motus qd mouet ipsum seipsū: 7. hoc dicant esse
 principiu omniū que mouent: sicut patuit in p̄iori tracta-
 tu: quem ei in quo nūc sumus proposuimus. Constat autē:
 q anima 7. omne animatū motū ab anima mouet p̄p̄e lo-
 calē motum si mouetur fm ipsum: 7. nō ab alio sicut nos p̄-
 bauimus supra. Cū igitur fm p̄latonem ita sit in maiori
 mundo: sicut est in minori p̄sentis p̄latonis est primū mo-
 tum in vniuerso esse motū locale. Sic igitur ab omnium na-
 turaliū p̄b̄oz iudicio manifestū est q motus localis prior
 est inter motus: hoc aut rōnale est: qz etiā ipm p̄bi victi rō-
 ne p̄senserūt in id qd loci mutatio est prima: qz in veritate
 illud p̄p̄e 7. per se dicit moueri: 7. primo quidē mouet fm
 loci mutationē. Si enī aliquid quiescat in seipso a loci mu-
 tatione: 7. tamē augeatur: vel decremētum patiat: vel alte-
 retur: hō tūc p̄tingat ipsū quodāmodo moueri alijs motib⁹
 qui sunt ad formā: dicimus: q ipsum nō simplr mouetur: s.
 quodāmodo: 7. huius cā est: qz motus dī p̄ prius 7. posterius: 7.
 prius qdē est motus localis: s. alij motus sūt modi qdā mo-
 tus potius q̄ motus p se. Dicitū igit est nobis sufficēter q
 aliqz motus est qui est semp fm oē tēp⁹: 7. dicitū est qz est ille
 motus qui erit in oī tpe: 7. dicitū est qz est principiu mouēs p̄p̄e
 istius mot⁹. Ad huc aut dē est qz est motus: 7. in gñe 7. in spe-
 p̄mū: 7. quē motū solū iter oēs motus puenit eē p̄petuum 7.
 p̄tinuū: 7. dē est nihilominus a nobis q p̄mo p̄mū mouēs
 est immobile: trāsibimus igit nūc ad p̄siderāda ea que hō dē-
 da sunt de primo motore: 7. finiemus nostrū librum.

Tractatus quartus octauū libri pbycticoz in quo intēdit q
 motores p̄mi sūt ipartibiles nō habētes magnitudinē.

Cap. p^m. Que tractatus intentio: 7. quis dicendorū ordo: 7.
 q nullū finitum mouet mobile finitum fm tēpus infinitū.



Nunc igitur dicemus in
 Ultimo tractatu nri libri: q p̄mū motore ne-
 cesse est esse ipartibile: 7. nō hie magnitudinē
 penitus: hō at p̄tēplari p̄grue nō possum⁹ nisi
 ponamus qdāz p̄mo de his que duo ad nos
 p̄iora sūt. s. de motorib⁹ diuisibilib⁹: qui hōt
 magnitudinē 7. diuisibilitatē p̄ accēs s. nō p se. Ad. n. posu-
 mus in cognitionē p̄mi motoris ventre nisi ex posterioribus
 ipso que sūt p̄ora quo ad nos. Hōz at vnū 7. p̄mū est: q dicit-
 mus q ipole est q aliquid hōis diuisibile 7. finitū vtutē moue-
 at fm tēpus infinitū. Dico at diuisibile vtutē: nē est leuitas vt
 grauitas vt aliquid alia forma corporalis que in maiori mā est
 maior: 7. in minori minor: 7. huiusmodi qdē cām tam ostēdit
 mus in 6^o. qz nō mouet in tēpore infinito nisi sup spatū infinitū:
 tū: 7. tale ipossibile est fieri: vel icipere fieri: 7. iō nullus motor
 corpore⁹ est ad hoc q moueat tali motu. Hui⁹ tū dicemus
 hō p̄p̄ia demōstrationē dicētes: q tali sūt iōi motū. s. q mo-
 uet hoc est subm motus: 7. mouēs qd est efficiēda cā motus: 7.
 tertiū in quo est motus: sicut in mensurante 7. hoc est tēpus.

13 qdō aliq
 rō mathema
 tica pbyctio
 subctis appli
 cari pōt.

Ptolomei
 sententia.

Obiectio.

Solo.

6. pp. t. c. 15.

7. met. t. c. 5.
 7. 7.

Lex. t. c. 72.

P̄rio de ge-
 neratōe a tex-
 tu cōmēti p̄-
 mi vsqz ad. 25

Hōt⁹ loca-
 lis simplr mo-
 tus est: alij at
 poti⁹ sūt mo-
 di qdā mot⁹.
 vide eo. q̄tū
 tertiū p̄p̄y.

Lex. t. c. 72.

Hec autem omnia quando corporales sunt virtutes mouētes: aut sunt simul finita: aut simul infinita: aut quedam sunt finita & quedam infinita: & tunc aut duo sunt finita: & tertium infinitum: aut vnum est finitū: & duo sunt infinita: quecūq; esse illa dicantur. Si ergo possibile est: q̄ mouens finitum mobile moueat tempore infinito: ponamus in terminis vniuersalibus: & dicamus q̄. a. signet mouens corporeum partibile & finitum: & b. signet id q̄ mouetur q̄ est corpus finitum: & c. signet tempus infinitum in quo est iste motus. Cū autem corporea virtus particularis corporis diuisione non sit nisi in corpore: tale mouēs necessario erit corpus: & supra habitum est: q̄ corpus non mouet nisi motum ab alio extrinseco sibi. Tali igitur positione facta ponamus etiam q̄ q. a. mouens est partibile: & q̄. d. significet aliquam partem mouētis que sit aliquota in ipso: sicut in decima vel octa vel media: vel sim aliam aliquam p̄portionem denominatā: sicut sub sexquialtera: & sub sexquitercia: & sic de alijs p̄portionibus que possunt esse inter totum & partem. Similiter ponamus q̄. e. significet aliquam partem eius q̄ fertur vel mouetur: hoc est ipsius. b. que in tali p̄portionem se habeat ad totum q̄ mouetur: sicut se habet. d. ad. a. tūc enim per ea que dicta sunt in vltimo tractatu septimi libri: sicut totum mouet totum: ita pars mouebit partem. It̄ ac igitur positione facta: dico q̄. d. mouebit. e. q̄ est. b. in aliquo tēpore q̄ est minus q̄ infinitum: q̄ iam posuimus q̄ totum mouetur in tempore infinito: & ideo partem oportebit moueri in minori q̄ sit infinitum: & dicamus q̄ illud minus tēpus infinitū signatur per litterā. s. ergo si addam aliquotam equalē mouētis ad. d. mouens: & aliquotam moti ad motum. e. tunc mouebitur ipsum in maiori tempore q̄ sit. s. tātū quantum est ipsum. s. & sic addendo opponam omnes partes mouētis ad mouens: & sim omnes partes moti ad motū: & tunc etiā quiescent incrementa temporis sim partes equales temporis: & q̄ partes sunt finite erit necessario tēpus quod componitur ex omnibus illis partibus finitum: ergo mouens q̄ est equalē omnibus partibus mouētis: & motum q̄ equalē omnibus partibus moti mouet in tēpore finito: sed equalia mouentia mouent equalia mota in equalibus temporibus: ergo tempus infinitū fuit equalē tempori finito: & hoc est impossibile: ergo positio fuit impossibilis ex qua sequit̄: q̄ mouens finitū moueat aliq̄ finitū motū in tempore infinito. Istud autē q̄ dictum est sic intelligendū est: q̄ nō sit p̄portio nisi in diuisione mouētis ad quantitatem temporis: & equalitas velocitatis semper moueat eadem: sicut si totum ex aggregatione omnī partium suarū moueat decem dies q̄ quelibet decima dat ei mouere vñ diem: & tūc necessaria est ista p̄sequentia. Sic enim auferentes cōtinuē ipsi. a. q̄ diuidere posuimus apponemus diuisas partes ab ipso ei q̄ est. b. & tandem p̄sumemus diuidendo per equalia totum. a. & omnes eius partes apponemus ipsi. d. & ipsi. e. Similiter ponemus omnes partes quas fecimus equalē ab ipso. b. cū perueniamus ad totū mouens & mobile: tunc non possumus peruenire per partes temporis ad totum tēpus q̄ est infinitū: & ideo sequitur: q̄ omnis pars. a. simul collecta mouet omnes partes. b. simul collectas in parte tēporis. c. finita: q̄ erit impossibile: & contra hyp̄thesim. Ad igitur possibile est aliquid moueri a finito sim tempus infinitum: & motum infinitum. Et huius causa expressa est: q̄ nihil mouetur sim tempus infinitum nisi moueatur sim motū infinitum: & nihil mouetur sim motum infinitum nisi quod mouetur sim spatium infinitum: vel sim reflexum motum. Cum autem modo contingat infinite moueri sim reflexum motum: oporteret infinitum motum esse sim spatium infinitum: & hoc non potest esse si motor sit finitū & motum finitum: sicut probatum est in sexto. Manifestum igitur est: q̄ non p̄uenit finitum mouere finitum sim tempus infinitū.

C. Cap. 2^m. Q. non est infinita potentia mouens in magnitudine finita.



Quod autē omnino infinita magnitudi-
dine non conuenit esse potē-
tiam corporealem infinitam
ex his que nunc dicentur est manifestū. Sup-
ponamus enim quod in 6^o libro est habitus:

q̄ scilicet potentia mouens quod est plus: hoc est maior in
minori tempore facit equalē: quia maior potentia necessa-
rio facit velocius mouens: & cum velocius sit quod in mi-
nore tempore facit equalē ei quod tardius facit in maiori
tempore: oportet etiam: q̄ maior potentia faciat equalē in
tempore breuiori ei q̄ facit potentia minor in maiori tem-
pore: sicut magis calefaciens: aut magis dulce inferens: aut
prohibens ista: aut vniuersaliter maioris potentie in mouē-
do: ergo sim hanc cōmunem conceptiones animi: que tamē
etiam supra probata est: necessarium est: si aliquid finitum
habeat potentiam mouentem finitam: q̄ id quod patit̄ ab
ipso breuiori tempore pariat̄ q̄ ab aliquo finito: & plus ta-
men patitur ab ipso q̄ ab aliquo finite potentie: eo q̄ infi-
nitum excellit: & plus est potentia infinita q̄ sit aliqua poten-
tia finita. Sed sim rationem istam sequitur: q̄ nullum tem-
pus sit in quo moueat potentia infinita: sed quod q̄ moue-
bit in nunc: & cum in nunc non possit esse motus: tunc osten-
detur: q̄ ista positio est impossibilis. Sit enim tempus in
quo vis infinita calefaciat designatum per. a. ita tamen q̄
a. sit tempus finitum: quodcūq; voluerit: aut etiam in quo
depulit motu violento. i. vis infinita: sed tempus quod si-
gnatur per. a. b. sit illud in quo depulit vel calefacit virtus fi-
nita: hoc enim necesse est esse longius q̄ tempus primum in
quo mouet vis infinita: sed cum illud tempus virtutis fini-
te in aliqua p̄portionem se habeat ad tempus determina-
tum virtutis infinite: eo q̄ triplum vel quadruplū ad ipm
vel in aliqua alia p̄portionem. Si ergo ego angeam virtutes
finitas mouentes supra diminueat tempus: ergo aliqua
do veniet ad tempus in quo mouet virtus infinita: & sic tūc
virtus que aggregatur ex finitis erit finita: & illa mouetur
tūc in. a. tempore: sed si ego addam ad finitam potentiam
nuncq̄ veniam ad infinitam: quia ipse excellit omne finitū:
tūc: & hoc est siue auferam ab infinito: & faciam eam desi-
cere siue addam: ergo tunc potentia finita & infinita moue-
bunt in tempore equali: hoc autem est impossibile: sicut per
se patet cullibet: ergo non conuenit q̄ aliquid finitū in ma-
gnitudine habeat in se potentiam infinitam: quia aliter po-
tentia mouens extenderet se vltra suum subiectum: & hoc
etiam intelligi non potest.

C. Cap. 3^m. Q. in magnitudine infinita non potest esse potē-
tia finita.



Sed tamen

Hec etiam infinita ma-
gnitudo habet in se potē-
tiam infinitam: lz aliqua

do contingat in minori corpore esse maiorem
potentiam q̄ in maiori: quia lz hoc aliquan-
do contingat: tamen totiens potest accipi re-
plicari maius: q̄ in maiori esset plurima q̄ in minori. Si
enim in maiori corpore ponatur esse minor q̄ in minori: sicut
in lapide paruo cadente maior est caliditas: q̄ in magno ae-
re: & in plumbo paruo maior grauitas est q̄ in spongia ma-
gna: tamen totiens potest replicari siue aer siue spongia:
q̄ maior esset in aere vel in spongia q̄ in lapide vel in plum-
bo. Si autem aliquis aduersarius ponit: q̄ in magnitudi-
ne infinita conuenit esse potentiam finitam. Dicamus tunc
q̄. a. b. sit finitū sim magnitudines: sed. b. c. sit aliqua pars
easdem que in aliquoto tempore mouet hoc mobile quod
signatur per. d. in aliquoto tempore finito quod signatur p
e. s. Si igitur ego duplicem potentiam. b. c. finitam: tunc mo-
uebit idem mobile in dimidio tempore. e. s. q̄ talis est p̄-
portio mouētis ad tempus: q̄ quanto mouens fuerit for-
tius super mobile: tanto in breuiori tempore mouebit: sicut
patet ex his que dicta sunt in 7^o. **H**ec vō medietas tempo-
ris sit signata per. s. c. Si igitur sic accipiam duplū ad. b. e.
nuncq̄ veniam ad quantitatem infinitam: que est ad. a. b. q̄
finitum non conuenit transiri aliquo numero partium.
Quocūq; enim tempore dato: nos accipimus semper
minorem partem temporis in quo mouet maior potentia:
que est accepta ex duplicatione prius date potētie: sed quod
non conuenit transiri habet infinitam potentiam: vt dictū
est in principio huius capituli: id enim subiecte magnitudi-
nis quod remanet semper accipiendū vltra omne acceptū
habet aliquid potentie: ergo sua potentia erit infinita: cum

Ex. r. c. 79.

Ex. r. c. 80.

Infinum sit quod exellit omne acceptum finitum: et hoc est contra hypotesim. Istud autem sequitur ex hoc: quod omnes potentie finite necesse est tempus in quo mouet finitum. Si enim datur: quod mouet bene potentia in quodam tempore causato: tunc malo: mouebit in minori: sed cum finito et determinato sui quantitatem: sed sui conuersionem proportionis: ut quanto tempore fuerit minus: tanto potentia sit maior mouens et conuerso. Si autem aliquis dicat: quod in infinitis partibus subiecti sumptis conuenit potentiam esse finitam: hoc esse non potest: quod diffinitio potentie in finite est: quod sit sicut multitudo et magnitudo excellens omne finitum. Cum igitur loquamur de potentia corporis que mouet corpus infinita potentia erit que erit ex infinitis partibus subiecti ex quibus per additionem constituitur magnitudo infinita: que exellit omne infinitum sicut partes numerate in ipsa excellunt omnes numeros partium in magnitudine finita.

Est etiam hoc alter demonstrare leuiori modo quam dictum est. Si enim dicatur: quod in magnitudine infinita sit potentia finita: tunc accipiamus corpus eiusdem generationis: cuius est infinitum: et hoc sit finitum in quo sit tanta potentia quantum est potentia finita corporis infiniti: quod omnis potentia infinita potest esse in corpore finito. Illa igitur in potentia finita que est in tempore infinito mensurabitur per equalitatem potentiam finitam corporis infiniti. Hoc autem est impossibile: quod sicut diximus in corpore quidem minori potest esse potentia maior: quam in maiori: sed in corpore minori eiusdem generis non potest esse potentia maior: vel equalis ei que est in corpore maiori: ergo multo fortius in corpore finito non potest esse potentia equalis ei que est in corpore infinito. Ex his patet: quod non conuenit aliquo modo quod potentia terminata sit in magnitudine infinita: neque quod potentia sit infinita in magnitudine finita.

Ex. 1. c. 81.

Cap. 4. De solutione dubitationis: que est in his que feruntur expulsa.

facili moueri et mouere: sicut nubes vel nebula: vel cetera corpora que sunt media inter aquam et aerem. Talia autem corpora sunt que tria maxime in seipsis habent: quorum unus est: quod nullius sunt figure determinate: quod per hoc sunt omnia figure susceptibilia: et tunc necessario erunt humida: sicut aqua et aer. Secundum est: quod talia sunt quorum una parte mota non necesse sit aliam partem moueri: et hoc habent ista corpora in quantum sunt spiritalia: sic enim accidunt corpora quod proiectur in ipsa: et tunc una pars inundat supra aliam: et expellit una aliam donec cessat violentia: sicut videtur possumus in lapide proiecto in aqua qui circulum aque a se expulsa facit: et ille altum maiorem: et sic circuli crescunt donec deficit violentia multitudinem media. Et quod quidem cedunt aer et aqua corpori in se proiecto hoc habent in quantum corpus: quod duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. Quod autem pars inundat supra partem et non extendat eam continue: hoc est in quantum est spirituale corpus aliquo modo: quod si esset terminatum: pars extenderet partem usque ad circumferentiam viciniam celi: et tunc tumultuaret celum ad tactum lapidis in aerem vel in aquam: et hoc est inconueniens: et ideo pars stat supra partem et cessat motus. Tertium autem est vicinitas altum corporum ad materia: ex qua vicinitate omnes motus de facili recipiunt: ideo concedendum est: quod taliter mota mouentur ab aliquo extrinseco sibi: sed tamen non simul pulsata secundum et tertium mouens passante primo mouente: sicut exemplum dedimus in circulis in aqua: quod lapide proiecto stante: adhuc circulus unus mouetur ad secundum circulum: et sic deinceps: unde quod mouetur adhuc est mouens: cum quiescit primum mouens in omni tali motu: et ideo in talibus habitum quod est conueniens prius mouens mouetur ab ipso: et in hoc secundo mouente est eadem ratio: quod etiam illud mouet tertium mouens: et tertium mouens quartum: et sic procedit semper quantum durat motus expulsi: cum in habitu hoc est sequenter motu fiat potentia et virtus minor quam in antecedente motu et mouentibus: ita. scilicet quod vltimum habitum non nisi moueatur: et non moueat: tunc aliquid ulterius id quod ferebatur expulsum pauat: quod sicut vltimus mouentium quiescit a mouendo: cum primum hoc esset proximius mouens non agit amplius: sed ipsum mouetur tunc: et non mouet aliud: eo quod iam cessauit impetus violentie primi mouentis. Per hoc autem: quod illud pauat necesse est simpliciter pauare et mouens et totum motum expulsi: qui fuit per diuersa mouentia successione per aerem et aquam. Sic autem motus sicut et prius diximus non fit nisi in illis corporibus que conuenit de facili aliquando moueri: et aliquando quiescere: et illa sunt humida propter quod materiae aliquid spirituality habentia: per hoc enim illa sunt partem aliquam mouentem: et non sunt tota: et una pars ipsorum potest moueri: et alia moueri ab ipsa: et de facili generatur in ipsa forme et violentie: et virtutes mouentium: et talia sunt neque simpliciter leuia: neque simpliciter grauia: et ideo de facili in omnem partem mouentia: et sic coadiuuat motum expulsi: qui sit per ipsa ad quodam differentiam situs fiat: propter quod etiam ista duo sola corpora sunt media sensuum illorum qui sentiunt eminus remota a suis sensibilibus. Et oportet scire: quod quando impetus generatur in talibus: oportet quod ad perfectam virtutem impetus fiat generatio in pluri aere vel aqua quam sit ille quem percutit expellens: et hoc est videre in eo qui proiectit lapidem in aqua: ita quod iuxta centrum lapidis cadentis saccant ligna parua vel media in quantitate: et remotius aliquantulum alta saccant: tunc enim circuli aque generati a lapide cadente fortius impellant ligna que aliquantulum distant quam illa que sunt vicina multum centro. Queritur igitur impetus quantitatem mediam debitam: in qua sit summa virtus eius: et illa non est que primo percutitur: eo quod illa est minus parua. Hoc est etiam quod arcus: et baliste: et blide: et tribuchi: et cetera instrumenta fortius proiectunt ad debitam quantitatem vel distantiam quam iuxta chordam que primo percutit: eo quod ipsa aer primo percussus fortius habeat impetum in potentia: tamen ille eductur in actum: quando fuerit in debita materie quantitate: sicut et alia omnis virtus corporalis. Ad hoc autem talis nequaquam est continuus: sed sunt multi successus: sed sunt sensum continuus esse videatur. Aut enim eorum que sunt consequenter mouentium: et motorum: aut eorum

Si conuenit acri et aque sibi iuncte cedunt: et quod pars inundat supra partem.

Ex. 1. c. 82.



Ed quia Jam diximus in precedentibus quod aliquis motus est vnus et continuus: et diximus quod non potest esse medius inter motum et id quod mouet ab eo. Oportet nos mouere dubium de his que feruntur localiter per medium motu violento: quem expulsi vocamus supra in 7. Hanc enim dubitationem antequam determinemus de primo motore oportet nos determinare: quod dicitur alter instaretur nostre determinationi per ea que videntur accidere in motibus expulsi. Hec enim aliquis dubitare et dicere: quod si ea que mouent de aliquo mouentur extrinseco sibi coniuncto per tactum: quecumque non ipsa se mouent: sicut animata: quomodo potest esse quod aliqua tunc mouentur continue non existente aliquo mouente: quod continue tangat ea que mouent: sicut sunt proiecta et sagittata. Si autem dicatur quod in talibus motibus non est nisi vnus primum mouens: sed est et aliud mouens a primo mouente: sicut aer qui mouetur a manu et chorda: et mouet lapidem vel sagittam proiectam: tunc adhuc videtur sequi impossibile: quod supra determinauimus: quod quando primum mouens quod non contingit motum non mouet: tunc non conuenit moueri ab aliquo secundo mouente: sed potius sunt ea que sunt determinata mouentur simul omnia moueri primo mouente: aut simul omnia quiescere: cum primum mouens quiescit: aut etiam si facit sicut lapis dictus magnus mouere quod mouet: tunc adhuc videmus: quod primo non mouente nihil mouet secundo mouentis: quod si lapis magnus moueat actum: vel aliud ferrum et aliud motus a magnete moueat aliud: tamen subtrahat magnete primo lapide a primo ferro motu per lapidem: ferrum quod secundo mouet non mouebit: et sic adhuc sequitur quod primo non mouente non debet manere motus projectionis: et vniuersaliter omnis expulsi: et hoc nos non videmus accidere: quod manu quiescente et chorda arcus stante quiescit: adhuc mouetur lapis vel sagitta. Ex hoc videtur adhuc: quod ad hoc quod sit motus continuus non oportet motum mouere continue: et sic superius habita doctrina tota est vana et nulla: ut videtur. Sed ad hoc dicendum est: quod necesse est dicere et concedere: quod primum mouens non continue mouet: sed potius motu suo facit et agit virtutem et robur suum in hoc quod possibile est suscipere vim et robur suum quod est aer aut aqua: aut aliquid talium: quod aptus est de

107

107

Phyſicorum

que se tangentiā mouent & mouentur. In aqua enim qđ est elementum spissius videmus: qđ circuli sunt consequenter generati: & non per se tangentes: sed in aere propter subtilitatem elementū sunt tangentes: non enim vnum est mouens sicut in continuo motu est vnum. Sed mouentia sunt habilita: & consequentia: vnde in duobus elementis que sunt aer & aqua: sit trā huiusmodi motus: que quidā obijciūt ferentes instantiā p̄tra motus p̄tinuitatez: & ad hoc qđ dicitur in p̄tinuo motu motoz esse imediate p̄iunctum mobili qđ mouet ab ipso. Sūt autē Platonicī qui ista obijciūt: & etias isti qui hūc motū vocauerūt successione: & denoiauerunt ab ea eū: eo qđ isti dixerūt: qđ nō est ibi mouēs: nisi primus mouens: hoc est primū percutiens & expellens: p̄ter qđ qđ vltimus eius generatur in alijs mouentibus p̄sequēter. Sed dicunt: qđ continuas istius motus sit per materiam expulsi: quia dicunt qđ quilibet pars expellit altam successiue qđ diu durat vis primū percutientis in percusso: hanc enim dicunt manere in percusso: & aereni non percutere: sed per expulsiōnem successiuam dare locū ei quod fertur primo impetu per ipsum. Hoc autē modo non potest solui predicta que s̄tio: qđ sic primo motoz pensus quiescente remanet motus in eo qđ mouetur trā: & sic separatam id qđ mouetur a motoz mouebitur: & hoc est cuius p̄trarium est supra demonstratam in 2^o tractatu. Opposita igitur non possunt solui nisi p̄dicto modo: qui dicitur est a nobis: opz enim sic dicere sicut dicitur est: aut s̄m Platonicos opz dicit qđ successio ex pulsiōnem esset in causa: & tunc absqđ dubio sequitur: qđ oia mouent simul & mouentur: & simul omnia quiescunt: qđ primū expellens est simul cum expulsiō: & s̄cūm cuius tertio: & sic deinceps: ergo primū est cū vltimo: & si p̄cedatur vis motiua non successiue generari in expellētibz: qđ tunc nulla vis est ibi mouens nisi primū percutientis: & cum illa quiescit tota expulsiō cessat & quiescit. Sed hoc nō est verū: etiam s̄m sensum visus: qđ expelli videtur vnum aliquid: sicut sagitta vel lapis qđ mouetur p̄tinne: quo ad hoc qđ non interrumpatur aliquid de tempore & mouetur a quolibet mouente s̄cō & tertio: & sic deinceps scilicet modo qui dicitur est supra: nō tamen est ibi vera motus p̄tinuitas: quam diuersitas mouētium impedit: qđ in vere p̄tinuo motu est vnum & idem mouens. Qđ autē illud moueatur a quolibet mouentium dictorum: probatur ex hoc: qđ nos scimus qđ non mouet a seipso: & s̄m dicta oportebit qđ moueatur ab alijs successiue sibi cōiunctis. Est autē hic error: Auerrois grauis: qđ dicit ex isto manifestum esse qđ stelle non mouent per medium: qđ sequetur qđ motus earum non esset p̄tinuus. Et intendit impobere mathematicoz quorūdam opinionez dicentium qđ stelle non mouent motu circuloz aliquoz deferentis eas: sed mouentur a se per medium corpus ethereuz: & motu suo deserunt in eo circulos non reales: sed intellectuales: & hoc fuit opinio mathematicoz egyptioz. Et h̄ nos opinemur hanc opinionē non esse verā: tamē nō dicimus falsitatis eius esse causam quam dicit Auer. qđ s̄m opinionem illam motus earum non esset continuus & vnus. Si enim nos dicamus: qđ motus earum per medium ethereum est motus intellectus: sicut in precedentibus diximus qđ intellectus mouet corpora celestia: tunc non esset p̄tinuus: sed intellectus moueat aliquid quod corpus qđ vltimas moueat stellas.

Cap. 5^m. Qđ motus primi motoris est infatigabilis & regularis motus.



Aliā autē Sicut diximus a principio istius libri: necesse est qđ in his que sunt sit motus aliquis continuus vnus: qui sit tanqđ vltima quedam omnibus existentibus. Continuus autē & vnus oportebit mobile esse vnicū: & idiuuissimū s̄m actū: h̄ sit diuisibile s̄m qđ est quantū: sicut etiā diximus: qđ necesse est esse vnicū motorē: necesse est qđ iste motus sit aliquid mobilis: non renouari vel multiplicari s̄m formas per reginas in ipso: & necesse est: qđ hoc sit aliquid magnitudinis: qđ sicut nos ostēdimus in p̄habitis qđ imparibile nō est mobile: & necesse est qđ sit vnus ab vno motore: qđ ab vno motore simplici non pōt esse nisi vnus motus. Si enim mo-

uens nō esset vnus: aut etiā si mobile nō esset vnus: tūc motus nō esset p̄tinuus: neqz vnus: sed etiā diuisus & habitus sine successiuis: sicut ex p̄habitis satis habet. Si autē dicit: & p̄cedatur mouens esse vnus: tunc opz aliter duoz dare qđ. aut mouet in eo qđ mouet: aut immobile est in eo qđ mouet. C Si autē dicitur qđ mouet in eo qđ mouet: tūc cū illo oportebit sequi qđ ipsum mutant motu quo mouet. Aduens autē qđ & ipsum mutat per se vel per accidens non est motor: primus. Omne enim qđ mouet mouetur ab aliquo extrinseco vel intrinseco sibi: & illud mouēs aut mouet ab alio: aut a se ipso: & hāc resolutionē oportebit stare in primo mouēte immobili sicut sufficienter p̄stat ex p̄dictis. Hoc autē qđ sic est immobile tam per se qđ per accidens nō est necesse simul mutari cū eo qđ mutat: qđ nō est actus alicuius corporis: sed semper poterit mouere & mutare. Talē autē motorē mouere est infatigabile: qđ ois fatigatio aut puenit ex motore: aut ex eo qđ mouet: & ex motore quidē separato nō poterit puenire fatigatio: qđ per hoc qđ ipse nulla est virtus que situm habeat in mā subiecti: tūc ipse nō mouetur: & ois fatigatio est ex motu aliquo vincente super facultatē eius qđ mouet. Aduens igitur illud nō fatigat ex seipso: ex eo autē qđ ipse mouet nō fatigat etiā: qđ corpus hoc ex se est ad motū ordinatū quo mouet a motore: sicut nos supra ostēdimus. Fatigatio autē puenit ex inobediētia eius qđ mouet ad motorē: & ideo ex neutra causa fatigationis fatigat & hoc in 2^o de ce. & m. & in 1^o prime p̄bie latus h̄ tractatu. C Ex hoc autē qđ diximus qđ celi ordinat ad suscipiendum motum primi motoris sumit Auer. actionē: & reprehēdit Auer. dicentē qđ celi & ois corpus & omne creatū possibile est & nō necessarium: qđ necessarium non est nisi prima causa qđ est ens primū. Dicit enim Auer. qđ est ens necessarium: h̄ necessitas eius in suscipiendo sit: & nō in agēdo. Et hec reprehēnsio nō est rōnalis: qđ necesse dicitur duplici. Dicit. n. necesse qđ suū esse non debet alij: & est sine oī dependentia ad aliud: & hoc nō nō est necesse nisi prima cā: que causam nullā habet: qđ omne qđ h̄ causam vel causas sui esse esse suū d̄ alij: & hoc nō corpus & ois causati est possibile esse. Alii itēz mō dicit necesse esse: qđ non pōt nō esse: & cuius causa nūqz fuit s̄m actū extra ipsūm: causa inquam essentialis sicut forma vel mā: & hoc nō celum & cerera immortalia sunt necesse esse. Sed in hoc sensu nō loquitur Auer. sicut p̄ insipienti verba sua in prima p̄bia. Ex p̄dictis ē p̄ qđ solus iste motus qui est primi motoris vno mō se habētis: & qui est mobilis primi vno mō se habētis & regularis: aut maxime regularis & vniformis: mouēs enim suum nullā h̄z mutationē semp vno mō se habens: & oportebit qđ id qđ mouet ab vno & iuxta ipsūz & simile sibi sit in hoc qđ nullā habeat mutationē: quatenus vno mō & semp & simul se habēs sit motus. hec autē oia patēt sufficienter ex p̄missis.

Cap. 6^m. Vbi sit in s̄pera primus motor.



Hanc autē motoz qui nec corpus est nec aliqua virtus que sit actus alicuius corporis necesse est nisi in duo p̄incipia motus: & hoc est in circūferentiā & centrū s̄pere: necesse est ipsum esse in altero istoz. Videmus enim in motibus mēbroz aialū: qđ omne qđ mouet in eis circa aliquid immobile mouetur: in quo situs est motor eius: & ideo virtus motiua membrū que coniuncta est organo sita est in neruis mortuis & musculis. Musculus autē mēbrū mouens semper est extra illud quod mouet: & membrū motū iungitur ei articulus circa que mouetur qui in motis est motū mēbrū: h̄ alio motū moueatur: sicut manus: que mouetur in articulo reste manus: vbi p̄stigitur ad assēd braccij que dicuntur arundines braccij: & braccij cum mouetur motū p̄prio voluitur in cubito qui non mouetur: & sic de alijs. Alīi enim sic esset: tunc ad motū vnus membrū: quodlibet extendere de loco suo: & hoc non puenit. Omnia autem membra motiua ad vnū vnuerſalē motore ordinant: que vis sita in posterioribus partibus cerebri: vel in vicario cerebri que est nucha per spondiles dorsū descendens: vel aliquid loco cerebri vel nuche in animalibus que nō habent cerebri vel nucha: & hec est vis immobilis sibi p̄stans: a qua fuit totus motus in totum corpus animalis. Et siquidem primus motor esset virtus ta-

Error Auerroto,

Ex. 2. 435.

2^o cell. 1. 670
2. 71.
L. 6. 59.

Auer. 5^o aut
ccn. 60. 79.

Defensio
Auerrois.

Ex. 2. 434.

Ex. r. c. 56.

lis vt haberet sitū in corpore: et esset actus eius: absq; dubio oporteret qd ipsū esset sitū in cētro sup qd est motus: ipsum enim est immobile. Idūsmodi enī virtus est stare perpetuo: qd aliter extruderet motus totius mūdi totus de loco ad locū: et hoc nō uenit. Sed qd ipse est virtus separata et substa tia non infusa alicui materiē: opz ipsum esse ybi maior est effectus eius qui est motus: erit igitur in circūferentia: eo qd circūferentia infusa motum qui in omnibus partibus circūferentie est equalis: et hoc maxime verum est de primo motore et primo mobili: quia illius est totius mundi motus primus qui velocissimus est: et quem participant omnia mobilia inferiora: et cum in sphaera sint multi circuli imaginati: sicut paralleli circuli quos describit Aris circuli signorum circa polos: et paralleli circuli quos describit sol motu suo diurno: quoz sunt duo solstitiales qui maxime distant: et vnus equinoctialis qui maximoz circuloz est vnus: constat qd motus velocissimus est orbis super circulum illū equinoctialem. Videmus enim propter hoc: qd motus totius orbis diurnus est super circulum equinoctialem: et super polos eius: et videmus oculis nostris: qd stelle que sunt in hoc circulo velociores sunt motus qd stelle iuxta polos site: tunc oportet qd vis motoris maxime sit in circulo qui equator dicitur et noctis appellatur: non ita qd sit ibi: vt in loco qui nullum habet locum proprie loquendo: sed quia est ibi effectus potius: cum tamen ipse sit fm esse separatus: et non sit actus alicuius corporis quemadmodum diximus sepe. Hec autem est causa qd omnes gentes in hoc conueniant qd deus est in celo: videntes ibi maiores effectus eius ap- parere.

Cap. 7^m. Q. primus motor neq; corpus est: neq; virtus in corpore: sed est indiuisibilis perpetuus.

Habet autē **D**ubitationē vtrum ali- quid eorum que mouetur conuenit moueri continue omnino: et hoc est querere vtruz primus motor sit corpus vel alia virtus situm habens in materia corporis. Videtur enim omne qd mouetur mouere sicut impellens iterum et iterum hoc qd sequitur ipsum continue sine temporis interruptione: qd aut opz primum motorem impellere: ita qd non deficiat impulso si habet motum a seipso: cuius mobili non deficit: aut oportet ipsum trahere si motum habet ad seipsum: aut opz ipsum vtroq; modo istozum modozum mouere: sicut si vertigine ducti: aut oportet esse aliquem alium motuz sub alio factum per expulsionem in qua mouens deficit et quod mouetur: sicut olim diximus in his que proiciuntur. Diximus enim in 7^o qd hz isti motus sint violenti: tamen etiam motus naturales similes sunt illis. Si autem dicatur: qd aliquo istozum modozum mouet motor primus: tunc absq; dubio ipsum erit corpus mouens et moueret fm hoc situm in aere: aut in aqua: quia illa duo elementa sunt facile diuisibilia: sicut patet ex dictis: sed si sic moueret: tunc motus ille esset sicut motus qui fit iterato semper et succedente motore: sicut diximus qd multis motoribus perficiuntur motus eoz qui feruntur expulsionem. Et simile his habet motor naturalis qui est corpus eo qd ipse non in vna dispositione se habet ad mobile suum: eo qd non equaliter vincit ipsum in principio et fine: sicut pz ex prehabitis: et ideo hz motor naturalis vnus sit in substantia: tamen multus est in dispositionibus: et non vno modo mouet. Unde vtrobiq; tam in motu in quo non deficit mouens mouenti: qd in motu expulsionis in quo deficit mouens mouenti non possibile est motum vnum et eundem esse omnino: sed potius est habitus: et sequeus ad minus ex parte mouentium: hz forte nihil interceptat de tempore ex parte eius quod mouetur. Cum autem primus motus sit continuus omnino: sicut in prehabitis probatum est: non potest primus motor esse corpus vel aliqua vtus in corpore sita: sicut in materia: et quia ipse solus separatus est et vno modo se habens suus motus et vnus est: eo qd ipse est immobilis per se et per accidens existens: et similiter se habet in se et in comparatione ad mobile: et ad id quod mouetur ab eo se habet vno modo. Secundi autem motores in-

ferozum orbem eo qd ipsi sunt separati per distinctiones suas: etiam vno et continuo mouet motu. Determinatis at his manifestum est: qd impossibile est qd primum mouens qd est immobile habeat magnitudinem aliquam: eo qd ipsum non est corpus: sicut iam probatum est. Si enim diceretur qd magnitudinem habet: necesse esset: qd finitum aut infinitum esset fm virtutem et quantitatem. Probatum est autem: qd non conuenit magnitudinem aliquā esse infinitam fm actū in 3^o libro supra. Qd autem corpus finitum impossibile sit habere potentiam infinitam: et iterum qd a finito corpore possibile est moueri aliquid fm tempus infinitum demonstratum est nunc in isto ultimo tractatu: et habitum est iam ante: qd primum mouens immobile mouet motu perpetuo hz tempus infinitum fm naturam. Manifestum est igitur: qd neq; corpus est: neq; virtus aliqua que sit actus corporis: ergo est indiuisibile in se et impartibile: et cum nec corpus sit vt per se diuidatur: nec virtus corporis vt diuidatur per accidens: et etiam est incorruptibile in se et in quantum mouet. Causa autem incorruptionis eius in se est: quia separatus est per distinctionem: et causa incorruptibilitatis eius in quantum est mouens est: quia non est actus corporis: sicut ex pre habitis est manifestum: et ideo est simplex nullam habens magnitudinem penitus. Hec autem est conclusio vltima a nobis in hoc opere intenta. Et penitus ab oibus hoc opus inspecturis vt diligenter examinet non conceptiones suas: sed dicta antiquozum peripateticoz: et tunc vel reprobent: vel dimittant fm qd placuerit eis.

Explicit commentum doctoris excellentissimi Alberti magni ordinis Predicatorum in libros Physicorum.

Pro hoc vi de primo celi r. c. 22.


Ex. r. c. 85.

Venetijs impensa heredum quondam Bonifacii Octauiani Scoti Rodolphiensis: ac sociozorum.

19. Februarij. 1517

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p. a Duernus. o p Terni: et alij quaterm.



Incipit liber primus de Celo 7 Mundo Alberti Magni philosophi clarissimi.

Tractatus primus qd mundus est perfectus.

Capitulum primum. Quid sit subjectum: quod nomen: et que ipsius divisio: et quis ordo.

Libri intentio



De celo autem

Et mundo in hoc libro nostrarum naturarum loqui cupientes. Primo visus est nobis tange...

libri qui de celo 7 mundo noitur. Ex quo de mobili ad vbi sine ad locum quod simpliciter est inter mobilia 7 sensibilia con...

Mobile ad vbi est huius

Dubia 7 conclusiones

Solo ad oblecta

Si cogita quod modo illa diffinitio est ab una natura...

Ordo libri

librorum consequentium. In consequentibus enim libris subjicitur corpus mobile ad formam: bene scimus quod quicquid est mobile ad formam...

Nomen libri

6. ph. t. c. 32.

Ex. c. 6. p. m.

Quod dicitur modo nullo est mathematico de magnitudinibus...

Capitulum primum. De perfectione corporis secundum rationem dimensionum. Quam autem intendimus probare mundum esse perfectissimum absolute ita quod non sit amplioris perfectionis susceptibilis...



De celo et mundo

non dividitur aliquid continuum ad puncta: sed ad partes continuas: quia continuum quantum constituitur: non nisi ex partibus continuis et quantis: partes autem continue semper sunt quate et divisibiles: ergo primum in semper divisibilia dividit: huius autem continue in genere accepti sunt species corpus: superficies: linea: tempus enim motus et locus: et si continua sint tamen hec ad considerationem nostram non pertinent: sed inter has species continuum corpus est divisibile magis ceteris: quia dividit in omnes dimensiones: et sic habet dimensiones: et ideo cum non sit receptibile alicuius dimensionis: amplius ipsum est perfectum in genere quantitatem habet: magnitudinis autem species que habet unam tantum dimensionem est linea que unice tamen dimensio: et prima non potest imaginari in continuo nisi inter duo puncta: que principia sunt dimensionum. In primo autem a quolibet puncto ad quolibet punctum erit ducere lineam rectam. Et linee quidem sunt simplices et compositae: simplices quidem sunt recte et circulares: sed recta est simplex: et secundum formam et essentiam: quia ex utraque parte non habet nisi formam recti: circularis autem non simpliciter simplex est: quia in una parte habet formam et concavitatem: in altera conuexitatem. Essentialiter tamen est simplex. Est autem composita que est plurius formam et plurimum essentiarum: sicut illa que vocat curua quocumque modo dicitur curua: et de hoc dicitur in physicis. Species vero magnitudinis que duas habet dimensiones est superficies: eo quod sit superior facies quam totum corpus et huiusmodi causa est: quia sicut a puncto ad punctum in continuo non contingit nisi lineam ducere. Ita de linea in continuo non contingit nisi superficiem expandere: et ideo necessario habet duas dimensiones: unam quidem sui principii a quo statit: et hec est linea. Alteram habet propriam in quantum est quantitas producta: sic autem non fit in linea quam illius principium cum sit punctus: non potest habere a principio illo aliam quantitatem divisibilem. Species autem magnitudinis que tres habet dimensiones est corpus tripliciter divisibile: et illius causa est: quia non conuenit inter superficies duas esse nisi corpus in continuo. In plano enim continuum non conuenit accipi aliquid duas superficies: ita quod tertia sit his continua per omnia: quia tres superficies erunt superficies una numero: unum numero et idem non producit a seipso secundum naturam: quia secundum hoc esset producens et productum et in potentia et in actu simul et semel. Ergo imaginari oportet duas superficies distare in continuo secundum profundum: et tunc necessario a superficie producet corpus: quod unam habet linee dimensionem: que est principium superficiei: alteram dimensionem habet sui principii: quod est superficies: tertiam habet propriam in quantum est quantitas producta. Et preter istas non est aliqua magnitudo differens secundum species ab illis: quoniam et locus quedam est superficies. Causa autem huius mathematica quidem est: quoniam intelligi non potest quod amplius tres diametri secant se secundum rectos angulos: quoniam cum nos protrahimus inter quolibet duo puncta lineam facimus quantitatem primam: et cum omnis superficies sit linea: vel lineis contenta protrahimus aliam lineam orthogonalem a puncto illius: et quocumque modo concludimus eam ad aliam inuentimus superficiem: volentes autem producere aliam speciem quantitatis a puncto orthogonali: hoc est ab angulo recto: intelligimus alteram stare superficiem: et orthogonalem descendere in profundum: et quocumque modo illam concludimus iterum cum alia inuenimus corpus. Nec possumus dicere quod secundum rectos angulos se non secant nisi tres diametri: tamen secundum angulos acutos vel obtusos secare se possunt multo plures. Quia si hoc verum fuerit hic non facit aliam speciem quantitatis: cuius cause sunt tres: quia una est: quia rectus est primus angulus: per quem alij definiunt: quia hebes est qui maior est recto: et acutus est qui est recto minor: et ideo alij anguli non faciunt aliquid quod specie differat secundum rationem continue: cum ipsa a recto deficiat: vel abundant in dimensionibus eiusdem que a recto sunt constituta. Cetera causa est: quia in infinitum multiplicabilis est hebes: et in infinitum multiplicabilis est acutus: sed rectus uno modo: et ideo omnis rectus angulus equalis est omni angulo recto: et quia omnis scientia et natura refugit in infinitum: ideo non possunt constitui plures species continue secundum diuersitatem acuti vel hebetis anguli. Tertia autem causa est: quia si nos continua principium ex discretis: sicut etiam docetur in secundo arithmetice: eo quod numeri quodammodo omnium sunt principia: tunc non possumus

variare secundum genera non meros nisi linealiter superficialiter et corporaliter: omnis enim numerus aut in seipso accipitur: prout unitatibus suis perficitur: sicut si dicamus ternarius per unum: unum unum aut accipit numerus dicitur in se vel in alium semel sicut si dicatur bis tria vel ter tria: et necesse est quod ex illo ductu diuersus a priori numero constituitur: eo quod sicut superius diximus productum ab alio vel a principio suo semper est diuersum in forma ab ipso: si autem nos dicamus numerum semel in se vel in alium: et postea dicamus eum iterum in hoc totum: sicut si dicamus ter tria ter: vel ter tria. f. alio quocumque modo necessarium est quod iterum productum numerus differat in forma ab eo a quo ducitur: cum enim linearis per additionem unitatis multiplicetur in longum: constituitur lineam quasi ex partibus collectam. Sed cum ductus in se numerus non possit crescere in longum sicut simpliciter unitatum aggregatio ipse crescit in latum: tunc erit superficialis et est terminus illius linearis qui est unitatum aggregatio sicut cum dicitur bis duo vel bis tria. Cum autem hoc totum iterum in se vel alium ducatur numerus: oportet quod terminetur illud productum a duobus superficialibus numeris: sicut quando dicitur ter tria ter: vel bis duo soli: vel ter tria quater: nec potest inueniri productum que alios secundum speciem terminos habeat. Et ideo necesse est quod non sint nisi tres species continue quantitatis. Ratio autem huius physica est: quia situs differentie secundum veritatem sunt in mundo: et in corporibus animatarum sensibilibus: sicut supra et infra dextram et sinistram: et ante et retro: sed inter se opposita oportet quod sint tres vice continue: ergo non erunt continue vice maxime distantium nisi longitudo latitudo et profundum: quia inter sursum et deorsum est longitudo: inter dextrum et sinistrum est latitudo: et inter ante et retro est profundum: et iste sunt dimensiones corporum: ergo preter ista non est aliqua magnitudo alia: quoniam omnia recta apud naturam corpora secundum dimensiones suas non sunt nisi tria: eo quod diuiduntur secundum tres dimensiones: hoc autem confirmatur per legem Pythagore: in quibus dicitur quod totum et ratum apud naturam et compositum terminatur tribus dimensionibus: que sunt finis medium et principium. Principium enim dimensionum quod est in genere dimensionum est longitudo: sed principium extra genus dimensionum est punctus: sed de hoc principio non est tractare ad presens: quia corporum quantitas productur non ex punctis: medium autem quod est et producens et productum: est superficies: sed finis est corpus quod est productum tamen: et in quo perficitur omnis dimensio: et iste quidem numerus est omnis rei que rata est apud naturam: et significat trinitatem rerum naturalium. Nos vero non extraximus hunc numerum nisi ex natura rerum: et retinimus ipsum pro lege: eo quod rebus naturalibus similis est: et ideo in lege Pythagore in qua docuit colere deus: adhibuimus nos ipsos magis significare sacrificijs et cultu deum unum secundum istum numerum: quoniam magnificamus deum creatorem: qui eminet prioritatibus omnium creaturarum tribus vicibus et tribus sacrificijs colendo eum per diem: eo quod eius actus manifestatur in naturalibus que perficit tribus dimensionibus modo quo diximus: et etiam tribus perficit cognitionem que est de ipso sensu et ratione et intelligenda: sicut dicit Trimegistus Mercurius in libro de natura deorum sensu quidem: quo manu ducimur: ratione qua indagamus: verum ex his que nos manu ducunt: intellectu quo mente conspiciamus inuentum: propter quod in tribus honoramus eum adoratione: et sacrificio thuris: et hymnis: et tribus vicibus secundum tria puncta hemispherij: hoc est mane vespere et meridie: et ideo legimus aliqua precipit adorare ad orientem: et hec prima fuit Pythagore et consonat legi christiane: quantum ad hoc. Et alia que precepit adorare ad meridiem: ut Trimegistus prima et huius consonat legi daemeter. Et aliqua ad occidentem et hec fuit lex Adonij: et inde oritur. Causa autem huius est: quoniam motus diurnus est ab oriente: planete autem qui secundum traditionem Ptolomei quasi anime sunt signorum celi: volubuntur ab occidente: sed visibilis lumen secundum circulum obliquum reuertitur a meridie. Ratio adorationis est reuerentia. Et ratio thuris est distributio suauissime cognitionis diuine in virtutibus discretis tam celestium quam hominum terrestrium. Ratio autem hymnorum suauis sonantium est concentus celi

Linee alie
simplex: alie
vero compositae.

Nota mathematica est quod re non dicitur quod tamen mensura.

unitatibus suis perficitur

et in seipso accipitur

et in alium semel sicut

Pythagore
sua dicitur
ternario.

et in quo perficitur omnis dimensio

et significat trinitatem rerum naturalium

et retinimus ipsum pro lege

et huius consonat legi christiane

et ratio thuris est distributio suauissime cognitionis diuine

tus celi vt dicit Pythagoras: et hoc etiam dicit Hermes tri-
 megistus: qui fuit ante Pythagoram. Scdm autem Peri-
 pateticorum traditionem significat armoniam separata-
 rum substantiarum in laude intellectuali: et locunditate: hec
 autem non ob aliud dicta sunt: nisi qd he tres dimensiones
 manifestantur: et perficiuntur in celo relato ad terras: fm or-
 dinationem prime cause: diuiditur enim sphaera in circiferē
 etiam: et centrum: et relatio circiferentiae ad centrum facit lon-
 gitudinē ascendēdo et descendēdo. diuiditur etiam circiferē-
 tia fm duplicē eius motum in duo: hoc est in dextrum et fini-
 strum: et hoc causat latitudinē: et in ante et retro: ante enim celi
 (vt dicit astronomi) est fm ordinē signorū ab occidente in
 orientē in circulo obliquo: retro eiusdē est conuersus respe-
 ctu in eodē circulo ab orientē in occidentē: fm obliquū circu-
 lum. Ista igitur numerus hūc numerū tripliciter loqui-
 mur enī de ipso fm qd est formalis: et fm qd est mātis: et fm qd
 est perfectus ipsius rei perfectio. Cū enī loquimur forma-
 liter dicimus qd numerus qui est duo hoc est binarius est ab-
 solute duo sine determinatiōe: qd ipse est ipsa dualitas siue
 binarius. Cū autē loquimur de ipso prout est mātis tunc nō
 dicimus qd absolute est numerus: sed cū determinatiōe ma-
 terie numerate dicimus qd duo virtū sunt duo virtū: duo equi
 sunt duo equi: et nō simplr sunt duo: qd non sunt dualitas: si-
 ne binarius: sed neqz oēm formales: neqz oēm materiales: di-
 cimus omnes vel totū nisi a materia rei habeat perfectioes:
 et qd res tribus perficit: et substantia spiritalis tribus perfici-
 cit: ponimus omne et totū super tres in p̄mis: et ideo opz qd
 omne qd distribuit p̄ subiectis partibus tria habeat appel-
 lata: vel plura: et totū qd distribuit p̄ integrātibz: et tria
 habeat integrātia ad minus: hoc autē inuenimus sic in le-
 gibus vocis articulate et litterate hoc est in grāmaticis im-
 ponētibz et noīa ideo qd natura apta nata est taliter in tri-
 bus perficere sua opera: sicut nuper diximus: et nos imponē
 de nomina imitatur eius operationē et ideo (vt inq̄t Ari-
 megistus) perficitur mūdus in tribus: hoc est imarmene et
 necessitate et ordine: ita qd imarmenes facit semen qd neces-
 sitas explicat et dispensat ordinate. Imarmenes enī est cau-
 sariū imperio: necessitas autē est executio earūdem per motus
 ad esse: et ordo est distributio cuiuslibet p̄ducti ad locū suū et
 officium. Casus autē nō est aliquid de mūdo: sed est qd daz
 permixtus ordini et necessitati. Sic ergo perfectio cuiuslibet
 est in trinario: ergo trinarium numerus est qui indicat rem
 perfectā in esse. Dixit autē in super Pythagoras: qd etiā to-
 tus et vniuersus: siue omne deitatis perficit trinario eo qd est
 deitas deoz supercelestium incorporearum: et deitas deoz cele-
 stium corporaliū: et deitas deoz terrestriū quoz mortale exi-
 tur: et mortale in celesti sede collocatur: et de his oibus nos
 domino cōcedente tractabimus quando disputabimus de
 deoz natura et deitatis distinctioe. Sed vnum obseruan-
 daz est qd Pythagoras in lege de deoz cultu nō precepit of-
 ferri sacrificiū aialium: eo qd nefas putauit occidere ani-
 malia: et qd non opz aliquid talium offerri deo: qd nullo ca-
 ret eoz que condita sunt ab eo. Sic igit: qd omne et totū
 completum tā substantie corporalis qd etiā ipsius spiritua-
 lis: qd ipsius vniuersi: et ipsoz deoz p̄stitit in tribus: nos opz
 distinguere in quo differant illa. f. omne totum et cōpletum:
 quādo de rebz naturalibz dicunt. Dicamus igit qd ista
 non differunt in forma: eo qd omnia noīant formam vnam:
 sed ipsoz diuersitas est in materia et in accidēte et hoc est di-
 cere qd per esse qd habet forma illa et diuersa cōparatione
 ad materiā differūt ista. Si enī accipiat forma illa put ipsa
 potētia est in multis: et de multis nō diuisa ab ipis tūc dice-
 retur omne: et comparatur ad partes subiectas: que discre-
 te sunt abinuitē: si vō accipiat ipsa eadē forma fm compa-
 rationē ad partes integrales quas vnit: tunc ipsa dicitur to-
 tum: qd continuatio partū integraliū hoc modo colligit et
 vnit in ipsa: et ideo dicimus in quinto physicoz: qd finis con-
 tinuitatis in physice est vno que fit per formā nālem: si au-
 tem eadem forma cōparetur absolute ad materiā: que subij-
 cit generationem: tunc ipsa est cōpletum: qd sic completus
 esse dat ei qd erat in potētia ante ipsas. Si autē adhuc eadē
 forma accipiat: put ipsa dat nomen et rōnem ei cuius est for-
 ma tūc ipsa dicit res cuius spectet vel illius: sicut homo vel
 asinus: et sic substat id ei qd vocamus suppositus: qd demō-

stratur cū dicitur hic est homo: et hic est asinus: et ille est leo.
 Cum ergo ista sint fm qd dicitur: tunc ex oibus dictis ma-
 nifestum est qd solum corpus inter cōtinua est cōpletum: et
 omni alia magnitudine cōpletus: et hoc est ideo: quia solus
 corpora terminant tres dimensiones: et reliquarū specierū
 continui est aliqua que habeat duas dimensiones: et aliqua
 est que habet vnaqz trī. Et inquantus recipiunt nomē dime-
 sionis in tāto et participant nomen cōtinuitatis et diuisibil-
 itatis siue separatiōis: eo qd numerus quiddā cōtinuum est:
 qd numerus cognoscimus diuisioe continui sicut in physice
 dictū est. Cui enī conuenit trī vna dimensio: vocatur conti-
 nuum a copulatiōe suarū partium ad p̄ctum et cui cōueni-
 unt due dimensiones: is sit cōtinuum: tamen vocatur separa-
 tum: eo qd itaz per duas formas cōtinui numerat: qd vna est
 longitudinis in ipsa forma et altera latitudinis: sed corpori
 cōtinent vtraqz noīa simul: quia corpus mathematicū p̄-
 ducitur p̄ductioe a superficie et linea directa in p̄fundum: et
 ideo habet in se formam lineae: que est cōtinuitatis: et formas
 superficie: que est separatio per duas formas: et quo ad hanc
 iterum rōnem corpus est perfectius alio duabus dimensio-
 bus. Amplius qd omnis magnitudo habēs in se formam se-
 paratiōis: habet etiā in se formas cōtinuitatis: qd omne di-
 uisibile est cōtinuum p̄culdubio: vtrū autē omne cōtinuum
 tā mathematicū qd physice sit diuisibile nō est sufficēter no-
 tum ex his que hic dicta sunt: et in quinto physicoz: sed erit
 manifestum in p̄mo libro perigeneseos: et in prima p̄bia vbi
 ostendit qd nulla sint corpora indiuisibilia. Qd autem tā no-
 tum et manifestum est ex his que dicta sunt hic: hoc est qd nō
 est possibile vt corpus permutari intelligat ad aliquid aliū
 quartū genus aliarū dimensionum: sicut diximus lineaz per-
 mutari ad superficiē per hoc qd ducit in seipsam: et permutari
 superficiem ad corpus per hoc qd ducit in seipsam: si enī
 esset via ad hoc qd corpus permutaret in alias quartam di-
 mensionē: tūc non esset magnitudo cōpleta: quz essent dimi-
 nuta ad vltimaz dimensionem que cōpleta esset respectu oīuz
 altarum: in solo enī eo qd diminutum est ab vltimo comple-
 mēto: possibile est permutatio. Cū ergo hoc fit vt dictū est:
 tunc impossibile est qd illud cōpletus qd separatur et diuidit
 in omnes dimensiones sit diminutum: hoc autē est corpus: er-
 go nō possibile est vt corpus sit diminutum: sed hoc dōm est
 de corpore in se in vniuersali considerato. Si autem nos cō-
 sideramus corpora mūdi: nos inuenimus aliqz qd est con-
 tinens et nō contentū ab aliquo: cui nihil addi potest nec in-
 tus nec extra: quēadmodum est celum primum: et mūdus ipse
 et inuenimus aliqz continens et contentus: quēadmodū sunt
 spere inferiores: et tres spere elemētōrū. Et inuenimus al-
 qz contentum et non cōtinens: quēadmodum est sphaera terre:
 et ideo dicimus qd corpōz simpliciū que sunt reliqua sub cor-
 pore in vniuersali accepto: vniūquodqz cōpletum est fm mo-
 dum sue dispositiōis sicut itaz diximus de termino sui com-
 plementi qui terminus est cui nihil addi potest: nec itra nec
 extra: diximus enī qd quilibet corpōz habet tres dimensio-
 nes: et sic intra se est cōpletum: verūtamē cōtēntis corpōz
 est terminus extra qd cōtēnta corpora tangit aliquid extra
 se: et illud cōtinendo mensurat ipsa: qd concavum cōtinētis
 tāto est quātum cōuerum corpōz contenti: et illud cōtēntus
 est in multitudine: qd cōtēnta sunt sicut materie cōtinētus:
 et partes quedam itē in cōtinētibus: et ideo videmus qd
 quilibet corpus qd est in multitudine cōtinētis est imperfe-
 ctum: qd si esset perfectus saluaretur in vno. Et hec multitu-
 do est duplex. Aliquādo est vnum in substantia: et incorrupti-
 bile: multa tamē in formis partū: et in moribus: sicut in mul-
 titudine sunt celli in feriores: sicut nos ostēdemus in secūdo
 huius scētie: et hoc cōtingit p̄pter imperfectionē potentie
 mouentis et mobilis que nō potest assequi finē sui moti nisi
 per multa: et per multos modos. Adotus aliquādo consistit
 in multiplicatione individuoꝝ: que ideo multa sunt: qd eē
 diuinum in periculo salutis esset in paucis eo qd generātur
 et corrūpuntur: sed totū culus omnia ista corpora sunt p̄ter:
 qd est celi primum vel ipse mūdus est omnibus modis his
 completum: et nulla parte diminutum: et ideo illud p̄prie ha-
 bet nomen totius et omnis: et est ei essentialē nomen istud et
 conueniens per prius: et perpetue conuenit ei eo qd conuenit
 fm essentialē. Illud enī est totum ratione absolute: et non

1173 161
1173 161
1173 161

Trius for-
mal et nūc-
malis.

Trius an-
coritate Tri-
megisti tribus
perficitur.

1173 161
1173 161
1173 161

Ex. cō. 3.

1173 161
1173 161
1173 161

1173 161
1173 161
1173 161

Ex. cō. 4.

De celo 7 mundo

totum ad quedam: 7 ad quedaz non totum: sicut sunt corpo-
ra particularia que sunt continentia 7 contenta. In sequen-
tibus autem declarabimus que sit natura totius: 7 utrum sit
finitum aut infinitum: 7 in aliquaz eius dimensionem. Ab illo
enim dependet perfectio istius capituli: quia si sit infinitum: tunc
non erit completum: eo quod nihil infinitum est completum: ut ostē-
dimus in tertio physico. **C** Est autē abbreviatio omnium
horum que diximus hic quod differētia inter corpus 7 quāti-
bet aliam dimensionem huiusmodi est quod corpus distenditur
ad omnes dimensiones: sed magnitudo que habet unam di-
mensionem vocatur linea: que habet duas vocat superficies:
que habet tria spatia vocat corpus: 7 post tria spatia nō re-
stat aliqua dimensio quarta: 7 hoc sciatur per hoc quod nō pos-
sumus intelligere aliquid aliud ad quod corpus mutetur: ut
addatur ei aliqua alia dimensio: sicut mutatur linea ad super-
ficiem: quando eius longitudo additur latitudo: 7 sicut su-
perficies mutatur ad corpus quādo eius longitudini 7 lati-
tudi per intellectū additur altitudo. **C**ōstat igitur ex hoc
quod in rebus quātitatem habētibus corpus perfectius est: eo
quod cōtinet in se omnes dimensiones: 7 unūquodque corporū hu-
ius mundi perfectum est hac perfectioe: sed tamen h3 quan-
dam imperfectiones: eo quod terminatur ad aliqđ corp⁹ extra
contingens ipsum: totus autem mundus utroque modo per-
fectus est. **H**abet enim tres dimensiones: 7 nō terminatur
ad aliquid extra. **H**ec autē abbreviatio colligitur ex verbis
Alicēne qui sic abbreviat sermonem istum.

Cap. 3^m. De probatione subtili quod oportet esse aliquid sim-
plex cui naturalis sit motus circularis per hoc quod sunt corpo-
ra simplicia: quibus est naturalis motus rectus: 7 de obie-
ctione contra hoc.

Nunc autem intendimus de partibus mundi sim-
plicibus que differunt formis substantialibus
ab invicem: 7 differunt accidentibus propriis
que consequuntur substantiales formas earum
ad hoc quod nos inveniamus corpus celeste per
motū qui est ei nālis sicut convenientiam sue for-
me naturalis. **A**d hoc autem investigandum ponemus p̄cipia
investigationis istius que p̄enes propositionem istam: quod v3
omnia corpora naturalia 7 magnitudines per se moventur
aliquo locali motu: quia h3 cetera magnitudines non moventur
nisi in corpore: tamē corpus ab eis habet quod sit mobile motu
locali sicut diximus. **H**is autem ratio patet ex his que di-
cta sunt in diffinitione nature in secūdo physico. quod v3 na-
tura est principium motus 7 quietis eius in quo est per se et
non sicut accidens. **H**is ergo quilibet corporū sit alicuius na-
ture formalis: 7 nos diximus quia motus est de cōsequenti
formam substantialem in corpore quod movetur per se non per
accidens: oportet quod habeat quodlibet corpus physicū motus
naturalem suā formā cōsequentem. **O**mnis autē mot⁹ lo-
calis sicut patet ex octavo physico. aut est equalis: aut cir-
cularis: aut cōpositus ex utroque. **D**uo autē p̄iores istorum
motus sunt simplices. scilicet equalis 7 circularis. **E**qualis enim
dicitur cuius mobile rectatur 7 equalium in partibus est dimē-
sionum: 7 circularis est cuius mobile est dimensionū circu-
larium: 7 h3 equalis motus 7 rectus sit etiaz super spatium eq̄-
le 7 rectum: tamē hoc nō est causa quod motus est rectus 7 eq̄-
lis: quia circularis nō est super spatium circulare sive in spa-
tio circulari quod sit extra ipsū: vel in ipso: quia nō est spatium
aliquod circularitatis nisi ipse circulus. **N**ihil autem movetur
in spatio quod est sub ipso: 7 sic patet quod circulare spatium non
est causa circularis motus: ergo a simili neq̄ rectum spatium
potest esse causa recti motus. **H**is autē habitis cum cā mo-
tus diversū sit causa mobilis quod movetur diversimode: ita
quod mobilis unius sicut formā sit motus unus sicut formā: 7
diversorum in forma mobilitatis sunt diversi motus in forma.
Ite causa diversitatis horum motus qui sunt circularis et
rectus est diversitas mobilitatis sicut formā: unum est enim for-
me que est in dimensionibus rectis 7 longis: alterius vero for-
me que est in dimensionibus circularibus. **N**otus autem
circularis est ille qui est circa medium: 7 motus rectus dicitur
in duos: quia est unus eorum in sursum sicut mot⁹ eius
quod est leve: 7 alter deorsum est sicut motus gravis. **D**ico au-
tem motum sursum: motum qui est a medio: 7 motus deor-
sum qui est ad medium. **E**rgo manifestū est quod erit tres

motus locales simplices: ad medium: a medio: 7 circa medi-
um. **E**t signant isti tres motus tria mobilia in forma diffe-
rentia: sic est aliqđ corpus sicut substantiales formas diffe-
rens ab elementis 7 cuius naturalis motus est circularis: si-
cut naturalis motus est rect⁹ corpori quod est elementū. **C** Est
autem hic non parvus locus ambiguitatis. **N**os enim ostē-
dimus in octavo physico. quod forma illa quā naturaliter cō-
sequitur motus localis est forma data a generante: 7 res in
potentia ad motū hoc modo quo est in potentia ad formā illam:
talis enim forma est elementis simplicis quā consequit
motus sursum 7 locus sursum: 7 motus deorsum 7 locus de-
orsum. **S**i ergo elementalem formā cōsequitur motus circu-
laris: videbitur necessario quod celum sit cōpositus ex elemē-
tali forma que est actus 7 perfectio materię: 7 ex materia. **O**mnis
autem sic cōpositus est generabilis 7 corruptibilis: igitur celum
generabile 7 corruptibile videtur: cuius cōtrarium of-
fenditur probatur inferius: quia ibi ostēdemus quod celum ex materia sua
tota est: 7 quod non habet compositiones forme cum materia:
ita quod forma sit actus acceptus per generationem. **S**i autem
aliquis forte velit dicere quod celi motus est mot⁹ forme sue:
que non accipitur per generationes: sed inest ei semper sicut
in generabili 7 in corruptibili: 7 quod ideo est mot⁹ suus in-
generabilis 7 incorruptibilis: tūc omnia illa que dicta sunt in
principio. 7 physico: 7 in secūdo tractatu. 8. physico: erit
falsa. **I**bi enim ostēditur est quod omne quod movetur per se h3 mo-
tores a se distinctus per esse 7 diffinitiones: vel saltes per dif-
finitionem solus. **S**i enim diceretur celum moveri a forma
sua corporali: que est ut ita dicam celestas: tunc a nulla par-
te nec a toto distinguitur motor: nec per esse: nec per diffini-
tiones. **I**te quia corpus mobile non est motū nisi per hoc quod
est in potentia ad locum: sicut corpus mobile ad formā non
est motum sicut actum: nisi per hoc quod est in potentia ad for-
mam: non autem est in potentia ad locum: nisi per se vel per
accidens: 7 si est in potentia ad locum per se movebitur a ge-
nerante: 7 non movetur plus quando adeptus fuerit formā
generantis 7 locum: quia tunc stabit. **S**i autem est in poten-
tia ad locum per accidens: tunc est extra locum suum violē-
ter: 7 movebitur ab eo quod remouet impedimentum: 7 quā-
do adeptus fuerit locum suum iterum quietescit: 7 nihil ali-
um istorum videmus in celo quod movetur continue in loco suo:
7 non a generante neq̄ a remouente prohibens. **A**dduc
autem ostēdimus in secūdo tractatu. 8. physico: quod neces-
se est quod primum quod movetur: moveatur non a generante:
sed a seipso: quia illud movetur in loco suo: post quod iam com-
pletus est in esse sicut animal: 7 ostēdimus quod ille motus nō
est omnino naturalis: quia omnia videtur falsificare ea que
hic sunt inducta. **C** Ad oia autē hec videtur solvere Aver-
rois dicens quod natura a sumis equivoce: quādo dicitur motus
rectus esse naturalis: 7 quādo dicitur motus circularis esse
naturalis: eo quod motus rectus est cōsequens formam per ge-
nerationes datā a generante: que actus est cōpositi a genera-
tione est finis: 7 materia generationis est subiectū. **A** hoc au-
tem circularis est a forma que est substantia separata que non
est actus alicuius corporis: neq̄ alicuius generationis finis:
neq̄ materia est alicuius generationis subm. **C** Sed si hoc est
verum quod dicit dicitur phis tūc nō videtur ratio inducta vale-
re: quia equocatio impedire videtur eius processum. **S**ed ad hoc
iterū potest dici per illud quod in octavo determinatū est: quod
talis motus est naturalis sicut motū illud quod movetur compa-
ratur ad motore: 7 nō sicut illud quod movetur comparatur ad
motū: vel partes eius quod movetur comparatur ad motū. **E**st
enim totius animalis natura aia que movet locales motus: h3
ipse motus nō sicut naturā sit corporis moti vel partū ipsū:
corporis moti: 7 quo ad hoc est similitudo proportionis: quo-
niam sicut naturalis est motor generans dādo formam suā ge-
nerabili: 7 per hanc est movens sicut locū: ita naturalis est mo-
tor: qui est substantia separata ei quod movetur quādo inest ei
motū locale per intellectū vel appetitū: vel possumus dicere
quod sicut forma que est cōsicta corpori: 7 est actus corporis h3
movere dādo formā suā corpori recto: quod habet gravita-
tes 7 levitates: ita forme 7 substantie separate est movere cor-
pus rotundū: neq̄ habēs gravitates: neq̄ levitates: 7 hoc re-
dit fere ad idē. **C** Sed tunc surgit maior 7 magis difficilis
questio:

Abbreviatio
eius pdictorū
ex dñis Aui-
cēne collecta

Tex. cō. 5.



Di gressio
quam mouet
Auro. i. c. 5.

Solo Auro
19 in. cō. 5.

Obito 7 so-
lutionem.

Solo
motu 7
motu 7
motu 7

Tex. cō. 6.

Alia obito
difficillior p̄.

questio: et illa fundatur super duo: quorum unus est: quod nos videmus quod hec forma que datur ab hoc genere non habet motum nisi per esse quod habet in eo quod movetur per hoc quod indidatur in ipso. Et scilicet est quod formatur talis diversitas in specie diversificat corpora que movetur in specie: et est motus ipsos diversificat in specie. Si ergo ponat forma separata: que per esse nullius corporis est actus: et ideo indiduationes non habet ab ipso subiecto in quo est: illa videtur non posse movere subiectum cuius per esse non sit et coniuncta. Et iterum propter scilicet nulla diversitas motus videbitur posse esse: ex talibus motibus cum omnes ipsi sint substantie separate: et per hoc non habentes diversitate: neque diversitatem aliquam causantes vel facientes in corpore quod movetur ab eis: neque etiam in motibus qui sunt ab eis. Et scias quod hec difficultas multos compulit dicere quod celus compositus est motore qui est actus corporis et virtus eius in corpore quod movetur. Et dederunt illi motori celli imaginationem qua intenderet hunc motum particularem que sunt in generatis et corruptis: et ab illa diversitate provenit diversitas motus ipsorum. Hec omnia autem absurdum sunt: sicut nos probare intendimus in prima parte: et in parte probamus in octavo physicorum: quod si esset sicut isti dicunt motor talis moveretur per accidens: et sic non esset primus neque separatus: et esset finitus non infinitus in virtute movendi que omnia ostensa sunt non convenire motori primo separato. Et propter quod quantum sufficit presenti negotio dicendum est quod motores sperantur celestium: et moveantur per modum nature eo quod moventur uno modo: et quod motus ille est naturalis corpori celli plusquam motus precessivus conveniat corpori animato: tamen sunt separati: neque per esse: neque per definitionem dependentiam habentes ad corpora ipsa: sed comparantur ad ipsa sicut intellectus artificis comparatur ad corpus quod movetur instrumentaliiter ad formam artis inducendam in materia propter quod forma que est in motore proprie est: neque universalis: neque particularis: eo quod hoc accidit formis prout abstractur a rebus per potentias apprehensivas: nisi forte dicere quod est unius eo modo quo una numero causa dicitur universalis: quia factiva est multorum. Talis autem intellectus sic informatus inducit motum particularem corpori: qui quidem particularis est prout est in eo quod particulare et singulare mobile: habet tamen universales virtutes explicat omne illud cui debet induci forma quas intendit inducere motor: per suas scientias activas: et sic patet aliquantulum solutio primi. Diversitas autem istorum motorum est ex diversitate ordinis huius distare plus vel minus a causa prima: et hinc diversitati respondet diversitas mobilitatis sperantur: et per consequens diversitas motus in speris ipsis: et sic propalata est solutio secundae. De hoc tamen plus dicemus in libro secundo istius operis: sed cum subtilitate inquiremus de his in prima parte: et que hic dicta sunt concordant cum his que dicta sunt in octavo physicorum. Dicitur enim ibi quod motor est separatus non indigens corpore: nec motus motu corporis per accidens: quoniam nam est sicut intellectus actius movens. Et dicitur diversitas multitudine est inter id quod movetur ab aialium aia: et illud quod movetur a motoribus separatis: quia corpus aialium de se non est susceptibile motus precessivi: quo movetur aia aialium perfecte: et ideo natura fecit ei fila et chordas per que trahit membra ad motum: et fecit ei musculos in quibus sedent virtutes affixe in membris que movent ad imperium intellectus moventis. Corpus autem celli de se susceptibile est motus istius et per suum motum separatum propter quod nec indiget filis et chordis nec virtutibus organicis affixis istis partibus moti: et quia talibus non indiget: ideo nullam habet virtutem que sit corporis virtus et actus eius: sed totus est separatus: ita quod nihil accipit a corpore: nec esse habet a corpore neque definitiones: et sic debet intelligi quod dicitur motus naturalis celli qui est circularis sicut motus rectus naturalis est elemento. Simpliciter autem motus locales in genere sunt tres: scilicet in specie plures: quorum unus est a medio et est duorum elementorum: et alius est ad medium et etiam est duorum elementorum: et tertius est circa medium: et ille est multiplex et convenit corporibus cele-

Opio Autem ne circa que situm.

Impugnatio eisdem.

Solo de ad questionem.

Et si sit diversitas motorum in celestibus vide et co. 4.4. 12. metaphysice.

stibus. Hoc autem convenit cum eo quod diximus superius: et quod corpus est compositum ex tribus dimensionibus: scilicet entis tres dimensiones corpus movetur tribus motibus: quia cum dextrum et sinistrum sit primum latitudinis: erit illud principium motus circularis: ut in secundo huius scientie ostendemus. Similiter ante et retro erit principium cuiusdam motus qui est interior motor et mobilium secundum circulum: sicut illoz quorum motus est super polos orbis signorum. Superius autem et deorsum sunt principia duorum motuum ascensionis et descensionis: huius diversitatem sanorum terminorum: et ideo errant qui dicunt tres dimensiones non habere consonantias cum tribus motibus localibus corporum simplicium nisi in numero: quia sicut iam patuit tres dimensiones secundum sua extrema que sunt in mundo habent causalitatem ad tres motus. Cum nos autem vnum istorum motuum dicimus esse circa medium sunt quidam quorum princeps et dux Averrois qui dicunt quod istud medium est physicum et nature unius et determinatum: et hoc est medium terre: quia hoc est medium mundi: et sic volunt mentiri astrologos in hoc quod ponunt epiciclos qui voluuntur circa medium acceptum in deferentibus circulis: et dicunt falsum esse quod de circulis dicitur eccentricis sive circulis egressus cuspidis: quia illorum medium: neque est vnum: neque terre medium: sicut probatur in Almagestis Ptolemy. Sed quia de his dicere non potest sufficiens investigatio haberi: ideo trans seundo dico quod dicitur Averrois non tenet nisi dicant omnes orbis esse unius nature et vnius materie: et vnius materie: quemadmodum vnius materie sunt elementa: et nihil horum verum est sicut ostendemus in secundo libro: ideo si corpora celestia diversa sunt in forma et in materia: et in motu diversa erunt: et ideo non erit inconueniens quod etiam diversa habeant centra. Sed Averrois nequaquam bene sciuit naturas celestium: et ideo multa absurda et absurda dicit de cellis: que etiam falsa esse convincuntur per vsum: redeamus hinc ad propositum adhuc inducentes rationes ad probandum quod celus est corpus quoddam simplex preter quatuor omnia elementa existens. Dicimus igitur quod cum inter corpora quedam sunt simplicia quedam composita: ex simplicibus erit profecto simplicia in quibus ideo est motus simplex: quia in eis natura movens non est nisi una quecumque sit illa que est principium motus naturalis: sicut est ignis et terra et similia formis horum duorum que sunt media: quia aer est forma motus ignis in levitate: et aqua forma motus terre in gravitate. Et sunt etiam hec duo similia generi ignis et terre: scilicet Joanes grammaticus velit hoc esse falsum propter hoc quod quatuor elementa differunt in formis et differunt locis ad que moventur: sed in genere gravis et levis conveniunt: et differant secundum species gravitatis et levitatis. Sunt autem corpora composita in quibus sunt plures nature moventes: sicut natura levis et natura gravis: et secundum hoc necessario diversificatur motus quia alij sunt motus simpliciter: et alij motus compositorum: motus autem corporum compositorum diversificantur secundum diversitatem compositionis: sed tamen quia non potest esse compositio ad equalitatem omnimodam componentium ideo motus compositorum est idem in specie secundum naturam moventem que vincit in composito. Si enim esset compositio ad equalitatem omnimodam tunc compositum nec locum nec motum haberet: sed in omni loco in quo poneretur ibi et maneret fixum: quia componentia equaliter moverentur ipsius sursum et deorsum. Sed tunc forte obijciat aliquis dicens quod secundum hoc compositio dissolveret: quia vincens in ipsa alia vel expellet vel transfundabit ad seipsum. Sed ad hoc respondemus quod est compositio secundum equalitatem geometricam in compositis per naturam: et non secundum equalitatem arithmeticam: non enim componentia in composito sunt secundum equalitatem in quantitate componentium acceptam: sed potius secundum similitudinem acceptam in equalitate proportionis componentium: quia cum sint in composito terminato et continuato: et tamen est in compositio de sicco terre: quantum passivum sufficit ad terminationem et figuracionem compositi: et est in eo de frigido quantum sufficit terminationi et figuracioni active: quantum autem sufficit ad continuationem est in eo de humido continuante. De calido autem quantum sufficit movere ad ista et actiones compositi. Dicimus autem plura de hoc in primo libro perigeneseos in tractatu de mixtione. Cum igitur (ut predictum est) motus simplex sit nature secundum

Nota contra Averroem.

E.c.7.

Nota rationes pro qua non potest esse equalitas ad polos duos. vide etiam Comentariorum hic. Et sic 3 fidi etia. Solo Nota de duplici equalitate.

Ec. co. 9.

ipsum est forma que est virtus in corpore eius variata secundum diversas partes eius quod movetur per accidens. Et ideo ab illa non potest moveri circulariter et simpliciter: et quando voluitur in circuitu hoc fit: aut a virtute movens corpus extra quod non equaliter appropinquat omnibus partibus eius quod movetur: et ideo non simpliciter potest esse motus: aut fit eo quod componitur ex compositis virtutibus sicut ex gravi et levi: quia si tunc venit grave super leve tunc involvendo se descendit: sicut facit ventus turbinis descendens: et si vincit leve super grave tunc involvendo se ascendit sicut facit ventus turbinis ascendens. Quod autem in superioribus rationibus supponitur elementis posse venire motus circularis simplex hoc est ex hypothesi adversarij et non ex veritate: et ideo inducitur ut dicitur hoc ducatur ad impossibile modo supradictis: et ideo procedens de plano quod secundum veritatem motus circularis non est contrarius: et quod motus circularis simplex non potest venire nisi corpori quinto: quod est celus. Est autem cavendus a dictis aliquorum minus peritiorum in astronomicis qui dicunt corpus sphericum simpliciter esse naturam quod voluitur circa centrum unum: et ideo motus eius esse super polos sphericos perforatos. Item quod dicunt quod stelle superiores et inferiores omnes non possunt moveri uno motu proportionabiliter: quia oportet quod motus ille non esset virtus sicut diximus in octavo physicorum: quod non est virtus motus eorum que feruntur per medium. Quod enim dicitur quod motus sphericus esset super centrum hoc est naturaliter verum et mathematice: sed centrum non acceptum fit uno modo dicitur et inde: quia naturale centrum corporis est sensibile quod est terra ad quod virtus sphericus refertur: et respectu radij eius: mathematicum autem centrum eius est punctus indivisibile sumptum in toto continuo sphericus totius: et quod dicitur super polos stantes esse: ac si sint perforati imaginabiliter dictum est: eo quod non imaginamur speram volui: nisi super arem intelligibilem quam imaginamur transire per polos. Secundum autem dictum non habet causam sufficientem: quia si verum sit fortassis stellam non circumvolvi nisi la tam a circulo suo: tamen nihil prohibet eam continuam habere motus: etiam si per se moveretur: sicut ostendimus in octavo physicorum: nec aliqua necessitas cogit corpora diversa in materia proportionata forma referre ad centrum suum et idem: ex his igitur facillia sunt que superius sunt inducta.

Cap. 5^m. De probatione per motum circulem quod celum est corpus prius quam corpus quod est elementum.

De autem quod diximus per motum circulem probari corpus celeste esse distinctum a quatuor elementis: et esse prius eis secundum naturam adhuc etiam aliter probatur. Dico enim ex his que a nobis probata sunt in octavo physicorum: quod motus circularis primus est omnium motuum necessarius: et huius ratio est quia completum et perfectus est ante diminutum: et est prius eo prioritate naturali et substantia et tempore. Et nos ostendimus quod circularis motus est completus et perfectus omnibus motibus: ergo debetur corpori quod est figure completioris et prioris per naturam: et hoc est id quod est circulare per naturam: quoniam de lineis equalibus et rectis nulla completa est: siue sit infinita: siue finita. Si enim infinita: tunc nullo modo potest esse completa: cum omne complementum sit a fine: et infinita dicatur a privatione finis. Si autem est finita: tunc erit corpus finitum. Rectum autem finitum necessarius est contentum ab aliquo corpore: quia non potest imaginari quod sit rectum continens: eo quod non secundum equalem distantiam referri potest ad quatuor: nec est ambiciens ut circulare: quod equaliter distans ambit ea que sunt in ipso. Omne autem contentum habet aliquid extra se terminans ipsum et conservans continendo. Si ergo hoc accipitur ut corpus finitum: tunc potentia suscipit additionem: quod potest intelligi crescere in continens: et dico quod si accipitur ut corpus: quia forte si accipitur ut hoc corpus non potest crescere: quia materia elementorum non est possibilis ad maiorem extensionem quam habet sub forma ignis. Sed nos non loquimur hic nisi de corpore: put consideratur in solis dimensionibus sue quantitate: sicut diximus in primis huius libelli. Talis autem additio non est possibilis in corpore rotundo: quia corpus rotundum si habet rationem sphericam: oportet ad minus esse finitum et terminatum in suo periculo: et ratione concavum est continens et non contentum. Et autem quidam dixerunt ipsum infinitum in superficie concava: eo quod dixerunt infinitam esse spissitudinem inter superficiem interiorum concavam et exteriorum convexam: tamen hoc infra reprobabimus: sed quod nobis hic sufficit est quod rotundus de sua ratione est finitum in concavo: et continens non contentum: ergo est completum et non contentum extra ab alio corpore: et sic completum in se et impossibile ad incrementum additionis: et ideo omnia que conveniunt recto: negatur de rotundo: et ideo oportet quod rotundum corpus prius sit recto. Et deamus igitur ad principium istius disputationis: dicamus quod motus primus absque dubio naturalis est corpori primo: et quod motus circularis prior est motu equali recto: ergo motus circularis simplex et primus convenit alicui corpori simplici et primo: et hoc est celum: ergo celum est prius elementis et simpliciter eis. Quod motus enim equalis convenit corporibus simplicibus equalibus: sicut ignis qui movetur sursum motu equali: et huius simile est in terra que est corpus simplex et movetur deorsum motu equali simplici. Deorsum autem voco motum ad medium. Si ergo ita se habent: tunc proculdubio est dignius quod ille qui est simplicior et prior motus hic sit etiam motus veniens corpori simpliciori et prioris quam illa corpora sint: ergo corpus quintum cuius per naturam est motus circularis: non est aliquod ex elementis sed prius eis. Nos enim ita diximus quod illi motus simplices conveniunt corporibus simplicibus: et si inveniretur motus simplex in composito corpore: hoc contingit ratione simplicis corporis quod dominatur in illo composito. Itaque igitur per omnia supradicta et per rationes inductas ostensum est quod est aliud quod corpus simplex aliud in substantia materie et forme a corporibus que sunt quatuor elementa que sunt apud nos: et illud est substantia nobilis et sublime in natura: propter hoc quod non generatur neque corrumpitur: et est altissime dignitatis in perpetuitate: et est primum et principium istorum corporum inferiorum omnium. Et si autem dixerit adversarius quod omnis motus corporis simplicis: aut est naturalis: aut accidentalis: et ponat cum hoc quod motus ille qui est quibusdam corporibus naturalibus simplicibus naturalis: alius corporibus simplicibus est accidentalis: sicut motus ascensionis et descensionis: ascendere enim naturale est quibusdam corporibus et accidentale quibusdam: et descendere similiter: quia naturale est igni ascendere et terre accidentale. Et dicat cum hoc adversarius quia etiam sic est de motu circulari: videlicet quod est istis que sunt vocata elementa accidentalis: tunc proculdubio oportet necessario eum concedere quod idem motus circularis sit naturalis alicui corpori quod est aliquid aliud ab elementis: quia cum concedit istam propositionem quod motus naturalis unum: alteri est accidentalis: tunc per locum a minor oportet eum concedere quod ille qui est accidentalis unum corpus erit naturalis alij: eo quod minus videtur quod hoc sit vera quod naturalis unum sit accidentalis alij: cum ad naturale non necessario sequitur accidentale. Cum ergo illa conceditur ab adversario: dignius est ut concedat suam conversam: quia videlicet accidentalis unum erit alij naturalis: quia accidentale necessario presupponit sibi naturale: quia si non sit naturalis aliquid: tunc non erit accidentalis aliquid: sed non convertitur: sicut si non sit substantia non erit accidens: et non convertitur. Est tamen sicut in prioribus diximus hoc falsum: quod naturalis unum et simplex alij sit accidentalis: sed gratia disputationis hic sumimus eam ab adversario qui dixit celum esse ignem: et sicut communis opinio antiquorum omnium philosophorum: et quod circularis motus non esset alicui naturalis. Amplius autem si est motus circularis naturalis: sicut iam probatum est: tunc manifestum est et clarum: quod oportet esse aliquod simplex primum de numero corporum simplicium cui natura liter propter suam figuram attribuitur motus ille: sicut corpori rectarum dimensionum qui est ignis naturaliter attribuitur motus sursum: et corpori recto quod est terra attribuitur motus deorsum. Si autem adhuc asserat adversarius quod motus circularis non est nisi accidentalis: et nolle credere per rationes inductas: tunc inducimus contra eum testimonium sensus. Adirum enim videbitur omnibus et extra rationem omnino: quod motus accidentalis sit prius

Et sic et nullo et mathematice sufficiet motus sphericus esse circa centrum.

et sic et sic

Ex. co. 12



et sic et sic

et sic et sic

Ex. co. 13

Ex. co. 14

Ex. co. 15

De celo et mundo

et perpetuus qui non habet finem in tempore et ultimum: cui visus nobis testificatur contrarium eius: quia in omnibus videmus quod res accidentaliter et violenter existentes coram patitur velociter: et finiuntur tempore breui: probauimus etiam in octauo physicorum circulem solum esse perpetuum et infinitum motus. **C** Amplius si celi quod mouetur motu circulari esset ignis: sicut dixerunt antiqui philosophi: sic oporteret dicere quod motus circularis accideret celo: quia nos non videmus nisi motum naturalem in igne: nisi illum qui est a medio sursum secundum motum rectum in linea equali et recta: et tunc sequitur omnia superius habita inconuenientia. Ex omnibus autem dictis facile est colligere rationem vnam vel plures ab eo qui est peritus in arte syllogizandi. Ex qua necessario sequitur: quod corpus motus habens circulem simplicem est separatum a proprietatibus corporum que vocantur elementa vicina nobis et continentia nos: et eius natura tanto nobilior est naturis elementorum quanto secundum distantiam longitudinis et elevationis distat ab eis. Est enim terra quasi seorsum in corporibus simplicibus: et ignis nobilior et formalior in elementis. Quod autem eleuatus est super ignem nobilior et formalior est igne: et hec comparatio est in corporibus celestibus: quia inferior: orbis ignobilior est quam superiores: et superiores quantum sunt eleuatiore tanto sunt nobiliores. Propter quod egregie dicit Aristoteles in libro de animalibus: quod luna in celestibus est de natura terre in elementis. Ex his autem vterius relinquitur per rationes inductas de motibus simplicibus: quod corpus primum mobile quod naturaliter mouetur motu circulari: non habet grauitatem neque leuitatem.

Cap. 6. Quod corpus celeste nullam habet grauitatem aut leuitatem.

Onuentens autem est hic propter doctrine bonitatem per definitiones declarare quid est leue et graue: ut facilius sciatur corpus celeste neque leue esse: neque graue. Dico igitur de diffinitione vtriusque in tantum quantum indigemus hic: quia subtiles eorum differentias et passionibus inuestigabimus in sequentibus libris huius scientie: ubi percurtationem ponemus ad sciendum substantiam corporis accidentia perfecte. Dicamus igitur nunc supponentes quod graue est descendens ad medium: et leue ascendens a medio sursum: et cum graue sit corpus simplex duobus modis: hoc est simpliciter et vbius graue: et in aliquo loco graue: et leue in aliquo loco. Tunc dicamus quod graue simpliciter est quod vltimam grauitatem habet id quod subsistendo quiescit sub omnibus corporibus simplicibus descendens deorsum: et per contrarium leue etiam dicitur duobus modis vltimum: videlicet in leuitate quod quiescit super omnia corpora ascendens etiam sursum. Quedam enim sunt leuia vbius: et illa sunt vltima in leuitate: et quedam sunt leuia in aliquo loco: que ascendunt ab aliquo loco: et descendunt ab aliquo loco: sicut aer et aqua: sed aqua est plus grauis: quia descendit a loco ignis et a loco aeris: et aer est plus leuis: quia ascendit a loco terre et a loco aque. Aqua autem ascendit a loco terre: sic est leuis: et aer descendit a loco ignis: sic est grauis. Si ergo hec ita se habent: tunc omne corpus simplex quod mouetur sursum aut deorsum: proculdubio habet grauitatem aut leuitatem secundum vltimum grauitatis aut leuitatis: aut simul habet ista duo: non sicut compositum ex diuersis naturis: sed per comparationes diuersas ad diuersa loca elementorum: sicut leuis est comparata ad aquam: et aqua leuis comparata ad terram. Cum enim nos differimus leuitatem et grauitatem tam per motum quam per quietem: erit id leue quod habet habitum et naturam leuitatis inclinantem ad motum leuis et quietem: et illud erit graue quod habet habitum et naturam grauitatis inclinantem in motum et quietem grauis. Et ex his facile manifestum est: quod non est possibile ut corpus rotundum habeat naturam grauitatis et leuitatis: cum non habeat inclinationem in motum: vel quietem leuis vel grauis: sed potius ad motum circulem. Non enim est possibile: ut ipsam ex inclinatione propria et naturali moueatur ad motum: vel ad quietem in medio: aut etiam mouetur ex medio sursum vel ad quietem sursum naturaliter vel accidentaliter. Et huius probatio est quod motus equalis qui est rectus:

non conuenit corpori sperico per naturam: eo quod iste motus non est nisi corporum simplicium reclarum superficierum: sicut patet ex antecedentibus. Ad motum enim qui est secundum inclinationem nature indicat naturam corporis simplicis: et sic sunt idem: quia referuntur ad idem: quia quod est forma corporis: hoc est causa motus. Et ideo si rotundum haberet rectum motum: oporteret quod corpus rotundum esset idem in specie cum illo corpore: cuius ille motus est rectus quod est impossibile: cum rotundum et rectum sint differentes figure: et cum figura sit consequens speciem et naturam: oportet quod figurata sint differentia secundum naturam: differentium autem in natura differentes sunt motus secundum naturam. Si autem propter hoc dicitur quod motus rectus est corpori rotundo accidentaliter: hoc erit sicut si dicamus quod mouetur quidem corpus celeste naturaliter per circulem: sed accidentaliter mouetur aliquando sursum vel aliquando deorsum: vel altero illorum modorum: tunc sequitur necessario si alter est sibi accidentaliter tunc: quod reliquus sit naturalis: et ideo si mouetur sursum: accidentaliter: tunc mouebitur deorsum naturaliter. Et si mouetur deorsum accidentaliter: tunc mouebitur sursum naturaliter: quia alteri non est violentum nisi ideo quia oppositum inest ei per naturam. Jam enim preostendimus hic quod duorum motuum contrarium: quando vnus motus est corpori simplici naturalis: reliquus est accidentaliter: proculdubio et e converso: si autem dicitur quod vterque est accidentaliter cum non sit accidentaliter nisi contrarius naturaliter: oportet quod illud corpus habeat aliquod contrarium corpus in numero corporum simplicium. Nos enim infra ostendemus quod corpus rotundum per naturam nihil habet contrarium omnino: ergo non habet motum accidentalem rectum aliquem. **C** Amplius apparet idem ex hoc: quod ad sensum videtur quod nos videmus quod in corpore omni simplici idem locus est ad quem mouetur pars et ad quem mouetur totum: et huius causa est: quia totum et pars in simplicibus est eadem ratio: sicut idem est locus ad quem mouetur tota terra et ad quem mouetur gleba: vtriusque enim istorum mouetur ad locum vnum: et ille est medium mundi. Si autem hoc est sicut diximus: tunc nullum est dubium quod corpori quod per naturam est rotundum: nulla est grauitas: neque leuitas omnino: quia si esset graue: tunc possibile esset quod ipsum aut in toto: aut in parte moueretur ad medium: et si esset leue: tunc moueretur a medio secundum motum aut secundum partem. Videmus autem hoc nunquam accidisse secundum totum tempus preteritum: quia stelle in numero suo essent diminute: siue motu fuissent ad medium: siue longius recessissent a medio: ergo non habet motum grauis: neque leuis: ideo neque grauitatem: neque leuitatem: et cum non habent contrarium: eo quod neque leue est: neque graue. **M**anifestum est quod non est possibile ut accidentaliter motu moueatur sursum vel deorsum: et vterius manifestum est quod etiam aliquo motu mouetur: et non sicut motu compositi ex elementis: ita quod moueatur accidentaliter secundum totum: aut secundum partem sicut diximus.

Cap. 7. Digressio in qua est abbreviatio dictorum: vbi de hoc quod motus circularis naturalis est corpori celesti.



Adnum horum que dicta sunt a phemio vbius ad hunc locum abbreviatio facta est per hunc modum: quia totum fundatum est super hoc quod non est possibile ut aliquid moueatur secundum naturam: nisi corpus: et ratio huius: quia omne quod mouetur necessario est in loco. Ad motum enim de quo hic loquimur non est nisi mutatio siue locatio de loco ad locum: nihil autem occupat locum circumscriptione a loco nisi corpus: ergo non mouetur de loco ad locum nisi corpus. Alterius autem oportet quod omne corpus habeat motum naturalem proprium. Si enim due fuerint res vel plures simplices: et conueniant in natura secundum aliquid: et differant in natura secundum aliquid: conueniant in actione secundum aliquid: et differant in operatione secundum aliquid: et accipiuntur actiones essentialiter ipsarum: tunc oportet id quod in eis est causa conuenientie in actione: sit causa conuenientie in natura: et id quod est causa differentie in actione: sit causa differentie in natura. Si autem sint actiones non essentialiter: vel que vni est essentialiter: alteri accidentaliter: tunc non oportet quod calor aliquando sit causa maioris congelationis: cuius causa est maioris frigiditatis intentio: et tamen in eam non conueniant calor

Tex. c6. 16.

3de Auro
is hic l. 16.

Tex. c6. 17.

Tex. c6. 18.

Tex. c6. 19.

calor: & frigus. Item si sint res predicto modo conuenientes: & predicto modo differentes compositae: tunc iterum non oportet: sed nos hic loquimur de simplicibus & essentialibus conuenientibus & differentibus que cum ita sint tunc diximus ex superius habitis quod omne corpus cum omni corpore conuenit in corporeitate: sed differunt unum simplex ab alio in proprietatibus additis corporeitati: que prime sunt figure: rectum & rotundum: & secundum calidum & frigidum: humidum & siccum: graue & leue & huiusmodi. Conuenit igitur omne corpus cum omni corpore: in hoc quod causat corporeitas: & hoc est aptitudo ad motum: & motus ex parte eius quod mouetur: & differunt unum ab alio in speciebus motus qui causat a dispositionibus additis corporeitati. Ex quo necessario sequitur quod omne corpus habet motum naturalem a dispositionibus que sunt in ipso causatum. Adnotandum autem quidam sunt simplices: & quidam compositi: simplices autem in genere non sunt nisi duo circularis videlicet & rectus: quod ideo est necessarium: quia prima simplicia sunt linee mensurantes: & id quod mouet & spatium super quod est motus: linee autem de se simplices non sunt nisi due circularis & recta: ergo motus simplices non sunt nisi duo: sed rectorum alius est ad medium hoc est deorsum: alius est a medio sursum: & hoc quidem visus attestat: quia videmus omne corpus simplex moueri: vel ad medium: vel a medio: vel circa medium. Compositorum autem corporum motus est secundum naturam simplicis in eo dominantis: sicut diximus superius de stipite accenso: & turbine descendente vel ascendente: sed de talibus non curamus modo. Dico igitur quod cum differetia motus in specie sit ab aliqua natura qua differunt corpora inter se: erit motus circularis simplex causatus ab aliqua natura que differat ab omnibus corporibus habitibus motu recto: ergo corpus rotundum cuius est naturalis circularis motus differat secundum naturam a quatuor elementis que habent motum rectum: & sic erit essentialis quinta: quod non potest dici quod circularis motus sit illius corporis accidentalis: quia accidentale non est ante naturale: sed post ipsum: & ideo nisi prius sit quod naturalis circularis: nunquam erit aliquis accidentalis circularis: ergo hoc modo probatur est sufficienter quod corpus cuius naturalis est motus circularis: est differens ab elementis. Si autem dicatur quod celi est unum de quatuor naturis que vocantur elementa: & illa mouentur circulariter: & hoc refellitur per hoc quod corpora naturalis simplicis non potest esse nisi unum motus simplex. Videmus autem omnes quatuor naturas moueri naturaliter secundum rectum: ergo nulla eorum mouetur circulariter: nisi per violentiam. Sed ostendimus quod oportet quod eius circularis motus sit simplex: quod sit aliquid simplicis per naturam: & sic redit idem prius: quod videlicet oportet supponere corpus quod in se per naturam mouetur motus circularis. Si autem diceretur quod corpus celi esset compositum ex elementis: tunc absque dubio haberet motum compositum. Nos autem iam ostendimus quod motus circularis est corporis omnino simplicis: & oportet quod sit illi corpori naturalis: si enim daretur quod non esset ei naturalis: tunc oporteret necessarium quod haberet alium motum naturalem quicquid esset ille: & illi oporteret esse rectum: cum non sint nisi duo motus simplices in genere: & si iste esset sursum: tunc esset ignis vel aer: & si esset deorsum tunc terra esset vel aqua: & hoc extraneum & mirabile esset quod corporis celi naturalis esset motus: quo nunquam est motus nec mouebitur: & esset ei accidentalis motus ille quo nunquam potest carere. Ex his igitur omnibus patet quod motus circularis est naturalis alicui corpori simplicis quod est extra quatuor elementa: non enim possumus dicere quod motus ille sit alicuius elementorum: quia si esset alicuius elementorum: tunc moueretur illo elementum illud aut naturaliter aut accidentaliter: & si moueretur naturaliter illo: tunc etiam moueretur motu recto naturaliter: sequeretur quod idem corpus simplex haberet duos motus essentialis & naturales quod est impossibile. Si autem dicitur quod mouetur illo accidentaliter: tunc sine dubio mouetur circulariter circumductus ab aliquo corpore quod mouetur circulariter: tunc dignus est quod circularis motus sit illi corporis naturaliter quod istius cui uenit accidentaliter: quia si dicitur quod etiam illi comueniret accidentaliter: tunc tres in infinitum: aut oporteret ponere quod aliquod primum naturaliter mouetur secundum circulum: & hoc corpus tunc erit extra quatuor elementa. Et si nos hic posuerimus quod hoc corpus est essentialis quinta preter quatuor elementa: tunc cum hoc non possumus dicere quod motus

circularis sit et non naturalis: quia si esset et non naturalis: tunc oporteret quod haberet alium motum naturalem: quo tamen nunquam videtur moueri: & oporteret quod motus circularis moueretur ab aliquo corpore ante ipsum: & tunc aut ipse esset equalis aut non: & si esset illius tunc melius esset quod staret in quinto quam in sexto: quia natura non abundat superflua: si autem nec illius est naturalis: tunc ibidem in infinitum hoc est inueniens: quia natura abhorret infinitum. Restat ergo ut motus circularis naturalis sit quinto corpori quod est preter omnia quatuor elementa. Hoc autem secundum dicta Aristotelis probatur ad visum: quia videlicet nos fuerimus: nos videmus stellas paulatim surgere ab oriente: & exaltari paulatim ad punctum meridiani: & inde iterum paulatim deprimi usque ad occasum: & non fieret nisi esset motus circularis ad minus in concauo. Constat igitur ex omnibus habitis quod motus circularis est naturalis corpori celesti: hoc enim videlicet diximus rotundum est per naturam: alia autem sunt rotunda per accidens: & longa per essentialia: sicut superius est probatum per dimensionem & dispositionem superficierum rotundi & longi corporis.

Cap. 8. De perfectione corporis celestis: ex hoc quod ipsum est ingenerabile & incorruptibile.



Huc autem oportet inuestigare utrum hoc corpus mobile sublime quod celum est: sit generatum & corruptum: vel augmentabile: vel diminubile: vel alterabile: sicut dixerunt quidam antiquorum: cum enim ostendimus nos quod ipsum non habet aliquem motum naturalem vel accidentalem qui habet aliquod contrarium: & quod ipsum nec leuitatem habet nec grauitatem: sequitur ex illis duobus quod ipsum omnino nullum contrarium habet. Ex hoc autem quod ipsum non habet contrarium probamus ipsum non esse generabile: neque corruptibile: nec augmentabile: nec diminubile: nec alterabile.

Sed oportet prenotare quod de celo tres fuerunt & sunt philosophorum opiniones. Una fuit Empedocles & quorundam Chaldeo quod orbis esset deus & causa prima: illi dixerunt celum non esse generatum: sed generans vniuersa: sed nos de hac opinione erronea alibi loquemur: quoniam impossibile est quod causa prima sit corpus: quod nos ostendimus cum subtilitate in philosophia prima. Alia autem opinio fuit Platonicis qui dicit celum per creationem ex nihilo a prima causa in esse deductum: & hec opinio est triam legum: iudeorum: & christianorum: & saraceno: & ideo dicunt celum esse generatum: sed non ex aliquo: sed de hac opinione non pertinet ad nos pertractare hic: sed de tertia opinione queretur: que dicit celum esse generatum ex aliquo preexistente: & corruptum in aliquo post ipsum manens: sicut generantur res naturales & corruptiuntur per accidentia quod altatum agentium & patientium adinueniunt: & quia ista solius naturaliter ex principijs nature procedunt: & ideo hoc modo inquiremus utrum sit celum generatum. Dicimus ergo in hoc tertio modo loquentes de generatione: quod celum neque factum est neque generatum est de aliquo alio corpore: & non cadit sub corruptione: ita quod corruptatur in aliud corpus: neque recipit augmentum: neque diminutionem que sint proprie vocata augmentum & diminutio: neque etiam recipit additionem a materia que sit secundum augmentum improprie dictum: neque recipit alterationem physice loquendo: neque recipit a materia transmutationem substantie que sit finis alterationis physice. Quod autem non generetur: neque sit generabile: probatur ex hoc quod omne quod generatur physice loquendo non generatur nisi ex aliquo in esse existente & facto prius quod habet contrarietatem ad ipsum: & similiter cum sit corruptio: illa quidem corruptio fit ex ente quod factum est per generationem quod est existens sub aliqua contrarietate ad illud in quod corruptum: & cum corruptio fuerit completa: tunc redit in illam contrarietatem. Hoc autem est videre tam in simplicibus quam in compositis que sunt generabilia & corruptibilia: simplicia enim que sunt elementa non generantur nisi ex habitibus unam vel duas contrarietates cum ipsis: sicut probatur in secundo libro perigeneseos: & est in eis contrarietas: sicut maxime distante que est extremitatum contrarietas: eodem autem modo est de corruptione: cum in talibus simplicibus generatio unius sit corruptio alterius: &

Tex. 6. 20.

De celo tres fuerunt philosophorum opiniones sicut in mose.



De celo 7 mundo

conuerso: corruptio vnus sit generatio alterius. In cō-
 positis autem idem est: sed contrarietas eorum ex quibus
 generantur: 7 eorum in que corrumpuntur: non est adeo manifeste
 sta: q: talia habent contrarietatem: sicut media cōparata ad
 extrema sunt contraria: medium enim habitu alter habet
 vtriusq: extremorum remissum quidem ab excellentia sue actio-
 nis vel passionis: sed reductum per mixturam in vni actus
 mixti medij: 7 ita sunt contraria in cōpositis materialibus.
 Sed q: sint contraria patet ex hoc q: nisi essent contraria ea ex
 quibus fit generatio: sicut chimo ex cibo 7 sanguis ex chimo:
 que omnia composita sunt: agens generans non ageret in
 ipsa: q: per actionē suā nō intendit remouere nisi contrariū.
 Idem autē probat de agēte ad corruptionē. Claret igitur est q: oē
 q: generat ex contrario existente 7 supposito generat: 7 q: cor-
 rumpit in contrario corruptibile. Nos autē tam in physico tracta-
 tu habemus probatū q: omnia corpora contrariū motus sunt
 contrariū finem aliquid: q: diximus ibi q: motuum contrariū nul-
 la causa est nisi nature contrarie inclinantes corpora simplicia
 vel cōposita ad contrarios motus. Si ergo hec ita se habent:
 tunc corpus celeste primū non habet contrarium oīno: q: mo-
 tus eius circularis: nullū habet contrariū: sicut nos hic in-
 ferimus ostendemus: ergo nō habet ex quo generet: neq: in q: cor-
 rumpat: ergo ingenerabile est 7 incorruptibile. Diximus
 etiā q: nos finem hanc generationis rationē volumus hic lo-
 qui de generatione. Natura autē vniuersalis que oīa ordi-
 nat: sanctissimo philo vsa fuit: q: hoc corpus nobile posuit in
 generabile 7 incorruptibile: 7 elongauit ipsum ab omni phy-
 sica contrarietate: cum enim oportnerit ipsam ponere aliquid
 generans: q: sit vniuersale principū generationis in tota na-
 tura generabile: eo q: nihil se ipsum generat: tūc posuit cor-
 pus ingenerabile 7 incorruptibile: principū generationis 7
 corruptionis per suū motū: sicut ostēdimus in 8^o physico:
 7 ostēduntur sumus in fine scđi libri perigenesedō: q: si eēt ge-
 nerabile: oportneret q: ab alio generaret in aliquo primo in-
 generabile oportneret stare: aut pcederet in infinitū: 7 si stat
 tūc primū erit ingenerabile 7 incorruptibile: 7 hoc est q: dō
 volumus pbare. Si autē hoc vadit in infinitū hoc est absurdū
 in pbta: q: non attingit infinita trāsire. Ex his p: q: omne ge-
 nerabile est corruptibile 7 corruptibile tēpore determinato. Al-
 terius autē elicit hoc q: celi nō est cōpositū ex mā pprie loquē-
 do 7 forma: mā enim est pprie subiecta p̄suationi: que sal-
 uat in altera pte contrarietatis: 7 mā illa est in potētia postq:
 separata a forma: sed mā celi nunq: hoc modo subiecitur p̄-
 uationi: 7 nō est in potētia: sed in actu semper: ergo nō est ex
 mā: q: si potētia ad aliā formā esset in mā: pro certo aliquid
 dō exiret in actū: vel ipsa esset octosa: q: est absurdū: cū octo-
 suz nihil sit in naturis 7 p̄cipue in corpore celesti. Si tū mā
 sumat generalit: put Arist. dicit: q: materie vltima sūt dimē-
 siones quantitatis: nihil prohibet hoc modo cōmuni celi 7
 elementorū esse materia vna: q: omne corpus cōpositū hoc
 modo cōpositū est ex mā 7 forma. De his autē plura diximus
 in fine primi libri physico. Hoc autē caplm abbreviatō dicit
 q: omne q: generat: generat ex duobus principijs: quorū
 vni est mā: alter p̄uatio: 7 similr hoc q: corrupit nō corrupit
 nisi in suū contrariū: 7 omne q: generat ex contrarijs sibi
 ipsi in que agit generas: ipsum etiā corrupit eisdē contrarijs
 vincētibus ipsam: sed postq: habitū est q: celum est corpus
 quātū nullū habēs oīno p̄sū: tūc manifestū est q: nō gūat:
 neq: corrupit: 7 ex quo nō generat neq: corrupit: tūc mani-
 festū est q: nihil est ex quo generet: 7 nihil in q: corrupitur:
 nec est mutabile ab vna dispositione in aliā: sed est p̄petuus
 finem suū esse 7 finem suam substantiam.

Cap. 9^o. Quod celum non augetur neq: diminuitur: nec vlla
 alteratur alteratione physica.

Similiter autē dicitur celi nō augmentabile:
 nō diminubile 7 nullā recipiēs physica altera-
 tionē: q: dō sic pbat. Oīs enim res que generat
 7 auget: augmētū fit ex his que facta sunt ho-
 mogenea sibi ex dissimilibus: q: augmētus fit
 per cibū: cibus autē p̄ mo est dissimilis postea
 similis: q: si fuerit decoctus: vniū autē q: nō pōt accipere ci-
 bū: tūc preparatur ad corruptionē: primo in parte per dimi-
 nationē: postea in toto per dissolutionem. Ex hoc q: non su-

mit cibū homogeneū substantie corporis sui: que aduenit et
 finem omnē dimensionē sui corporis q: augmentat tam in lō-
 gum q: in latitudinē 7 in p̄fundum: q: autē preparatum est
 corruptioni per hoc q: talem cibū capere non pōt: p̄uertitur
 primo particulariter in diminutionē: 7 postea generalit ad
 corruptionē: per hoc q: reuertitur in mā: de qua factus est.
 Corpus autē q: est inter corpora primū q: dō est nobile non est
 factū ex aliquo: sicut in precedenti capitulo est habitū: ergo
 nō pōt augeti ab aliquo: nec aliquid pōt addi: nec aliquid po-
 test diminui ab ipso: q: cibus nō adderet sibi nisi finem aliquid
 generatio fieret in ipso ad minus finem generationē partium
 materialium: nec ipsum posset diminui nisi partes finem materi-
 am cōfluere de ipso. Si ergo nō recipit augmentū per ad-
 ditionē: neq: diminutionē per recessū mātū partium de
 ipso: tunc eadē de causa nō recipit mutationē alterationis:
 neq: recessionem alicuius q: dō habet esse in ipso: q: alteratio
 oīs que vere est alteratio: facit aliquid recedere ab altera-
 tō: 7 abicit aliquid de mā alterata: rōne cuius op̄s fieri in
 ipso augmentum 7 additionem: 7 si nō fieret ei restauratio:
 tūc destrueret tandē oīno: mutatio enim que est formaz est
 motus in predicamēto q̄litate. Et h: dixerimus in 7^o phy-
 sico: q: alteratio nō est nisi in vna specie qualitatis que est
 passio: vel passibilis qualitas: est tū quodāmodo in oibus
 speciebus qualitatis: finem hoc q: illa generantia qualitates
 nō sine alteratione inducunt. Habent enim qualitas habi-
 tus 7 dispositiones naturales potētiā 7 impotētiā 7 for-
 mas: 7 circa aliquid p̄stantes figuras que oīa effectus sunt
 quidā alterationis actiuaz qualitaz 7 passiuaz alterantū
 ea que recipiunt illas qualitates: 7 impimentū eis quali-
 tates predictas: sicut sanitas 7 egritudo que sunt qualitates:
 tamen inducunt per alterationem calidū 7 frigidū: 7 humi-
 dū 7 siccū: 7 est simile de alijs speciebus qualitatis in omni
 corpore q: dō recipit ipsas: sed non est ita de figura 7 naturali
 potētia: vbi hec insunt per naturā: corpus enim inaltera-
 bile: necessario habet figurā 7 potētiā naturālē que p̄sequi-
 tur suū esse: 7 tamē nō recipit ista per alterationē: sed potius
 p̄sentia sūt suū esse. Videmus ergo q: corpus q: dō est de
 numero corporū alteratorū alteratur alteratione tali que im-
 p̄mittit in ipsam aliquid esse per q: dō recipit additionem: al-
 icuius esse q: dō nihil habuit: 7 diminutionem alicuius esse q: dō
 habuit: 7 hoc clarē est: tam in cōpositibus aialium 7 partium
 suaz q: in corporibus plantaz 7 partū suaz: 7 finem tandem
 similitudinē alterant etiā elementa abinutē. In oibus enī
 alteratis alterans imp̄mittit in alteratū aliquid esse q: dō nō
 habuit: 7 diminuit ab ipso aliquid esse q: dō habuit. Cōmpl^o
 autē si corpus sphericū per naturā q: dō est celi non est possibile
 recipere a materia additionē neq: diminutionē quocunq:
 modo fiat: tūc necessario sequit q: ipsam neq: in substantia
 transmutat neq: alterat. Omne enim augibile 7 diminubile
 le: est etiam alterabile 7 transmutabile: 7 si augmentus 7 di-
 minutio large sumant: tunc etiam p̄uertit q: omne alterabi-
 le 7 transmutabile est augmentū 7 diminutionis susceptibi-
 le: 7 omne alterabile transmutabile finem substantiaz 7 eodē
 so: 7 p̄uertunt tria ista sup se simul 7 singillatim duo quocunq:
 fuerint ex tribus adinutē. s. transmutari finem substantiam: 7 altera-
 ri 7 augeti 7 minui. Fit enī augmētū tribus modis: quorū
 primus est modus verus qui est per cibū ad partes aiatū cor-
 poris: 7 hoc modo augmētant aialia 7 plate. Fit etiā sine ad-
 ditione alicuius extrinseci per rarefactionē 7 inspissationē:
 7 hoc modo p̄ceptue augent 7 diminuunt simplicia corpora: h:
 etiā quedā alia sic augent 7 diminuunt. Tertio autē modo fit
 per accumulationē q: vnum addit alteri: 7 p̄tinat cū illo:
 sicut dicitur q: ignis augetur per materiā combustibilem
 7 oleum auget: 7 hoc modo augent metalla: q: vnum lique-
 factum funditur alij. Nulla enim harū augmentationū fit
 sine transmutatione substantie 7 alteratione: sicut cūlibet ēt
 p̄ se est manifestū: q: aut nos iam pbauimus q: celi est cor-
 pus mobile semp fixū p̄manens in dispositione: 7 modo vno sū
 suam quantitatē: oportet q: non recipiat aliam additionē
 neq: diminutionē finem aliquem dictorū modorū: 7 q: non ha-
 bet contrariū 7 materiā subiectam vel subiectibilem p̄ua-
 tionē: ideo non potest fieri vetustum: neq: mutatur: neq: su-
 sceptibile p̄uatonis fieri alicuius passionis: que imp̄-

Idē dicitur
 in 5^o ph. c. 8.

Idē qua pbat
 tur celum nō
 h̄re māz. vide
 ēt Lōmē h̄c
 in cōmēto. 20

Ex c. 20.

Augmētū tri-
 b^o modis fit.
 vide dicitur.
 in cō. 22. 7. 44
 ph. c. 6. 65.

Ex c. 21.



 qz nō est possibile vt corpus rotādū sit infinitū. C Amplius
 sit sicut nulla quātitas potest esse infinita per id qd finitur: ita
 nec linea: habet enim aliquid vnde finit: 7 per id nō p̄t esse
 infinita. Duo enim sunt extrema essentialia linee qñ diffini-
 tur: 7 dicit qz linea est lōgitudō sine latitudine: 7 dicit qz vñ
 est sicut mā qd est lōgitudō: 7 alter sicut forma specificas qd
 est esse sine latitudine: 7 hoc est finiens ipsum: 7 ideo si qz ha-
 bet infinitatē linea hoc est per extremitates essentie sue que
 est mālīs: hoc est per hoc qz est lōgitudō. Lōgitudō eodem
 modo etiā est de superficie: cū enim diffinit qz est latitudo sine
 p̄funditate qz formale est in superficie: qd est sine p̄fundita-
 te 7 hoc est finiens superficiē eo qz omnis forma est finis: 7
 si habet superficies aliqua infinita hoc est per hoc qz est la-
 titudo: qz hoc quasi māle extremū in eius diffinitione. Ex-
 tremā enim ex quibus sit species q̄libet sunt potētia 7 actus
 7 ex parte potētie quidē est aliqua infinitas: sed finitas oī-
 moda ex parte actus. Similr aut est de corpore in quāstū enim
 ipsum est tres dimēsiōnes infinitū quodāmodo est: sed in-
 quāstū ipsum nō est quarte dimēsiōnis receptibile finit 7 com-
 plet. C Vñ aut superficies sit in diffiōe figure 7 corporis: cō-
 stat qz ipsa est ante figurā 7 corpus: qz figura oīs superficies
 est linea vel lineis terminata. Corpus enim figuratū termi-
 natas habet superficies. Si ergo tūc accipiamus qz figura ad-
 didit superficies: illud aut qz addit formale est 7 finis: nō
 erit possibile qz aliqua figura sit infinita: figura enī oīs ter-
 minatio 7 finitio est quātitatis que est superficies: impossi-
 ble est ergo 7 p̄tra rōnē figure eris qz quadratū vel aliq̄ pars
 eius sit infinita: ipsum enim infinitū nō est p̄ter figure rō-
 nē: pars aut eius infinita esse nō p̄t: qz cuius pars est infi-
 nita: ipsum opz magis esse qz infinitum est: eo qz oīs pars
 suo toto minor existit. Eadē aut rōne neqz rotundum orbis
 potest esse aliquid infinitū: qz simplicioris figure est qz quadra-
 tū: 7 hoc simile est in figura pedis: illa enī esse nō p̄t infinita:
 eo qz in rōne eius est qz terminat 7 mensurat quātitate pe-
 dis: 7 similr in rōne orbis est qz finit ad formā spere vel ro-
 tādū. Si aut hoc p̄cederet: qz. s. nullū corpus rotundū vel or-
 bis est cui nō sit finis in vltimis suis: tūc nō p̄t dici qz motū
 allicius rotundū sit infinitus: qz qñ mobile nō est infinitus:
 tūc nō p̄t motus esse infinitus: eo qz quātitas motus essen-
 tialr sequit quātitatē eius qd mouet: sicut ostēdimus in 6^o
 pbycoz: igit manifestū est qz si nō est spericū corpus infinitū
 tūc nō est motus circularis infinitus: sed iam habitū est qz
 nullū est spericū infinitū: qz nullus erit motus circularis in-
 finitus. C Amplius autē hoc vniuersalr possumus p̄bare de
 scribēdo lineas intelligibiles in p̄cauo spere mote: per hunc
 enim modū optime manifestabit nobis impossibile esse qz
 sit aliq̄ corpus circularē motū in infinito: describat enī cir-
 culus cuius cētrū sit super p̄ctū. c. per qd cētrū ducā diamē-
 trum infinitū in vtraqz extremitate per totū p̄cauū spere p-
 tingētē que sit linea. a. b. Aduersarius enim dicit qz p̄cauū
 spere est infinitū: 7 si hoc est infinitū: tūc diameter eius est ex
 vtraqz parte infinita. Illud aut equalem lineam hoc est ex
 vtraqz parte infinita p̄ducā extra cētrū per totū spere p̄ca-
 num que perpendiculariter secet diametrum p̄dictaz: 7 illa sit
 linea. e. l. enim pbatū sit in 3^o geometrie qz lineaz p̄tractaz
 in circulo lōgissimo est que est per cētrū p̄ducta: 7 sic nō pos-
 sunt equales esse due linee: quaz vna ducit per cētrū: 7 al-
 tera p̄ter cētrū in circulo fm veritate: cū hoc fm hāc posi-
 tionē aduersarij est possibile: qz ipse ponit qz p̄cauū spere
 est infinitū: 7 ideo vtraqz linee erūt infinite que p̄ducunt de
 vna parte circūferentie ad aliam: huc per cētrū ducantur 7
 diuidant

Tex. c. 37.

Tex. c. 38.

Tex. c. 39.

Extrema ex quibus sit spēs sicut potētia 7 actus. vide. c. meta. t. c. 45.

Tex. c. c. 40.

dividunt circulum in duos semicirculos: siue preter centrū ducantur: & diuidant circulum in duas portiones: quarum vna est semicirculo minor: & altera semicirculo maior: his autem productis ducam a centro. c. lineas. c. d. que sit semidiameter circuli: & sit in altera parte infinita hoc est ex parte. d. vbi protrahitur ad partem spherę: & volo q̄ secet lineam. c. in duabus extremitatibus infinitam in puncto. d. tali enim positione facta: dico q̄ moueatur in semidiameterum spherę que est. c. d. & alie due linee maneat quiescentes in corpore infinito q̄b ponitur esse in concauo spherę. Cum igitur linea e. tota sit infinita: erit & pars eius que sequitur litteras. d. in finita: & linea. c. d. ex parte. d. esset infinita: cum autem infinitum transire per infinitum non separatur ab ipso tempore in finito: quia non potest separari ab ipso in se in extremo suo: & positum est non habere extremum per hoc q̄b ponitur eē infinitum: ergo cum mouetur linea. c. d. nunq̄ omnino separabitur a linea. e. per quā transit abscidendo ipsam: posito autem q̄ parata ab ipsa: ergo minus transibit linea. c. e. l. neam. e. totam: quia totum est minus sua parte: & si hoc est q̄ non transibit semidiameterum partem linee infinite: neq̄ transibit totum infinitum: ergo multo minus transibit duas infinitas que sunt. a. b. & e. ergo adhuc incomparabiliter minus transibit plurimas infinitas que describi possunt in spherę concauo. **C**etera autem omnia falsa sunt: quia supposito eo q̄b probatum est in octauo physico: q̄ motus celi perfectior: & simplicior: & finitior: omni motu oportet q̄ celum tempore finito perficiat vnam reuolutionem circuli: perfecta autem vna reuolutione circuli transibit semidiameter per omnia linee quiescentes depictas in concauo circuli: ergo impossibile est q̄ celum moueatur motu infinito: & tunc vltimus i. possibile est q̄ celum sit corpus infinitum: & huius quidē demonstrationis figura est quā vides. **C**implius si celus dicitur esse finitum tunc pculdubio sequetur q̄ abscidit corpus in tempore finito in infinitum si ponatur moueri circulariter. **P**onamus enim primum celum esse stans: & fixū finitum: & dicamus q̄ inter ipsum est corpus vel spatium vacuū sicut eos qui ponunt igne: cuius conuexum sit equale concauo celi: sicut locus omnis locato suo est equalis: & eōuerso cum sic positū est q̄ dicamus celum moueri circulariter circa id q̄b in aliquo nunc incipiat moueri circa ipsū: tali enim positione facta dico q̄ si corpus vel igne q̄b est inter celum est infinitum in magnitudine: & motus celi est motus circularis diurnus: ergo ipsum celum in die vno incipiens a determinato nunc tempore perambulat spatium infinitū: cuius conuexum est finitum in quantitate contrario celi: hoc autem est vnum impossibilem que sepius improbata sunt in sexto physico. **P**ossimus autem hunc vltimum sermonem conuertente: quo ad hoc q̄ sicut ad demonstrationem propostam per recessum a summatione motus finiti per spatium infinitum: ita nunc incipiamus a tempore finito & per id ostendamus magnitudinem circularis corporis esse finitam: dicamus igitur q̄ si tempore quo mouetur celum contra conuexum corporis q̄b continetur in ipso est finitum: tunc pculdubio sequitur etiam magnitudinem pertransitas esse finitam: quia in vltimo instanti tēporis iam pertransiuit corpus sibi simile in magnitudine: aut non pertransisset nisi vltima eorū essent separata: ergo hinc vltima & sic sunt finita. **C**eterū igitur nunc est ex oibus antedictis celum esse finitū & cū illud verificatum est q̄ etiam corpus rotandum intra celū extensū huius finem necessario per hoc q̄b habet vltimum.

Tex. cō. 41.

Tex. cō. 42.

Tex. cō. 43.

Tex. cō. 44.



Dinceps igitur probetur corpora recta eē finita: impossibile est enim vt corpora recti motū existentia sint infinita sicut vltima: siue moueantur ad medium deorsum: siue ad medium sursum: est enim motus sursum diuersus a motu deorsum & contrarius eidem. **M**otus autē diuersi contrarij inter se sunt diuersa ad loca contraria: & diuersa inter se & inter se contraria. **I**n contrarijs autem sic est q̄

quando sunt extrema contraria: si vnum est determinatum oportet q̄ aliud sit determinatum & finitum. **S**i enim daretur q̄ alterum non esset determinatum: tunc non esset extremum: & sic esset ei aliquid addibile per q̄b fieret extremum: ergo possibile esset q̄ vnum contrarietur duobus vel pluribus: quia contrarietur determinato & indeterminato sicut vnum modum & sicut vnam formam contrarietur q̄b est impossibile: ergo vno istorum existente determinato sc̄b: oportet eē determinatum: medium autem spherę determinatum est: ergo & superius determinatum est. **Q**ui autem medium spherę determinatum sit: probatur per motum omnium grauium descendantium deorsum a quocunq̄ loco concaui spherę descendant: omnia enim perpendiculariter descendūt ad medium: ac si omnia contēdant pertingere punctū qui est centrum: & nullum eorum super parallelum iuxta medium: vt sicut q̄ elongantur a medio q̄b non facerent si medium ad quod est motus eorum que simpliciter sunt graua non esset determinatum & finitum. **S**i autem aliquis dicat q̄ ista probatio non procedit nisi nos dicamus celum esse sphericum: quia tunc equaliter a centro distabit: dicemus celum eē sphericum: probat sensus & probant ratio in octauo physico: vbi probatum est q̄ motus huius corporis primi est circularis: quem motum habere non posset nisi esset sphaera integra vel dimidia ad minus. **N**on autem potest esse sphaera medietas per ea que diximus in prima parte istius libri: quia si esset medietas non esset perfectum maxima & vltima perfectione: est autem perfectum maxima & vltima perfectio: ergo ipsum est finitum spherę integrę. **H**abito ergo sic q̄ locus grauius est finitum & determinatum necessario sequitur per rationem contrarietatis q̄ locus leuius est determinatum & finitum: huius determinatio non sit omnino vno modo. **A**d medium enim spherę centrum est ad id quod contendunt graua: locus autem extremus est iuxta concauū orbis lune ad quod contendunt ea que sunt simpliciter leuia: & centrum quod est indiuisibile: sed concauū leue non est indiuisibile: & hoc contingit propter diuersitatem spherę in centro & circumferentia: & ideo hec duo contraria huius quantitatem non sint equalia: tamen formas habent que sunt sursum & deorsum per quas contrariantur. **S**ursum enim est vtiq̄ iuxta circumferentiam: & deorsum est vbiq̄ in concauo corporis aque verus centrum spherę. **S**i autem loca sic sicut formas sint finita: oportet q̄ corpora simplicia que sunt ignis & terra: quorum vnum est simpliciter leue: & alterum simpliciter graue sint finita necessario: quia si non starent in propria loca: tunc proderent loca eorum in infinitum: & hoc est improbatum per hoc q̄ loca sunt determinata: habito autem q̄ loca extrema cum suis locatis sint finita: probauimus eodem modo q̄ loca mediolorum hoc est aeris & aque cum suis contentis sint finita: quandoq̄q̄ eni extrema que superius & inferius sunt finita: & determinata: oportet q̄ media distātia inter extrema illa sunt finita & determinata. **D**icitur enim medium in spatij dupliciter: est enim medium q̄b per equalem distātiā est medium: q̄b etiam vere est medium & hoc medium est centrum spherę. **E**tiam est medium q̄b habet rationē medijs per hoc q̄ est inter extrema: & sic centrum non est medium sicut extremum in loco: nec concauum lune: sed q̄ est inter extrema: & sic centrum non est medium: sed extremum in loco: neq̄ concauum lune: sed q̄b est inter hec extrema hoc est inter locum ignis & terre dicitur media regio: & hoc est ad quam diuersimode mouetur aqua & aer. **E**xtrimum ergo in spatij determinatis oportet mediam regionem esse determinatam & finitam. **S**i enim poneretur hanc esse infinitam: oporteret q̄ ignis ascendens per eam & terra descēdēs per eandem mouerentur in infinitum anteq̄ transirent eā: & sic nunq̄ contingeret ignem & terram deuenire in locū suū: & hoc est impossibile quoniam nos ostendimus in physico & exposuimus per exempla multa q̄ non potest eē motus infinitus: & hoc probatum fuit in fine. 6. physico. **S**i ergo hec ita se habent: oportet mediam regionem esse finitam & determinatam: quia in loco finito oportet locatum eē finitum: tunc sequitur necessario q̄ corpora que sunt in hac media regione actu vel que possunt esse in ea potentia: etiā si actu sint extra ipsam sint finita: sed non est possibile q̄ in hac media regione sit corpus q̄b simpliciter moueatur sursum

Tex. cō. 45.

Medius in spatio dupl. sumi pot.

De celo et mundo

sum: vel corpus quod simpliciter mouetur deorsum: cum unum illorum moueatur a medio sursum super omnia corpora recti motus: et alterum descendit deorsus sub corpore recti motus que sunt ignis et terra: ergo reliqua duo que sunt aer et aqua sunt in ista media regione: et sunt finita. Ex hoc autem iam verificatum est quod non est possibile quod grauitas alienius corporis sit infinita: quia cum grauitas et leuitas sint forme crescentes et decrecentes secundum quantitatem corporum in quibus sunt: non potest esse grauitas infinita: nisi sit corpus magnitudinis infinite: absque dubio autem inconueniens est quod aliquid de numero corporum habeat grauitatem infinitam: et huius causa est: quia grauitas infinita non attribuitur nisi corpori infinite magnitudinis: et idem omnino iudicium est de leuitate et grauitate: quia cum grauitas et leuitas sint contraria: si unum eorum est infinitum: et reliquum necessario sit infinitum per rationem quam supra assignauimus de contrarietate. Aliter enim accideret unum pluribus contrariari: et contrariorum virtutes non esse equales contingeret: ita quod alterum destrueret reliquum: que sunt omnia inconuenientia. Leuitas enim infinita esset que faceret leuia corpora ascendere in infinitum: ergo in mundo non inueniretur leuitas infinita: nisi inueniretur quod aliquid corpus stans sursum motum ad sublimitatem que infinite distat a centro: et tale non est: nec potest esse aliquod corpus leue. Et verificatio illius est per demonstrationem quam hic inducimus. Si enim est corpus infinitum: aut habebit tunc grauitatem finitam aut infinitam: et ostendemus primo quod non potest habere grauitatem finitam: et postea quod non potest habere grauitatem infinitam. Demonstratio autem ad hoc quod non potest habere grauitatem finitam est ista: dicitur enim corpus infinitum habere grauitatem finitam: et que ramus vtrum sit hoc possibile: si enim sit falsum et non possibile: tunc quod accidit ex ista positione est falsum et non possibile. Proponamus igitur corpus infinitum significari per lineam. a. b. et non faciamus differentiam: vtrum sit infinita in vna extremitate: vel in vtraque: et ponamus grauitatem illius corporis infiniti esse finitam: et significari per finitam lineam. c. Resecemus que significet partem infiniti corporis finitam que significetur per lineam. a. b. cuius grauitas: que pars est grauitatis totius significetur per lineam. e. Nos enim possumus resecare a corpore infinito partem finitam: siue sit infinitum in vtraque extremitate: siue in altera dummodo illa pars non sit aliquota in toto. Cum igitur secundum istam hypothese[m] pars minoris sit grauitatis quam totum erit. e. minor grauitas quam sit. c. grauitas enim minoris corporis minor est quam sit grauitas maioris: pars autem minor est quam totum. Sed cum omne totum finitum numerabile sit a sua parte finita inueniemus grauitatem totam maioris corporis per partem grauitatis minoris corporis: ergo grauitatem a. b. infiniti inueniemus per grauitatem. d. b. finiti: quia addemus grauitatem minoris tota partes grauitatis maioris donec efficiatur ei similia. Sed sicut se habet pars grauitatis ad totam grauitatem: ita se habet pars quantitatis corporis ad totum corpus: ergo etiam tota quantitas erit numerabilis et mensurabilis per minorem. Non enim tota grauitas est nisi in toto infinito: sicut nec pars est nisi in parte sibi proportionali. Notus autem exemplum est sicut si dicatur quod pars minor corporis infiniti est pars que est. b. d. et pars maior que est. b. e. Ex corpore enim infinito possumus resecare maius et minus secundum quod volumus: et dicamus quod grauitas. e. est. b. d. cui cum additum fuerit in grauitate duplum vel triplum: vel in alia proportione quam voluerimus: tunc crescit ad hoc quod efficiatur grauitas figurata per lineam. e. et dicamus quod tot incrementis crescit. b. d. ita quod efficiatur. b. et quod tot incrementis crescit. e. quod efficiatur. b. et quod tot incrementis crescit. e. quod efficiatur. c. tunc enim qualis proportio est. e. ad. c. talis est proportio. b. d. ad. b. figura autem huius descriptionis est ut vides hic. Resedamus igitur nunc ad corpora simplicia et dicamus si magnitudo corporum secundum proportionem ad partes suas est secundum proportionem grauitatis eorum: sicut necessarium est in omni forma que est corporis virtus in corpore: ut diximus in octauo physicorum. et est grauitas minor in minori subiecto: et grauitas maior in maiori: tunc sequitur ex ista demonstratione quod grauitas cor-

poris finiti et grauitas corporis finiti sunt equales: hoc est de numero impossibile: ergo illud ex quo sequitur hoc impossibile erit: sequitur autem illud quod diximus per hunc modum: quia grauitas. e. est partis corporis que est. b. d. duplicata igitur grauitate: et sit illa grauitas. e. duplicata erit quantitas: et tunc. c. erit quantitas. b. e. si duplicatio non redit totam quantitatem. c. iterum et iterum duplicabo donec perueniam ad grauitatem. c. quod autem duplicatur ex finitis finitum est: ergo corpus eius cuius grauitas est. c. est finiti: ergo. c. est grauitas alienius finiti corporis quod posuimus esse b. et plus quod etiam posueramus quod. c. est grauitas corporis finiti: ergo grauitas finiti et grauitas infinita sunt equales. Sequuntur autem ex hoc plurima impossibilia: si enim grauitas maioris maior est grauitate minoris secundum veritatem: debet esse maior grauitas corporis finiti grauitate corporis finiti: tunc enim sequitur quod iste grauitates sint equales: ut iam patuit: et hoc est unum impossibile. Et iterum quod corpus maioris sit grauitas maioris: et minoris minor: sequitur tamen ex isto corpore quod grauitas minoris est maior grauitate maioris: quoniam cum. b. d. sit pars finita corporis finiti: et. b. c. sit pars infinita in altera extremitate: et nos diximus quod est duplicata. e. sicut. c. si bis decuplatur erit in dupla maior quam sit. c. cum autem bis fuerit decuplata ad hoc est finita: eo quod componitur ex finitis: ergo tunc erit alius cuius partis finite corporis finiti: pars autem ista minor est toto infinito: ergo grauitas minoris est in duplo maior grauitate maioris quod est impossibile alterum: et grauitas corporis finiti est duplo vel triplo vel quarto voluerimus maior grauitate corporis finiti: et per eandem rationem sit equalis grauitas corporum omnium inaequalium in quantitate: et hec omnia sunt impossibilia et absurda. Si quis autem fortasse vellet dicere quod corpus infinitum non sit simile partium: sicut si diceremus ipsum componi ex plumbo et ere et ligno: et ideo non sequitur quod partis minoris sit grauitas maioris: et maioris minoris: quia pars plumbi maior est maioris parte ligni: dicamus quod istud quo ad demonstrationem inductam nullam omnino generat diuersitatem: omnino enim simile sequitur inconueniens quod prius. Nos enim possumus accipere partem proportionalem in grauitate: non sit eiusdem quantitatis: sicut si diceremus quod decem libris ligni non sunt leuioribus decem libris plumbi: sed maioris sunt quantitatis: sicut ergo in linea infinita accipimus partem finitam que sit. b. d. ita accipiamus partes equalium ponderum finitas et equales in quantitate: possumus enim resecando addere quantitatem et diminuire: sicut patuit in superius inducta figura: et semper eadem sequitur inconuenientia. Manifestum igitur ex dictis quod non est possibile: quod in corpore infinito sit grauitas finita: fuit autem concessa esse finita vel infinita: ergo erit infinita grauitas in corpore infinito si ipsum possibile est esse. Si igitur probatum fuit impossibile in corpore finito esse grauitatem infinitam: tunc non erit possibile corpus aliquod esse infinitum. Ad modum autem sermonis per quem probauimus quod in corpore infinito non est grauitas finita: probabimus etiam quod non est in ipso leuitas finita. Amplius autem dicimus impossibile esse quod sit altera pars distinctiue superius posite vera scilicet quod corporis finiti sit grauitas infinita: huius autem verificatio et demonstratio est per illud quod hic inducimus: dicimus autem ex his que ante finem. 8. physicorum diximus: quod si aliqua magnitudo note quantitatis et note grauitatis mouetur in aliquo tempore note quantitatis: tunc maior illa quantitas que est maioris grauitatis mouetur per idem spatium in minori tempore et maxima quantitas maxime grauitatis mouebitur in vno minimo tempore: ita quod comparatio temporum ad invicem est secundum comparationem grauitatum ad invicem: sed in hoc differunt comparatio temporum et grauitatum: quia crescente grauitate respectu motus per idem spatium decrescit tempus motus: ita scilicet quod si grauitas media mouet per aliquod spatium in aliquo tempore duplum grauitatis eiusdem mouebitur idem motus per idem spatium in dimidio eiusdem temporis: dummodo figura sit eadem: et spissitudo medi per quod est motus: sint in omnibus alijs paria et equalia nisi in sola grauitate. Adhuc autem notum esse per se dicimus: quod cum omne

Ex. c. 46.

Ex. c. 47.

Ex. c. 48.

Ex. c. 49.

Ex. c. 50.

Ex. c. 51.

Ex. c. 52.

omne finitum ad omne finitum aliquam habeat proportio-
nem: et omnis grauitas finita comparata ad omnem graui-
tatem finitam mouetur per spatium finitum in tempore fi-
nito: si autem hec subiecta esse ponatur: tunc dicamus im-
possibile esse quod sit aliqua infinita grauitas: quia sequere-
tur quod ipsa moueretur et ipsa non moueretur: et sic contradi-
ctoria simul verificantur de eodem. Si autem moueri dare-
tur: cum omne id quod moueatur mouetur in tempore: si-
cut ostensum est in sexto physico: et nihil omnino mouea-
tur in nunc temporis: tunc oportet quod ipsa moueretur in
tempore: sicut et grauitas finita mouetur in tempore: sed per
idem spatium moueretur in tempore minori quam aliqua gra-
uitas finita: quia sicut diximus velocitas motus per spatium
est in modum quantitatis magnitudinis et grauitatis cor-
poris quod mouetur: quia quando est corpus magnum et ma-
gna grauitatis illud transit velocius et in minori tempore quam
corpus paruum: quod est parue grauitatis: tempus enim mi-
nus comparatur et proportionatur ad grauitatem maiorem
et tempus minus proportionatur ad grauitatem minorem:
sic ergo sequitur quod infinita grauitas mouetur in tempore
infinito quod minus est omni tempore per naturam motus qui
non potest esse nisi in tempore: sicut diximus in sexto physico:
diximus autem supra quod etiam sequitur grauitatem
infinitam non moueri omnino: et hoc est ideo: quia inter gra-
uitatem finitam et grauitatem infinitam non est proportio
aliqua: grauitas enim omnis que finita est pertransit spatium
in tempore finito: igitur grauitas infinita pertransit idem spa-
tium in eo quod non proportionatur alicui tempori: igitur si
pertransit spatium tunc pertransibit ipsum in nunc tempo-
ris: et hoc est impossibile: ergo grauitas infinita non potest
pertransire spatium in aliquo minimo quod sit corpus: ergo
non mouetur omnino aduersarius quod grauitas finita per-
transit in mini tempore: sicut patitur dicens esse aliquo mi-
nimum tempus: quod non est proportionale alijs temporibus:
sicut et grauitas infinita non est proportionabilis alijs gra-
uitatibus finitis: hoc non potest sibi valere ad hoc quod sit ali-
qua grauitas infinita: quia aliter probabimus ex his que
dantur ex ipso non esse grauitatem infinitam. Si enim gra-
uitas infinita mouetur in tempore aliquo: tunc grauitas alia
finita moueretur in tempore quod est minus illo tempore. Omne
autem minus aliquo aliquos partibus minus est illo vel ali-
quot partium partibus: ergo tempus quo mouetur graui-
tas infinita est pars aliquota vel partis pars temporis quo
mouetur grauitas finita: sed si acceperimus duplum illius
grauitatis finite: tunc pertransit illud spatium in dimidio te-
poris illius: et sic agebimus grauitatem finitam per finitam
additam: donec pertransit illud spatium in eodem tempore
in quo pertransit ipsam grauitas infinita: tunc igitur graui-
tas finita et grauitas infinita pertransent idem spatium in
eodem tempore: et hoc est impossibile: quia tunc grauitas in-
finita que in infinitum maior est perambulare spatium all-
quod per aliquam horam diuisibilis temporis: et grauitas
alia finita que in infinitum minor est pertransit idem spatium
in eadem hora quod impossibile est in principia que per se no-
ta esse supposuimus. **C**onstitutum igitur est per ea que su-
pra diximus quod impossibile est esse aliquam grauitatem infi-
nitam: per eandem autem rationes manifestum est quod impos-
sibile est aliquam leuitatem esse infinitam: si autem hoc in
ea que diximus impossibile tunc est ut alia corpora leuia vel
grauiata sint infinita: quia cum leuitas et grauitas sint virtu-
tes que sunt materiales in corpore non possunt esse infinite
nisi in infinitis magnitudinibus: et quando sunt finita: tunc
sunt in magnitudinibus finitis. Sciendum autem quod ea que
hic diximus de infinito differunt ab his que diximus in ter-
tio physico: in hoc quod hec dicta sunt particulariter contra
id quod dicitur esse mobile in loco: in physica autem di-
cta sunt vniuersalia: eo quod est corpus physicum in eo quod di-
uisum: quia ibi locuti sumus de principiis in comuni: hic
autem non loquamur nisi de mobili in loco: in physica enim
diximus qualiter est corpus infinitum in potentia: et quali-
ter non est infinitum actu in genere: hic vero diximus idem in
modum alium sicut predictimus. **P**articularius enim cor-
pus mobile in loco et corpus physicum inquantum phy-

sic: et ideo per hec dicta non ostendimus nisi quod corpus sim-
plex mobile in loco non est infinitum actu: et quod mundus
componitur ex talibus simplicibus corporibus sequitur con-
sequenter: quod etiam mundus non est in actu infinitus: cuius
id quod componitur ex finitis numero et in vltima sit fini-
tum: sicut sepius in antehabitis est probatum.

Cap. 4. **Q**uod corpora componentia mundum non sunt infi-
nitarum formarum: neque infinitorum vltimorum: neque vtro-
que modo sunt infinita.



Debet autem de predictis alio modo inqu-
rere: et enim in physico ostensum est quod partes
bulus mundi sint finite numero et quantitate:
et per consequens mundus iste sit finitus totus:
tamen posset aliquis dicere quod mundus iste est
compositus ex partibus et non simplicium: et di-
ceret forte quod est compositus ex partibus infinitis sine forma
et sine magnitudine: et ideo oportet nos inquirere de isto: et
forte aliquis posset dicere quod multi sunt mundi: et omnes ha-
bent partes simul infinitas in specie vel magnitudinem
vel altero modo: sicut dixit Anaxagoras quod mundus componitur
ex infinitis similibus partibus: et tunc non valent prius idu-
cte rationes: oportet ergo nos iterum redire ad questionem
prius inductam: et inquirere an mundus sit vnus an plures:
et per illum modum quo aliquis diceret quod componitur ex
his que quidem infinita sunt specie: finita autem in vlti-
ma est infinitum. dico autem primum de hoc quod si nos pro-
bauerimus quod corpus vniuersi mundi est finitum: et quod im-
possibile est ut sit infinitum: tunc sequetur ex illo quod impos-
sibile est ut sint multi celi: quoniam si multi essent celi cum
non esset ratio finitatis numeri eorum: impossibile esset quod
mundi corpus esset finitum: et sic ista questio de finitate mu-
di multum proficit ad questionem de vnitatem mundi et mul-
titudine. Questio enim de vnitatem mundi et multitudine est
questio que desideratur scribi per se: et ideo a quibusdam in-
uestigatione vltima inuestigatur. Et dicunt multi vulga-
riter loquentes quod iste mundus qui nos continet sit firmus
et permanentis et finitus: tamen non est inconueniens propter
hoc quod sint mundi plures isto etiam permanentes sicut iste:
et si non sunt infiniti in magnitudine: et hi mundi pote-
runt esse infiniti in componentia que sunt infinita in specie:
habet autem inuestigatio si sit quantitas ad extrinsecum in ra-
tionem: non veritatem: tamen forte posset mouere aliquis:
quia sicut nos videmus quod homo vnus est in specie: tamen
habet multa individua: ita forte videtur alicui quod mundus
est vnus: et habet multa individua sicut nos inducimus in
sequentibus: oportet inquirere de vnitatem mundi et multi-
tudine. Sed quia dependet hec questio a questione de fini-
tate mundi et infinitate: ideo prius queremus an mundus
finitus sit an infinitus. Incipiam ergo ab his que sunt pre-
mittenda in questione ista et dicam quod omne corpus aut est
finitum in actu: aut infinitum: si autem est infinitus: aut
est finitus: aut est similitum partium per totum in forma et
figura et specie: aut dissimilitum partium per totum. Si autem
est dissimilitum partium: aut finitarum dissimilitum: aut in-
finitarum dissimilitum: et non oportet nos disputare ad hoc
vtrum sit ex partibus finitis: aut ex partibus infinitis: quo-
niam sufficienter habitum est in physico quod mundus con-
stat ex omnibus partibus finitis in vltima. Eadem autem
ratione constat quod non oportet nos disputare vtrum sit si-
militum partium totum: quia nos iam supra ostendimus quod
non est vnus motus omnium partium mundi: et per hoc con-
stat quod non componitur ex partibus similibus per totum: de
hoc igitur solo inquitremus hic inuestigando vtrum mun-
dus sit finitus hoc modo quo infinitum est compositum
ex infinitis in vltima que sunt finita in specie et figura:
vel infinitus sit eo quod compositus sit ex infinitis in specie
et figuram: finitis autem in vltima: aut vtrumque sit infinitus:
et compositus ex his que vtroque modorum sunt infinita. **C**on-
stitutum igitur est quod est impossibile ut sit compositus ex his que sunt
infinita in formas: siue sint in vltima infinita: siue finita:
et hoc quidem iam notum est ei qui recipit et asseritur ea que
in antehabitis exposita sunt in principia motus localis
inducta in demonstrationes que conueniant principijs il-

Ex. 65. 59.

Ex. 65. 56.

Ex. 65. 57.

Ex. 65. 53.

Ex. 65. 54.

De celo 7 mundo

lla. Nos enim diximus in prehabitis qd motus corporum sunt fm formam eorum inclinantes ad motu: 7 hoc precipue verum in simplicibus corporibus componentibus mundum: motus enim corporum simplicium sunt simplices fm simplicitatem formarum ipsorum: motus autem simplicium sunt infiniti: ideo habitus est qd in genere non sunt nisi tres hoc est circularis: 7 leuis 7 grauis. Cum ergo omni corpori naturaliter sit motus fm modum forme sue: oportet qd forme in genere non sint nisi tres: hoc est circularis 7 leuis 7 grauis: fm tria in genere motus qui sunt circa medium a medio 7 ad medium: ergo non ex formis infinitis. Si autem ppter hoc dicatur qd forme quidem sunt finite fm partes componentes que subsunt illis formis infinite fm vltima: tunc oportet qd sub forma aque sit ad infinita: 7 sub forma ignis sit ignis infinitus: 7 sic de alijs elementis componentibus mundum: sed si hoc est verum sub forma terre: tunc infinitum erit grauitatis infinite: 7 infinitu sub forma ignis erit leuitatis infinite: 7 veruq; istorum mouebitur fm distantia infinitam: 7 hoc constat esse impossibile in prehabitis: vbi ostensus est qd nulla grauitas vel leuitas est infinita. **C**Amplius autem si dentur forme esse infinite elementorum componentium mundum: 7 dicatur qd forme infinite: 7 qd subiecta earum sunt infinita fm vltima: sicut dicit Anaxagoras qd sunt infinita elementa fm numeru 7 vltima: tunc absq; dubio sequetur duo impossibilia simul. s. qd loca ad que est motus sunt infinita formaliter differentia ad inuicem: sicut differunt forme mouentes: 7 qd in infinitum distant vt ad ipsa in infinito tempore moueantur elementa: ita qd graue in infinitum moueatur inferius: 7 leue in infinitum moueatur superius: 7 sic de alijs: hoc autem impossibile est omni ei qui tam imbutus est his veritatibus quas in phisicis determinamus: quia sicut diximus in fine. 6. phisicorum: impossibile est incipere qd impossibile est finire: 7 per hoc probamus motum localem non esse infinitum: sed distantias per quas transit id quod mouetur: 7 hoc quidem inductum est sine instantia: 7 recipitur equaliter in motu qui est in qualitate 7 quantitate: sicut in motu locali: quia si ponamus impossibile esse qd corpus sit album vel cubitale fm mensuram: tunc neq; in Egypto: neq; in aliquo quouis loco nunq; conuertitur ad aliquod eorum que diximus impossibilia sibi in esse: ergo a simili impossibile est vt eat ad locum quem impossibile est ipsum consequi: 7 ad terminum quem impossibile est ipsum peruenire: 7 talis est locus qui distat in infinitum. **C**Si autem aliquis ppter omnia prehabita dicat qd impossibile est corpus simplex continuum esse infinitum: et qd impossibile est qd mundus constet ex formis infinitis que componunt corpus vnum vel mundum: tamen est possibile qd corpus vnius forme sicut ignis sit diuisum in infinitas partes: sicut dixerunt Democritus 7 Leucippus: 7 sic etiam mundus infinitus: tunc diximus contra hoc qd infinite partes ignis mouentur ad locum vnum: 7 sic cotinuantur in loco illo. Continuum autem compositum ex infinitis est in infinitum: ergo ignis est infinitus: 7 sic omnia inconuenientia que dicta sunt de corpore infinito fm vltima sequuntur ad positionem istam: ergo ipsa stare no potest: sicut nec alie que inducte sunt. **C**Am ante diximus in eis que dicta sunt qd corpus habet tres dimensiones tri: 7 fm tres dimensiones habet tres motus: 7 fm tres motus sunt corpora trium formarum disponentia ad motum 7 non plurium in genere: 7 qd nullus istorum motuum est infinitus sed determinat: quomodo ergo potest aliquis dicere qd corpora huius mundi sunt multa 7 dissimilia in formis: 7 quodlibet ipsorum est infinitum: sic ergo non potest corpus esse finitarum substantiarum formarum: 7 infinitorum vltimorum. **C**Amplius no potest esse qd corpus infinitum sit per totam forme similia que forma sit elementu alicuius: sicut corporis sperici infiniti: 7 primum quidem per quod hoc ostenditur impossibile esse: est qd sicut superius determinatum est non est possibile: vt sit aliquis motus alius a tribus motibus superius determinatis: oportet qd aliquis illorum trium motuum conueniat corpori infinito qd similibus forme esse dicitur: si ergo dicatur esse rectum corpus illud: tunc oportet qd aut effet grauitatis infinite: aut leuitatis infinite: 7 veruq; istorum iam

superius improbatum est. Si autem diceretur qd est corpus circularis: vel simile sperico corpori qd mouet circulariter: 7 qd infinitum est: hoc iterum stare non potest: quia demonstratum est qd impossibile est vt corpus infinitum moueatur circulariter. Qui ergo dicit motum circulaem esse sic semipiternum qd nunq; moueatur ab eodem in idem propter infinitatem: aliquid simile dicit ei qui dicit celus esse infinitu. Est autem in phisicis ostensum 7 sufficienter explanatum qd hoc est omnino impossibile: insuper ostensum est superius in hoc libro: 7 in phisicis qd infinitum corpus non potest omnino moueri. **C**Amplius si dicatur moueri corpus infinitum: aut mouebitur naturaliter: aut violententer: 7 siquidem datur moueri violententer cum violentia non sit nisi per comparationem nature dicta: oportet qd habeat alium motum naturalem qui violento opponitur: omne autem qd mouetur naturaliter fm locum habet locum naturalem ad quem mouetur: 7 motum innaturalem a quo recedit: 7 locum per que transit: 7 similiter est de eo qd mouetur violententer: hoc autem fingere violentibus impossibile est assignare ptra motum corporis infiniti: cum ipsum omnem locum excedat: si est infinitum fm vltima.

Cap. 5. In quo ostenditur corpus non esse infinitum: ex qd no est proportio actionis vel passionis corporis finiti ad corpus infinitum.



Diximus autem vniuersales inducere demonstrationes ex quibus probabimus nullu corpus esse infinitum: sicut sit rectum: sicut sit rotundum. Sumemus ad id demonstrandum ea que conueniunt corpori tam recto qd rotundo: sicut qd omne corpus est actiuum vel passiuum vel vtroq; modo se habeat ad illa qd est tam actiuum qd passiuum: sicut corpus celi actiuum est tri: passiuum autem 7 actiuum simul sunt corpora inferiora. Si ergo corpus aliquod est infinitum: tunc oportet qd sit actiuum vel passiuum: vel veruq; horum habet simul. Si autem dicatur esse actiuum vel passiuum: aut est actiuum vel passiuum in corpus finitum: aut in corpus infinitum: 7 accipiamus primo qd patitur ab eo qd est finitum: ostendemus vna 7 eadem demonstratione: qd nec agit in infinitum: nec patitur ab ipso: nec e conuerso: 7 illius quidem demonstratio verificans erit hoc qd diximus per hoc qd dicturi sumus: si enim possibile dicat esse aduersarius infinitum pati a finito ponamus lineam. a. esse notam corporis finiti: sit autem alia ab ipso finitum corpus qd significetur per lineam. b. si agit. b. in totum. a. in tempore quod est significatum per litteras. c. impellatur autem in infinitum. a. vt recipiat aliquam impressionem vel formam. transeuntem ab agente finito qd est. b. in tempore finito qd significatur per litteram. c. **D**onamus iterum qd. d. significat agens finitum qd est minus qd b. 7 est aliquota et pars eius: 7 agit in patientis finitum qd est. e. in eodem tempore qd est. c. hoc est possibile: 7 ideo ex ista positione nihil debet sequi impossibile. Dicamus igitur qd pars illius patientis finiti sit littera. 3. 7 sit tota pars patientis quota est pars d. ipsius agentis primi qd est. b. hac enim proportione facta dico qd qualis est proportio agentis minoris ad agens maius qd est. d. ad. b. talis est proportio patientis ad patientis: hoc est. e. ad. 3. si enim non sit equalis proportio patientium ad inuicem que est ipsorum agentium: tunc oportet qd sit maior vel minor: siquidem est maior: referetur ad equalitatem ipsius: tunc enim sicut se habet. d. ad. b. ita se habet. e. ad. partem. 3. ergo permutatim sicut se habet. d. ad. e. ita se habet. b. ad. partem. 3. sed. d. mouet. e. in tempore. c. scilicet sicut dixit hypothesis: ergo in eodem tempore mouebit. b. partem ipsius. 3. qd est impossibile: cum enim in illo tempore moueat totum in minori tempore mouebit partem: ergo proportio patientium non fuit in equali proportione agentium. **C**Amplius autem dico qd ad complendam demonstrationem: oportet accipere propositiones per se manifestas: quarum vna est qd quecumq; corpora sint equalia in magnitudine mouentur motu equali in tempore vno: quia equalis magnitudinem sequitur equalis virtus mouens: sicut grauitas vel leuitas: 7 ex ista propositione sequitur alia qd corpus minoris magnitudinis mouetur in eodem tempore minus

Tex. cō. 58.

Tex. cō. 52.

Tex. cō. 57.

Tex. cō. 59.

Tex. cō. 60.

Tex. cō. 61.

Tex. cō. 64.

q corpus

¶ corpus maioris magnitudinis propter eandem causam: quia scilicet est minor virtus in eo mouens. Omne enim corpus quod mouetur virtute que est in corpore velocius et tardius mouetur secundum modum sue maioritatis et minoritatis: et his suppositis dicimus simile esse in proportione agentium et patientium adinuicem: quia plus agit et maius est secundum modum sue maioritatis: hoc est quod quanto maius est tanto velocius agit: dummodo patientia sint equalia: dicimus igitur quod si talis est proportio. d. ad. b. que est. e. ad. 3. et conuerso: tunc permutatim secundum proportionem qua. d. agit in. 3. secundum eandem. b. ager in. c. dicamus igitur. e. 2. 3. partem esse infiniti patientis quod est. a. et minorem hac parte. e. esse partem que est. 3. tunc enim. b. ager in. e. in aliqua parte temporis. c. in dupla ergo parte illius temporis ager duplum eius quod est. c. et sic duplicabimus donec veniamus ad totum tempus. c. tunc enim ager in aliquot finitas partes eius patientis quod est in finitum: ergo in eodem tempore idem agens finitum ager in totum infinitum: et in partem eius finitas aliquam: hoc autem est impossibile: quia finiti patientis non est proportio ad infinitum patiens: ergo agentis in patiens finitum non est proportio ad agens in patiens infinitum: cum supra habitum est quod que est proportio patientis ad patiens eadem est proportio agentis ad agens: ergo corpus infinitum non patitur a corpore finito in aliquo finito tempore propter eandem causam: et etiam conuerso corpus infinitum non potest mouere corpus finitum in aliquo tempore: sed si moueret ipsum moueret in nunc temporis cum non sit proportio. Si enim datur quod mouet ipsam in tempore: tunc inuenietur aliud corpus finitum quod mouebit aliquid minus se in eodem tempore: quia quacumque eius partem paruum moueat: tunc totiens reduplicabimus eam: et augebimus tam mouens finitum quam patiens donec finitum moueat finitum quod est pars infiniti: vel donec pars infiniti mouentis moueat finitum corpus equali ei quod mouetur ab infinito: et tamen sequitur quod in eodem tempore finitum et infinitum mouent finitum quod est impossibile: cum inter motum finitum et motum finitum sit proportio: inter mouens autem finitum et mouens infinitum nulla sit proportio omnino neque propinquitas: neque comparatio aliqua. Sunt autem linee illius demonstrationis sic ordinande quod vna sola linea infinita probatur que sit. a. et sub illa finita sit alia que sit. b. que partialis est ad ipsam: et minor illa sub ea que sit. d. et super lineam. a. in parte aliqua significantur due partes: vna maior: altera minor: que sit. c. et 3. sicut hic vides. In proportione autem ignotis quare est passio infinita quare per proportionem que supponuntur: vt note que sunt agentis finiti ad agens finitum: et patientis finiti ad patiens finitum: et ideo primum in proportione est. b. secundum est. d. tertium est. e. et quartum. 3. et ideo cum permutatur proportio: tunc comparabitur primum ad tertium: hoc est. b. ad. c. et ager in ipsam in parte temporis. c. eo quod in totum infinitum ager in toto tempore: et secundum comparabitur ad quartum hoc est. d. ad. 3. et agit in ipsum. 3. in parte temporis. c. est positum sit quod in totum. e. cuius. 3. pars agit in toto tempore. c. et sequitur quod ulterius inducitur: et tunc. b. agit in dupli vel in triplum eius quod est. c. in toto tempore. c. et tunc idem in eodem tempore ager in patiens infinitum secundum eandem actionem. Si autem iste littere forte in libro Aristotelem quem nos promissimus sequi non sic ordinantur non est curandum: quod propter breuitatem Aristotelem multa subtrahit: sed sic ordinantur de sunt: sicut hic est dictum: sicut omni homini patet qui bene considerat in natura proportionum traditarum ab Euclide in. 5. geometrie. Eodem autem modo probatur hoc quod diximus superius: quod scilicet finitum corpus non patitur ab agente infinito: et quia in hoc demonstratio Aristotelem obsecra valde est: et in diuersis libris diuersimode posita inuenitur: ideo ponimus primo proportionem: deinde redibimus et explanabimus verba eius diuersa: et dicemus que littera sit verior: dicimus ergo quod illud quod per proportionem intendimus inuenire est potentia passiva finiti patientis ab infinito agente: hec igitur est vt ignota: et quia nos ignotum in proportione inuenire non possumus: nisi per proportionem notas plures vna: et ideo ponemus notas proportionem agere

et patientium. ¶ Dicamus igitur secundum principia superioris posita: quod scilicet maius agens agit velocius quam minus in idem vel simile patiens secundum vnum et idem genus actionis: quod ergo linea. a. sit nota agentis infiniti: linea. b. 3. sit nota patientis finiti: et. c. sit nota temporis in quo infinitum ager in totum finitum. Dicamus igitur littera que est. d. sit agens finitum: quia quod minus est quam infinitum agit in patiens quod minus est quam totum. b. 3. et in tempore eodem: sit ergo quod ager in vnam partem quas voluerimus eius quod est. b. 3. et dicamus quod ager in. 3. que est altera pars eius. Respondeo autem ab infinito agente partem duplo tantum quantum est agens. d. et illa sit. a. b. quia ergo. a. b. duplum est quam d. tunc. a. b. ager in. b. 3. in toto tempore quod est. c. Dicat igitur quod in proportione primum sit. d. secundum. a. b. tertium. 3. et quartum. b. 3. sicut enim se habet. d. ad. a. b. ita se habet. 3. ad. b. 3. ergo permutatim se habet sicut primum ad. 3. et hoc est. d. ad. 3. ita se habet secundum ad quartum hoc est. a. b. ad. b. 3. sed. d. mouet. 3. in toto tempore. c. sicut dicit hypotheseis: ergo. a. b. mouebit totum. b. 3. in toto tempore. c. sed prius erat positum quod totum. a. infinitum mouet. b. 3. in tempore. c. ergo infinitum totum et pars eius finita mouent idem secundum eandem actionem in eodem tempore quod est inconueniens: ergo inconueniens fuit ponere infinitum agere in corpus finitum. Quod ergo dicit Aristoteles. quod a. sit corpus infinitum quod habet potentiam infinitam: ideo est quia non potest habere potentiam infinitam: nisi habeat infinitam magnitudinem sicut sepius superius: et in octavo physicoorum est dictum: et posita adiungo quod. b. 3. sit patiens infinitum: et quod. c. sit tempus motus eius. Quod autem dicit littera. d. mouetur minus in eodem tempore quam sit. b. c. intelligitur sic quod hoc quod dicit littera. d. sit ablatiuus casus: ita quod aliquid littera. d. minus moueatur in. c. tempore quam sit. b. 3. et sit illud minus dimidiatum quod est. 3. Quod autem subiungit postea quod non erit proportio talis que est super. b. 3. totum et partem eius que est. 3. que est proportio dupli: sicut est proportio motus que est littere. d. agentis ad. a. b. agentis: tunc enim oportet quod inter. d. et. a. b. quod sit proportio dupli: et tunc planum est quod sequitur hoc quod diximus virtute proportionis: littera tamen quam exponit Commentator non habet nisi quod erit proportio totius. b. 3. sicut proportio motus. d. ad. a. b. que est altera pars patientis: et huius littera sit planto: tamen prima communior est verior: figura autem est quod ducatur linea infinita que sit. a. qua signatur pars abscisa per punctum. b. sub qua producatur linea. b. 3. habens notas diuisiōis in medio: et postea linea. d. secundum dimidietatem partis. a. b. Cum igitur sequitur istis propositionibus idem ab infinito et finito moueri in eodem tempore: illud est inconueniens per antedicta principia que ostendimus superius quod corpus maius mouet rem patientes ab ipso in tempore minor quam sit tempus quo mouetur a minore: hoc enim generale est in omni tempore in quo ponitur expleri actio corporis infiniti in corpus finitum: quia eadem efficiet corpus finitum in eodem vel in equali tempore. ¶ Scias autem quod contra hoc quod hic demonstratur non est quod dixerimus in octavo physicoorum: quod primus motor mouet motum infinitum secundum naturam: quia primus motor non habet quantitatem: et mouet in motum per se et per accidens: que autem hic demonstrantur sunt intellecta de mouentibus habentibus quantitatem finitis vel infinitis: in quibus possunt partes accipi: sicut factum est in demonstrationibus ante inductis: nec est possibile quod aliquid de numero mobilium moueatur tempore infinito: quia tempus infinitum vltimum non habet: sed omnis motus vnus habet vltimum in quo stat. Si enim motus ponatur esse in finitis: tunc motus esset endelechia: siue actus non recipiens formam vel vbi impressum quod est actus simpliciter et finitus: et motus circularis: aut motus celi qui infinitus est secundum naturam non sic infinitus est: eo quod ambiens circumferentie sit infinitus: sed ideo quia est ab eodem in idem completus: pars et finis eius non est aliqua forma singularis: vel non determinata sed potius continuata esse: et ideo oportet ipsum semper esse: hec autem in sequentibus demonstrabuntur. ¶ Quia autem nos declarauimus infinitum moueri a finito: et iterum infinitum mouere finitum vel agere

Tex. ed. 65

Documenta

Tex. ed. 66.

De celo et mundo

re in ipsum: restat igitur nobis ostendere quod infinitum non agit in infinitum in tempore finito. Si autem aduersarius dicat quod possibile est ut corpus infinitum agat in corpus infinitum tempore finito. Ponamus infinitum esse agens lineam. a. infinitum patiens lineam. b. et sit tempus in quo completur actio agentis in totum patiens lineam. c. d. que duas partes habet: quarum una sit. c. et altera. d. extraham et separabo ex patiente infinito quod est. b. partem unam finitam que finiatur ad punctum. e. ita quod pars eius finita sit linea. b. e. et ponam quod erit in illam partem sui seorsum agat agens in infinitum quod est. a. ita quod habeat duo patientia ab ipso unum infinitum quod est. b. totum: alterum autem finitum quod est pars eius quod est. b. e. veritatem cum agit in duo patientia non agit in ipsa in tempore uno: quod in maiori tempore agit in maius: in minori vero agit in minus sicut superius habita: ergo in infinitum agit incomparabiliter in maiori tempore: quod in partem eius finitam. Constat igitur quod agens infinitum mouet. b. hoc est partem partem. b. non in toto etiam tempore quo mouet totum infinitum: sed in parte temporis illius que sit. d. tunc ergo inueniemus proportionem: quoniam nos primum proportionem ponemus sicut partes temporis que est. c. et secundum in proportionem ponemus sicut partem temporis que est. d. et iterum tertium in proportionem ponemus partem patientis unam quam agens infinitum mouebat in temporis parte quod est finitum: illa autem pars est. e. quia positum fuit quod in. d. mouebat agens infinitum partem finitam patientis: quantum autem in proportionem ponemus partem infiniti patientis remanentem super partem que separata est ab ipso: et hec necessario est infinita: quia aliter patiens totum non esset infinitum. Et argue mus sic. Sicut se habet. c. ad. d. hoc est pars una temporis ad aliam partem temporis: ita se habet. e. que est pars patientis ad residuam partem patientis: sed pars temporis ita se habet ad aliam partem temporis quod est finite alicuius proportionis: ergo etiam finite proportionis erit. e. ad residuum. b. ergo totum patiens compositum ex infinitis erit finitum: et datum erat quod esset infinitum: et ideo ex proportione sequitur quod residua pars totius. b. sit finita. Quod autem sit similis proportio inter partes temporis et partes patientis patet ex hoc quod agens. a. agit tam in maius patiens quod in minus in temporibus diuersis sicut magis et minus: ergo in equalibus agit in equalia. Nam ergo totum. c. d. tempus diuisum sit in duo equalia: et datum sit quod in una parte. a. agit in. b. c. et sequitur necessario quod in reliqua parte agit in residuo b. patientis: ergo residuum equale erit parti que est. b. e. et sic totum. b. est finitum quod est contra hypotheseum: dispositio autem linearum huius demonstrationis est hec quam vides. **C**Ad manifestum igitur est ex dictis quod impossibile est quod corpus infinitum moueat agendo corpus aliquod patiens infinitum in tempore finito. Et si forte diceret aliquis quod corpus infinitum mouet corpus aliud infinitum in tempore finito: dicemus contra hoc quod tempus infinitum sicut vltima est quod non habet vltimum: et quod mouetur in ipso non peruenit ad vltimum sui motus: quia vltimum temporis ad facit vltimo motus: sicut tempus motus. Quod ergo generatur in ipso semper generatur: et nunquam peruenit ad complementum: et similiter est de augmento et alteratione et loci mutatione. Omne autem corpus quod mouetur peruenit ad finem motus necessario: sicut ostendimus in fine. 6. philosophorum. Similiter autem corpus omne quod mouetur est finitum: et ideo passio eius finita: et motus eius: cum enim passio infinita esse non possit nisi in subiecto infinito: si passio esset infinita: esset et subiectum infinitum: et ideo qui dicit corpus infinitum: et passionem infinitam petit principium. **C**Ad hoc autem dico quod omni corpori sensibili est virtus agens tamen sicut celo: aut virtus patiens tamen: sicut corpori quod est materia: aut virtus scilicet agens et patiens est sicut se habent elementa: hec autem omnia voco sensibilia sensu tactus: quia antiqui dixerunt celum esse igneum: et precipue stellas: et ideo ipsum sicut veritatem non sit sensibile: tamen ab his qui esse asserunt infinitum ponitur sensibile. Arguo igitur ex predictis: ex his que nunc dicta sunt: quod cum omni corpori sensibili sit potentia actiua: aut passiva: aut vtraque: infinito vero

corpori: nec sit potentia actiua: nec passiva: nec vtraque: sicut habitum est ex predictis demonstrationibus manifestum est quod infinitum corpus non est corpus sensibile ut dicunt antiqui: ergo nullum omnino corpus est infinitum. **C**Si autem aliquis fortasse dicat quod finitas non accidit corporibus sensibilibus: nisi eis que sunt intra celum: extra celum autem sunt corpora tenuia spiritalia non sensibilia que sunt infinita. Inducemus contra hoc quod quidem ad sensum manifestum est: quod omne corpus sensibile est in loco aliquo qui quidem est principium sue generationis: sensibile enim vocatur: quia est distinctum primis sensibilibus que sunt opposita tactus: et dicuntur qualitates prime: et tunc sumemus conuersam istius propositionis: scilicet omne quod est in loco est sensibile. Diximus enim in physicis quod locus non proprie conuenit spiritico corpori: eo quod illud non est sensibile: et per consequens non generabile: et arguimus tunc sic. Omne quod est in loco est sensibile: extra celum autem non est locus: ergo extra celum non est corpus sensibile: ergo nec infinitum corpus sensibile: nec infinitum est extra celum: et hec conclusio sequitur quo ad antiquos sufficienter: quia ipsi dixerunt omne corpus sensibile: et hoc quo ad veritatem non sit verum eo quod spiriticum non est sensibile: tamen ostendemus tam inferius quod nec spiriticum corpus potest esse extra celum. **O**stensum est igitur ex predictis quod extra celum non est aliquod corpus aliud ab ipsis corporibus que sunt sensibilia apud nos: et si aliquis dicat quod possibile est quod extra celum sit corpus spirituale tenuis: tunc necessarium est ipsum consistere quod illud corpus quod est illic sit in loco: quia extra et intra sicut de corporibus continentibus: et suis continentibus dicuntur locum: si non necessario dicant locum quando dicuntur de his que non sunt corpora: sicut quando dicuntur de animabus et intelligentiis substantiis: et de suis continentibus: sicut quando anima dicitur in corpore esse vel extra corpus: et intelligentia dicitur esse in orbe: vel extra orbem: in talibus enim substantiis incorporeis illud quod dicitur esse intra continetur et illud in quo esse dicitur continetur eorum conuerso sit in corpore et loco intra quem dicitur esse corpus: cum ergo intra et extra dicant locum: et plus habitum est quod illud quod est in loco sit corpus sensibile: sequitur necessario quod corpus spirituale quod est extra mundum sicut aduersarium sit sensibile: et ulterius ita sequitur quod est actiuum vel passiuum: et ita non potest esse infinitum cum infinitum nec possibile sit esse actiuum vel passiuum. **C**Cap. 6^m. In quo probatur per rationes logicas: quod nullum corpus est infinitum sicut partem.

Ex. cō. 69.

Ex. cō. 70.

Quæ sint rationes dialecticæ



Adhuc autem ad predicta abundabimus: aliter etiam adducentes ad hec syllogismos dialecticos adhuc ex propositionibus communibus et veris si non sint sumptæ ex propriis et conuenientibus causis conclusionis. Si enim aliquod corpus est infinitum: aut mouetur circulariter: aut recte. Et si dicatur moueri circulariter: dicemus quod omne quod mouetur circulariter resoluitur contra medium quod est centrum finitum et determinatum: quod autem mouetur contra medium finitum et determinatum est finitum: ergo infinitum est finitum quod est impossibile: ergo infinitum non habet medium supra quod reuoluitur: ergo non mouetur circulariter. Si vero dicatur moueri motu recto: tunc oportet quod locus ad quem mouetur: et in quo mouetur sit maior: ipso: quia aliter non moueretur in ipso: ergo infinitum unum maius erit quam aliud: locus enim in quo mouetur per hoc quod non habet vltimum est infinitus: per hoc quod maior est infinito: est ergo sine fine maior. Adhuc dicunt hoc ipsius infinitum tribus indiget locis infinitis: indiget enim uno ad quem moueatur naturaliter: et indiget alio ad quem moueatur accidentaliter siue violenter: hec enim duo loca differunt sicut oppositionem in forma: et indiget tertio loco per quem moueatur tam naturaliter quam violenter: et necesse est quod omnia hec loca sint infinita. Idem enim locus est per quem mouetur aliquid tam naturaliter quam violenter: sed maior est ipsum motum: sed duo loca alia tanta sunt quantum ipsum quod mouetur infinitum et necessario est quod hec loca infinita sunt: et vnus locus maior sit alijs duobus: et quod in infinitum distat: que omnia sunt absurda quantumcumque sunt duo sicut formis distincta:

Ex. cō. 67.

Ex. cō. 65.

distincta:

distincta: et terminata: et distincta: et hec necessario sunt finita. Et similiter est de eo quod est unum: quia hoc est in se indivisum: et nihil sui habet extra: cum de infinito continue sit aliquid extra accipere sicut probamus in tertio physicorum: non solum. **C** Amplius si dicitur corpus infinitum esse ex equalibus superficiebus: et dimensionibus: et esse motus recti: tunc oportet quod habent virtutem infinitam moventem: siue motus eius sit naturalis: siue accidentalis: quoniam virtus in finita est corporis infiniti: et e converso corpus infinitum virtutis infinite: sicut sepius in premissis habitum est a nobis. **C** Similiter autem cum in physicis nostris de motibus localibus et moventibus in octavo libro ageretur: nos ostendimus quod corporis infiniti non potest esse virtus finita. Si ergo hec ita se habent cum dicatur corpus infinitum habere duplicem motum scilicet naturalem et accidentalem oportet quod ipsum infinitum componatur ex oppositis virtutibus mobilibus: quoniam sicut opponitur motus naturalis et accidentalis: ita necesse est opponi virtutes moventes: virtutes autem iste non sunt nisi oppositarum formarum substantialium: ergo infinitum corpus habet in se formas substantiales oppositas: sicut igneitate et terrestritatem: formas autem diversas substantiales sequuntur diverse qualitates et quantitates: et quod unum sit alterius quantitatis: et si quod aliud causa est forme substantialis: ergo infiniti una pars est maior: et alia: que omnia sunt absurda et inconvenientia: et ideo non est ponere esse aliquid actu infinitum: et si esset tunc esset unus forme et unus virtutis: et unus motus: et non posset moveri motu aliquo: nec a se: nec ab alio corpore. **C** Amplius cum nos in octavo physicorum nostro rum probaverimus quod omnis motus localis causatur: vel ab anima: vel ab eo quod dat formam: dum modo sit naturalis istud infinitum quod dicitur moveri: aut est animatum quod habet spiritum: aut inanimatum non habens spiritum: tunc erit animal infinitum: et qualiter est hoc possibile ut sit animal infinitum: istud enim animal indiget cibo infinito: et eius organa erunt infinita: et cum eius organa sint partes eius: et infinitum unum est tantum quantum: et sic erunt duo infinita: unum movens et alterum motus: et necesse est quod hec differant in forma substantiali per moventem potentiam et potentiam eius quod movetur: quia aliter unum non esset agens et reliquum patiens: et si duo dicantur in forma diversis infinita: iam ostendimus quod ad hoc plurima sequantur inconvenientia et absurda: omnino ergo impossibile est ponere aliquid esse infinitum secundum actum.

C Cap. 7^m. In quo habetur de probatione quod corpus non est infinitum: huius Democritus et Leucippus dicebant compositum corpus ex atomis infinitis.



Noniam autem iam in antehabitis probamus corpus infinitum non esse simplex nec compositum: quoniam si esset compositum infinitum oportet quod simplicia componentia essent infinita: aut specie: aut secundum ultimam: aut utroque modo: et nos ostendimus quod nihil horum potest dici: tamen quia Democritus et Leucippus dicebant fieri compositionem ex his que finita sunt secundum ultimam: secundum speciem: sed sunt infinita in numero individuum solummodo: et ideo compositum ex his est infinitum: et ideo oportet nos inquirere de compositione ista: et tunc complebitur tractatus de infinito. Dicamus igitur quod si corpus elementale totius universi non fuerit continuum: sed fuerit discretum et partium separatarum infinitarum secundum numerum: ut Democritus et Leucippus dicebant: tunc necessario secundum opinionem eorum sequitur quod omnium partium universi motus sit unus et consimilis: dicebant enim predicti philosophi unam esse naturam omnium atomorum: secundum figuras et ordinem dis-

ferentiam inter se haberent: et huius simile dabant in auro comminuto in partes plurimas: cuius omnes partes sunt aurum: huius figuras habeant diversas: et diversimode ordinatas in compositione. **T**ria enim dicebant scilicet quod essent unius nature: et ideo elementales: et quod essent atomi: et ideo prima: et quod sint infinita secundum numerum: et ideo nihil esse extra ipsas. **S**i ergo hoc est verum quod ipsi dicunt quod scilicet natura omnium partium est una et eadem: tunc sequitur necessarium quod motus omnium est unus: et ideo: quia sicut dicimus in physicis nostris quo motu movetur una gleba movetur tota terra: et quo motu movetur scintilla: movetur et totus ignis: et sunt in uno loco ambo per naturam. **D**eclaratum est ergo nunc secundum positiones istorum philosophorum quod si ista corpora atomalia sunt omnia graviora: quod tunc nihil erit in eis quod sit leve: et si sint omnia leviora: tunc nihil omnino erit in eis quod sit grave quod est contra sensum: et hoc quidem sequitur ad oppositum istorum in quantum dicunt ista corpora esse infinita extra que nihil est accipere: quia cum tunc ponatur omnia esse unius et eiusdem nature non erit inveniunt in eis: nec ipsa aliquid quod non habeat naturam illam: et sic in omnibus rebus mundi non inveniatur nisi unus motus quod est contra sensum. **C** Amplius si dicatur corpus compositum ex his esse in infinitum quocumque modo hoc fiat ad hoc oportet eos concedere quod hoc sit grave vel leve: et tunc si leve movetur a medio et si grave movetur ad medium: et tunc utrumque istorum impossibile est convenire corpori infinito: corpus enim ponitur esse infinitum: infinitum autem non habet medium: medium enim est contentum corpore quod est circa medium: contentum autem alio corpore circumdante non est infinitum: et ita non potest in ipso esse infinitum: sicut in loco. **S**imiliter autem quod est infinitum non est in horizonte: quia horizontem non potest habere infinitum corpus. **C**um enim ut tradidit Ptolemy in libro introductionum suarum horizon sit duplex artificialis: et rationalis: siue naturalis artificialis est dimidium sere comprehensum per visum: rationalis autem dimidium sere totius que intelligitur dividi superficie secante centrum terre: et extensa per quatuor puncta aquilonis et meridiei: orientis: et occidentis: talis autem horizon habet extra se corpus continens quod est sphericum: habens autem extra se corpus continens ipsum impossibile est esse infinitum: ergo nec motus ad horizontem: et contentum in horizonte est infinitum: nec potest dici quod quoddam ens moveatur inferius: et quoddam superius: quia superius et inferius non habet ut iam probatum est. **C** Si ergo hoc est sicut nos dicimus: tunc non movetur ad aliquem locum omnino: quia si non est convenientis aliquis locus: tunc non erit ei convenientis aliquis motus omnino. **C**orpora autem omnia moventur: aut motu naturali: aut motu accidentali: aut motu necessario: sicut ostensum est in octavo physicorum ubi probatum est: quod nihil omnino est immobile nisi motu sere: et corpora que moventur naturaliter terminata et finita sunt sine locis suis naturalibus: eo quod quantitas eorum finitur ad locum: et que moventur violenter sunt finita etiam in his que non sunt per naturam in loca sua propter eandem causam: ergo nullum corpus infinitum est in aliquo loco motum vel non motum. **C** Amplius si dicatur adversarius quod loca superius et inferius sunt eorum que moventur naturaliter: et non eorum que moventur violenter: et ideo diceret forte probationem inductam non valere: quia potest dici quod atomi infiniti moventur ad unum locum per naturam tantum: et ad alterum per violentiam: tunc dico contra hoc: quod quodcumque horum diversorum corporum dicatur fixum hoc est quietes: aut motum ad locum aliquem per accidens: oportet quod idem locus sit alij corpori naturalis: quia per accidens et violenter non sunt nisi in comparatione ad naturam: et verificatio illius est: quia in omnibus rectum motum habentibus necessarium consequitur istud: sicut in physicis dictum est: quia scilicet quod unum est naturale et alteri accidentale: in motibus et locis e converso: quod unum est accidentale et alteri naturale. **S**i ergo eadem loca sunt naturalia et violenta: et sic non stat dicendum adversarij. **E**x his ergo dicemus quod non omnibus oportet quod omnia corpora huius mundi sint leviora tunc aut graviora tunc. **S**ed quedam eorum sint graviora: quedam leviora: et finita forme et quantitatibus et locis: et ideo mundus ex his

Res. co. 71.

Res. co. 72.

Res. co. 73.

Res. co. 74.

Orizon duo pte.

Res. co. 75.

De celo et mundo

compositus necessario est finitus: sic ergo ostensum sit et verificatum ex antecedentibus rationibus: et philosophie principijs quod corpus totius vniuersi est finitum secundum actum: et quod ipsum esse infinitum est impossibile.

Cap. 8^m. Est et digressio declarans septem vias ex quibus posteriores Peripatetici probare nituntur non esse corpus infinitum.



Teret autem melior modus quo probatur celsi et cetera corpora simplicia non esse infinita sit sumptus ex spatio in quo est motus: sicut nos induimus supra: tamen video tam in celo quam in elementis: sicut colligitur ex verbis quorundam physicorum Peripateticorum septem sunt ex quibus probatur corpus non esse posse infinitum secundum actum. Et est vnus modus quia per omne terminatum tres dimensiones est secundum modum finitum. Corpus autem vniuersi terminatur tribus dimensionibus: ergo corpus omne per omnem modum est finitum. Non enim potest intelligi corpus cuius vltimum non sit superficies: sicut nec intelligitur superficies: cuius vltimum non sit linea: neque intelligitur linea: cuius vltimum non sit punctus: et hec ratio est generalis omni corpori tam simplici quam composito. Tres enim dimensiones sunt vltima materie corporalis: ideo omne corpus est finitum istis. Amplius non solum non esse: sed etiam non potest intelligi corpus sine longitudine: et latitudine: et profunditate. Ite igitur dimensiones tres sunt mensurantes omne corpus: omne autem quod his mensuratur totum mensuratur: et in se: et in partibus suis: quia partes corporis sunt corpora. Si detur ergo infinitum corpus esse corpus: oportet etiam quod totum: et in se: et in suis partibus his tribus dimensionibus mensuratur: quod his autem mensuratur totum in his continetur totum: et quod in his continetur totum est finitum: ergo infinitum est finitum: quod est contra hypothese finem. Si autem dicatur quod aliquid infiniti his mensuratur: et aliquid est extra ista: tunc illud quod illis mensuratur et continetur est corpus: et illi aliquid extra: additur quod non est corpus: sed omne enim cui additur aliquid extra est finitum: ergo corpus illud est finitum cuiusque additur aliquid post finem suum additur: illud autem quod additur: aut mensuratur etiam tribus dimensionibus: tunc corpus finitum erit sicut et istud: si autem non: sed est extra ipsum: tunc non potest esse corpus: et tamen circumdat corpus: et hoc non est intelligibile. Si forte diceretur quod ipsum quidem in concavo est finitum corpus: sed in conuexo extra extenditur infinitum: et non terminatur superficie aliqua: et linee sue non terminantur punctis aliquibus: hoc non potest esse: quia reuoluta superficie concava: necesse est quod sit reuoluta tota pars conuexa: sed concava superficies cum ponatur esse finita reuoluitur in tempore finito. Si ponatur moueri: ergo in tempore finito reuoluta erit pars conuexa: sed infinitum non reuoluitur in tempore finito: ergo conuexum eius non poterit esse infinitum: positio autem qua nos ponimus ipsum moueri non est impossibilis: cum omne corpus aut moueatur necessario: aut possibile sit moueri: sicut ostensum est in octavo physicorum. Cum igitur sequatur impossibile non sequitur ex positione: sed potius ex hoc quod conuexum sperere mundi ponitur esse infinitum. Amplius loquentes de infinito dicunt aliquando infinitum secundum potentiam: tamen sicut infra ostendimus infinitum secundum potentiam ponit infinitum secundum vltima: tale autem infinitum non potest cogitari esse vel intelligi: quicquid enim esse cogitatur secundum totum cogitatur habere esse: sed nihil habet esse nisi quod completum est in esse: infinitum autem nunquam est: vel fuit: vel erit completum in esse: vt probatum est in tertio physicorum: ergo infinitum esse non potest cogitari: et si quidem fuisset in preterito: tunc esset finitum: quia preteritum est terminatum ad presens: et si dicatur esse in presenti adhuc esset terminatum: quia esset inter preteritum et futurum. Similiter si diceretur esse in futuro aliquando efficeretur preteritum: et iterum esset terminatum: et si tu dicis quod nihil ad propositum est hoc quod dicitur de tempore: est nos loquimur de infinito secundum quantitatem: dico quod per tem

poris finitatem probatur esse finita quantitas: quia eius quantitas accipienti aliquid excellit de tempore in quo non inuenit quantitatem aliquam accipientem illud esse finitum in quantitate: sic etiam si aliquid excellit de loco in quo non est accipere aliquid de quanto aliquo quocumque signato sequitur quod illud quantum non excellit omnem locum: et sic patet quod in loco nullo et in nullo tempore nunquam fuit: vel esse vel fore potest possibile cogitari infinitum esse. Et hec via est tertia: qua probant non esse infinitum. Quarta est: quia sicut in numeris nullus numerus est qui non possit duplicari: et ideo nullus numerus acceptus potest esse infinitus: eo quod infinitum duplicari non potest: ita etiam in continuo non est accipere aliquam quantitatem que duplicari non possit secundum intellectum: sed omne quod duplicari potest secundum intellectum est finitum: ergo nulla quantitas que accipitur secundum intellectum potest esse infinita: et sic iterum infinitum cogitari esse non potest: per hoc quod cogitatur esse cogitatur esse finitum. Quinta autem quinta est specialis de celo et corpore sperico: si enim hoc infinitum esset: tunc motus circularis non erit motus: quia nunquam erit ab eodem puncto in idem punctum: aliter enim oportet quod motus perueniens ad idem punctum: unde de fuit a principio precederet spatium in quo est motus: et hoc nequit intelligi: ergo non potest dici quod corpus circulare sit infinitum: cum ipsum necessario sit motus: sicut ostensum est in octavo physicorum. Septima via et vltima generalis est de omni corpore: quia omne corpus: aut est in omnibus suis partibus continuum: aut est partium selectarum continuitatem in se non habentium: sed sint congregate: sicut acernus lapidis: quemadmodum dixerunt Democritus et Leucippus: quod si ipsum dicatur esse continuum oportebit sibi esse omnes partes copulatas a prima usque ad vltimam: quod autem copulatur a primo usque ad vltimum necessario est finitum et in vltimo: ergo omne corpus continuum est finitum: quod si etiam dicatur quod aliquid remanet extra vltima ad quam facta est copulatio continui: istud esset addibile ad ista per copulationem: omne autem cui aliquid est addibile est finitum: sicut superius diximus in istis eiusdem capituli physicis: ergo copulatum finitum: non ergo intelligi potest aliquid esse continuum per infinitum. Si autem dicatur selectarum partium: tunc ille partes: aut erunt omnes finite: aut omnes infinite: aut quedam finite: aut quedam non finite. Si autem dicantur omnes finite: aut omnes erunt finite et quantitate et numero: aut omnes erunt quantitate quidem finite: infinite quidem secundum numerum: sicut asserunt Democritus et Leucippus: si quidem omnes sunt finite tam quantitate quam numero: tunc ex his non potest intelligi componi infinitum: si autem finite quidem sunt quantitate: sed infinite quidem numero: tunc oportet dici quod totum congregantium diuidatur in partes: sic quantitate finitas et numero infinitas: aut ergo diuiditur in eas corpus diuisione completa: aut incompleta: et dico diuisionem completam que stat in eo quod non inuenit vltra in quo diuidat: si ergo diuideret in eadem diuisione completa partes necessario erunt finite secundum numerum: quia diuisio non complebitur nisi in vltima vnitatem que addita fuit numero postquam non erit aliam inuenire: si autem diuiditur in tales diuisiones incompleta: tunc constat quod alique sunt per diuisionem accepte: et alique adhuc per diuisionem accipiende: sed accepte semper sunt finite: et accipiende sunt in potentia et non in actu: ergo ex hoc non sequitur: nisi quod infinitum sit potentia et non in actu: hoc non negauimus: sicut patuit in tertio physicorum. Si autem tu dicas quod omnes partes sunt infinite secundum vltima: hoc esse non potest: quia etiam multa infinita componentia vnum infinitum: et sic sequitur multa inconuenientia. scilicet quod pars sit equalis toti: et quod vnum infinitum sit extra aliud infinitum: et plura que superius posita contra similem opinionem. Si autem alique finite sunt: et alique infinite: tunc sequitur eadem inconuenientia: et plura alia: que etiam superius contra similem positionem sunt inducta: hec igitur sufficiat ad presens ostendendum: quod non est aliquod corpus actu infinitum.

Incipit

In epistola tractatus tertius primi libri. In quo subtilissime habetur utrum mundus sit unus vel plures.

Cap. 6^m Eiusdem tertij tractatus in quo artificiosissime ostenditur qd mundus sit unus & ipsa natura & motus partium eius simplicitatem que habent motum rectam.

Tex. c. 76.



Am autem sit unus de

Admirabilibus & nobilibus quæstionibus in natura utrum mundus sit unus: vel sunt mundi plures: qd etiam anima humana per se desiderat scire: videtur nobis conveniens ut inquiramus de illo: promissimus enim in physicis nos de hoc sermonem & tractatum facturos. Sed oportuit ut ante ostenderemus esse mundum finitum: si enim mundus esset infinitus non esset inquitrendum de eo: utrum esset unus vel plures: qd constaret tunc qd non esset nisi unus: quia multi infiniti esse non possunt intelligi: sed: cum iam de terminatum est qd mundus est finitus statim desideratur est ad sciendum utrum sit mundus unus vel plures: ad hoc igitur inquirendum: præmittamus ea que necessario sunt tanquam principia: ut ex ipsis procedamus. Dico ergo dividendo: qd omnia corpora siue sint unius mundi siue plurium mundorum aut moventur: aut stant: siue quiescunt. Si quidem moventur: tunc aut moventur naturaliter: aut moventur violententer. Similiter autem si stant aut quiescunt: quies eorum aut erit violenta: aut naturalis: hoc autem habito dico violentius: qd ad quemcumque locum moveatur corpus: aliquid: & sine violentia in eodem quiescunt naturaliter: & sine violentia & e converso. In quocumque loco stant: siue quiescunt sine violentia: & ad eundem moventur naturaliter: & sine violentia. Amplius autem suppono tertio loco ex antehabitis: qd quicumque motus est motus violentus ut oportet qd contrarius motus eiusdem eidem corpori sit naturalis: & quicumque e converso est unius corpori naturalis: contrarius eiusdem eidem corpori erit motus violentus: & hec omnia apparent ex antehabitis rationibus: unde constat tres esse motus simplicium in genere: & tria esse genera simplicia: scilicet circulare & rectum grave: & rectum: & leve: siue sint in hoc mundo: siue in mundo alio: & ideo constat etiam esse tria loca secundum speciem: scilicet circa medium & medium & horizonta. His ergo ita suppositis dico qd si motus terre que est extra hunc mundum vadit ad medium istius mundi motu violento: tunc motus eius ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est naturalis: & e converso: si motus est ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est motus: tunc motus eius ex medio illius mundi ad medium istius mundi est naturalis: & tunc sequitur necessario qd motus uniuscuiusque horum simplicium sit mixtus ex naturali & violento: quia in quantum motus terre est ex medio huius mundi est violentus: in quantum autem est ad medium alterius mundi est motus naturalis: & sic de alijs motibus omnium simplicium corporum habentium motum rectum: hoc autem impossibile est: ergo impossibile est ut sint multi mundi. Amplius si ponantur celi & mundi esse multi: tunc oportet qd dicantur esse ex partibus: hoc est ex elementis similibus in natura: & distinctio: ne necessario ita qd ignis unius mundi sit eiusdem nature cum igne omnium mundorum in natura & virtute: & terra unius mundi sit similis terre omnium mundorum in natura: & similiter de reliquis elementis: hoc enim solum est quod probatur qd non potest dici: si enim diceretur qd elementa mundorum plurium non essent similia in natura & virtute: tunc non convenirent mundi nisi in nomine: & non in natura rerum: & ex talium pluralitate non sequitur plures esse mundos: sicut nec canes propter hoc sunt plures: quia canis significat latrabile: celeste sidus: & marinum: quia si partes mundi non convenirent nisi in nomine: tunc etiam totus non conveniret nisi in nomine: & non in distinctioe & natura: & tunc ut dicitur non sequeretur qd essent plures mundi: & contra talem positionem hic non disputamus. Fuerant quidam qui dixerunt plures esse mundos: unum quidem corpus: quem hic habitamus: alium autem speciem qui habet suum celum: & suam terram: & suum ignem: & suum

Tex. c. 77.

Tex. c. 77.

Tex. c. 78.

Tex. c. 79.

Tex. c. 80.

aerem: & suam aquam: que in nullo conveniunt nisi in nomine cum terra: & igne: & aqua que sunt apud nos: & quia dictum illorum nulli innititur rationi physice: ideo eadem facilitate contemnetur qua dicitur: & ideo dicimus qd si mundi sunt multi: tunc conveniunt omnes in natura & virtute cum isto mundo: tam in toto quam in partibus: & tunc manifestum est & patens qd sicut in hoc mundo quedam simplicia moventur ad medium: & quedam a medio: ita in omnibus mundis. Causam autem huius: & quedam ad medium & quedam a medio moventur iam ostendimus & exposuimus ubi narravimus quot sunt primi motus corporum locales: & ibi induximus rationes necessarias: & ostendimus in tractatu immediate ante istum qd omnis motus est finitus: & qd unumquodque elementorum naturaliter diffinitur ad alium motum recto: ut. Redeamus igitur ex illo quod superius determinavimus ad istud quod intendimus hic: & dicamus qd si motus corporum omnium mundorum sunt unius finis rationem: tunc elementa omnium mundorum sunt unius finis diffinitionem: ita qd terra omnium mundorum est una finis diffinitionem: & ignis omnium unus: & sic de alijs. Si autem hoc est finis qd dicimus: tunc necessario terra que est in mundo alio: vadit ad medium istius mundi: & ignis illius mundi vadit ad superius istius mundi: & hoc est impossibile propter causam quam superius diximus: quoniam si motus ignis & terre alterius mundi est finis: tunc sequitur qd terra ascendit sursum: cum enim locus suus sit hic: desiderabit esse hic: & non potest esse hic: nisi vadat ad superius alterius mundi: & eodem modo sequitur qd ignis vadit inferius: quoniam non potest venire ad superius istius mundi: nisi vadat a superiori alterius mundi: & tre a superiori est tre versus medium: & eadem ratio est de terra huius mundi: que necessario moventur ex medio istius mundi ad medium alterius. Eadem ratio est de igne mundi huius: & hoc sequitur ex hoc qd media omnium mundorum extrema sunt unius rationis: sicut iam in premissis habitum est. Si autem non fuerit talis motus corporum simplicium: tunc dicitur: quoniam natura mundorum: nec in toto nec in partibus erit una: & hoc non est nisi contra rationem: sed etiam contra positionem omnium physicorum: qui physice posuerunt celos & mundos. Dicunt enim omnes illi qd medium omnium mundorum & horizonta eorum sunt una in ratione distincta. Si ergo est sicut dicunt: tunc finis rationem prius inducta est impossibile ut sint multi mundi plures uno.

Tex. c. 79.

Tex. c. 80.

Tex. c. 81.



Am autem sit unus de... Iam autem aliquis alius sit qui dicat qd natura corporum simplicium existentium in mundis diversis diversificatur propter dispositionem elongationis eorum a locis suis proprijs minus vel magis: ita scilicet qd terra alterius mundi extra hunc mundum elongatur a medio istius mundi: & appropinquat medio illius mundi: & ideo contrahit naturam illius medij: & non istius: & ideo moventur ad illud medium & non ad istud: sicut nos videmus in magnetem qd attrahit ferrum sibi propinquum: eo qd acquirit aliquam proprietatem lapidis attrahentis: & non attrahit ferrum remotum: quia ad illud non pervenit virtus lapidis attrahentis. Dicemus qd sermo ille est extra normam rationis: & ideo est erroneus: simplicia enim non moventur motu attractionis: si enim sic moverentur: tunc attraherentur a sibi similibus: si ergo terra maior suspenderetur super terram minorem: oportet qd terra minor ascenderet ad superiorem: motus ergo in quo operatur propinquitas & remotio spatij: & motus qui est a motore extrinseco: sed motus elementorum simplicium est a motore intrinseco. Quoniam sicut in octavo physicorum diximus: quando generans dat ei formam: dat ei tunc consequentia formam: que sunt motus & locus: que formam intrinsecam sequuntur: & ideo si simplicia per elongationem vel propinquitatem conferrentur aliquid forme: oportet qd essent composita ex oppositis formis: quarum una traheret ad propinquum: & esset illa forma attrahentis: sicut in ferro est forma magnetis: & alia esset naturalis data a generante per quam moventur ad locum sine attractione: que esset sicut poderosta,

De celo 7 mundo

tis forma in ferro: 7 sic simplicia essent composita: 7 quilibet motus eorum esset compositus ex oppositis motibus: sicut motus terre a medio 7 ad medium: sicut diximus in precedenti capitulo: que cum impossibilia sint: oportet dicere qd cum corpora elongantur a locis suis parum aut multum: nisi ex hoc contrahunt diuersitatis in formis suis naturalibus: s; diuersitas eorum que est in quantitate elongationis: que est diuersitas comparationis 7 non forme naturalis: in formis suis non diuersificantur: siue appropinquant locis suis: siue remoueantur ab eis: siue enim propinqua sint locis suis: siue elongata: sicut qd mouentur ad loca sua motu simplici: qd manifestum est ad sensum: ita qd non indigemus ad hoc disputare: motus autem simplex est elementi simplicis: 7 sic non habet a materia aliquam formam ex elongatione 7 propinquitate. Et autem hoc certum fiat: volo inquirere: vtrū ita sit sicut quibusdam videtur. scilicet qd motus omnium corporum sint violenti an sint naturales: 7 an motus illi qui videntur naturales esse in corporibus sint etiam violenti per hoc qd dicuntur esse a motore exteriori nisi attrahente: ita qd nihil conferat ad motum forma eius qd mouet. O scilicet autem qd sunt motus naturales simplices nisi ab inclinatione forme ipsius mobilis: quia qd impossibile est omnino moueri naturaliter: impossibile omnino est moueri violenter: cum violentia non sit nisi in oppositione ad naturam: sed est motus violentus corporum diuersorum mundorum: vt dicitur: ergo ante hunc violenter est aliquis eorum motus naturalis. Si autem corpora diuersorum mundorum sint eiusdem rationis s; formam naturalem: sicut pilus determinatus: tunc oportet necessario qd motus eorum sint ad locum vnum numero: sicut diximus: sicut ad medium vnum de numero mediorum diuersorum mundorum: aut ad vltimum orientis ex omnibus orientibus diuersorum mundorum: 7 non potest violentia actionis impedire hoc: quoniam talis non est motus elementorum in diuersis mundi: vt diximus. Si enim esset impeditum qd non moueretur ad istum mundum hoc esset siue ex mouente: aut ex mobili: aut ex spatio per qd oportet esse motum: 7 siquidem est ex mouente: tunc aut esset ex forma mouentis: aut ex quantitate eiusdem: 7 siquidem ex forma mouentis esset: tunc ille motor: aut esset extrinsecus: aut intrinsecus. Ex forma autem intrinseci mouentis est qd corpora omnium mundorum sunt vnius rationis in forma quam consequitur motus naturalis que data est ex genere: sicut diximus: similitum autem in forma est moueri se ad inuicem. Si autem esset ex motibus extrinsecis: tunc esset motus eorum per actionem 7 non per naturam simplicem: 7 hoc iam ante improbatum est. Si autem esset ex quantitate mouentium: vel etiam eorum que mouentur: tunc aut impediret maior quantitas aut minor quo minus moueretur ad locum vnius mundi: 7 quodcumq; horum dicitur tunc si fiat rescactio vel additio quantitatis: tunc mouebuntur ad inuicem elementa ad loca eiusdem mundi: 7 sic idem motus partis 7 totius: 7 eorum: cum totalitas elementorum moueretur ad loca mundi eiusdem. Si autem diceretur esse ex formis ipsorum mobilium 7 non ex quantitate: tunc equiuoca essent elementa diuersorum mundorum: 7 non conuenirent nisi in nomine: 7 hoc iam a me improbatum est. Si autem esset ex spatio per qd est motus: non potest hoc esse nisi propter alteram duarum causarum: scilicet propter elongationem 7 propinquitatem spatii solam: aut propter naturam corporis per quod debet esse transitus eius qd mouetur: qd non sit propter solam elongationem aut propinquitatem iam probatum est: qd etiam non sit propter corpus per qd oportet esse transitum sic pbatur. C Si enim impedit corpus transitum: hoc est quia in ipso non potest esse motus naturalis nec violentus: eo qd nec est leue: neq; graue: aut quia in contrarium mouetur ei qd mouetur per ipsam: 7 qd non impedit eo qd in contrarium mouetur: patet ex hoc qd terra descendit per ignem: cum tamen ignis in contrarium terre moueatur: s; ergo terra forte retardatur: tamen ex toto non impeditur motus terre per ipsam: 7 per hoc probatur per locum qd maiori qd nec illud impedit qd neq; e graue neq; leue sicut celum: quia magis deberet impedire qd in contrarium mouetur qd id qd non in contrarium mouetur: 7 tunc non impedire illud qd in contrarium mouetur: ergo nec id qd non in

contrarium mouetur: 7 iste sunt deductiones diuisionum Aucenne: 7 ideo inquit si dicat aliquis qd ideo non mouetur terra alterius mundi ad istum mundum: quia vsq; ad celum eleuari non potest: tamen si esset in celo transiret per ipsam: hoc nihil omnino est: quia impossibile est hoc pluribus modis. Sed tamen sufficiunt nobis duo: quorum vnus est qd est impossibile per se sicut eundem simul 7 semel sedere 7 non sedere: vel generaliter contradictoria esse vera: 7 hoc posito sequitur inconueniens aliud ad impossibile: qd est in se possibile: sed tamen ex alia causa est impossibile: 7 ad illud nullum sequitur inconueniens si in esse ponatur: sicut impossibile est me portare centum millia talentorum auri. Et tunc millia enim talenta in se habita 7 apta sunt portare: sed qd non portantur hoc ex defectu virtutum hominis: dicamus igitur qd si terra alterius mundi non mouetur ad terram huius mundi: propter impedimentum transitus per celum: tunc hoc est impossibile per se: sed ex alia causa: 7 sic terra impeditur per accidens 7 violenter: ergo motus eius naturalis est ad istum mundum: quicquid autem est aptum fieri 7 conueniens fieri hoc perficit natura: ergo natura perficit motum terre alterius mundi ad medium huius mundi: 7 sic habetur propositum. C Si autem aliquis dicat qd in natura terre non est nisi quies 7 non motus: 7 ideo terra alterius mundi quiescit in centro alterius mundi: 7 non mouetur ad medium istius mundi: contra hoc nos supra induximus rationes: ostendimus enim qd omne corpus habens motum violentum habet motum naturalem qui est ante illum: nullus autem dubitat quin terra habet motum violentum sursum: ergo necessario habet motum naturalem deorsum: nec potest dici qd vterq; motus terre violenter sit: quia iam supra ostendimus qd si nullus sit terre motus naturalis: nullus erit eius motus violentus. Si autem aliquis dicat qd corpora simplicia que sunt in mundis diuersis sint conuenientia in nomine 7 forma 7 diffinitione: sicut terre multorum mundorum 7 reliqua elementa: sed differunt in numero: 7 hoc est dicere qd quedam simulantur quibusdam: s; non omnia omnibus simulantur: partes enim terre istius mundi simulantur partibus terre alterius mundi: 7 sic vnumquodq; elementorum huius mundi simular sua relatio alterius mundi ad qd refertur per conuenientiam nominis 7 relationis: 7 ideo non diuersificantur in forma 7 ratione: sed in numero tamen: quia diuersificantur in numero elementa que sunt partes mundorum: 7 ideo loca partium mundorum etiam non diuersificantur nisi in numero: ita qd medium vnius mundi idem est in forma 7 ratione cum medio alterius: 7 mundi orientis mundum in ratione cum orientibus omnium mundorum: est enim locata mundorum que sunt partes simplices ipsorum conueniunt in forma 7 ratione: tunc necesse est etiam conuenire loca mundorum omnium in forma 7 ratione. Si ergo sic dicat qd diuersitas partium mundorum in numero existit diuersitate locorum: tunc omnes partes terre per numerum diuersitate taliter erigunt locorum ad quam moueantur diuersitate. Si ergo ab ista terra que est hic separent due partes vel tres diuerses in numero: ille non mouebuntur ad locum vnum in numero: 7 non descenderant locum vnum 7 eundem in numero: qd est omnino impossibile: qd si hoc esset non esset terra rotunda: sicut in 2o libro istius scientie posterius ostendimus: ergo nec diuersitas que est penes numerum solus facit loca diuersorum mundorum esse diuersa in solo numero ad que moueantur corpora simplicia. Et aut nos induximus multas rationes ad pbandum qd non possunt esse nisi diuersi qd vnus: tunc hoc sufficit ad pbabile ostendendum mundum esse vnum: qd aduersarius non potest pbabile dicitur sermonibus inductis: 7 ideo procedendum est qd medium est vnum tamen: 7 orientis vnus ad medium aut esse vnum: 7 orientis esse vnum: sequitur necessario esse vnum celum: 7 medium esse vnum: hoc enim sequitur ex sermonibus 7 necessitatibus conclusionum que sunt inducere.

Cap. 3. Illorum qui dicunt elementa mundorum non moueri ad inuicem eo qd videntur in infinitum.

Sed qd aliquis dicere possit qd oppositiones demonstrationum inductarum omnes fundantur super hoc qd motus corporum simplicium sunt finiti: 7 hoc aliquis possit negare: videtur nobis qd si dicamus ei pbatione: s; etiam in pluribus alijs locis hoc probauerimus: dico igitur qd terra necessario mouetur ad aliquem locum determinatum: 7 ignis similiter

Tex. c. 52.

Tex. c. 55.

Tex. c. 54.

Tex. c. 56.

Tex. c. 56.

De celo et mundo

scorum. Altera autem nec diuisibilis est nec dimensa nec finita per materiam: et hoc non est actus alicuius corporis nec perfectio eius: sicut est forma que dicitur intelligentia siue intellectus. Forma autem illa que est actus corporis cognoscitur per hoc quod eius operatio expletur per corpus: finita est operatio eius: quia sicut diximus in octavo physicorum: operatio infinita et virtus infinita que est virtus in corpore: non potest esse nisi infiniti subiecti secundum dimensiones. In isto autem libro sufficit ostendere quod nullum est corpus infinitum secundum dimensiones: et ex his duobus relinquatur quod nulla sit virtus corporee forme infinita. Cum autem materia non diuisatur ita quod subijciatur per partes diuersis formis nisi per quantitatem: eo quod secundum se indiuisibilis est: sicut ostendimus etiam in primo physicorum: oportet quod materia que suscipit formas que sunt actus et perfectiones corporis sit primo simpliciter trium dimensionum: non tamen terminatur ad certas dimensiones: quia si certe dimensiones essent materie contingeret quod continue corrumpere in omni generatione et corruptione: et hoc non esse verum ostendimus in primo physicorum: propter quod primo suscipit formam que est corporeitas in determinatarum dimensionum: qua mediante diuisibilis efficitur et diuersis formis substantialibus per partes subijcibilis: et hoc corporeitas est communis omnibus formis quas suscipit: quia sicut ostendi habet in seculo perigeneseos forma communis in materia omnibus et pluribus substantiis non mutatur quando mutatur forma substantialis: sicut patet quando mutatur ignis in aerem: remanet caliditas et diaphaneitas eadem in essentia: sed autem habeat diuersum esse in igne et aere: ita corporeitas materie que est sicut forma prima respectu omnium formarum que sunt perfectiones corporee remanet in ipsa: et nunquam denudantur ab ipsa in aliqua transmutatione quocumque corporum: et si denudaretur contingeret quod corpus esset ex omnino non corpore: et quod fieret ex nihilo omnino: et hoc ostendimus impossibile esse secundum naturam in primo physicorum: quia igitur hoc corporeitas prima forma est per quam suscipit omnem formam substantialem corporis: sequitur necessario quod omnis forma substantialis corporis diuisibilis sit et virtus eius limitata sit ad corporis dimensiones: et quia diuisibilis est oportet necessario esse generabilem et corruptibilem: eo quod per motum diuiditur: et quia una potentia est multiplicabilis et per multitudinem multiplicatur secundum actum: et quia corporeitas non est actiua neque passiuia: nec etiam forma substantialis que est actus corporis: ideo indiget qualitatibus actiuis et passiuis per quas butifmodi perficiatur transmutatio: et ideo post primam formam substantialem que sequitur corporeitate a substantia ipsa causantur qualitates prime que sunt proprie qualitates primarum substantiarum simplicium generabilem et corruptibilem que dicuntur elementa: sicut fit ut substantialis forma corporis secundum ordinem nature consequens sit corporeitatem in determinatarum dimensionum: et cum corporeitas propria que est dimensionum determinarum sit post formam substantialem: et ideo quia corpus physicum est proprie quantitatis et proprie figure: hoc autem probata sint a nobis in locis diuersis tamen ad sensum patent in primis formis. Nos enim videmus quia crescente dimensione in materia aeris tantum extendi potest quod non amplius sub forma aeris erit: sed efficitur sub forma ignis: et similiter est in decremento dimensionum per condensationem mutatur ignis in aerem: et aer in aquam: et aqua in terram: unde patet primarum substantiarum formas substantiales consequi corporeitatem in determinatarum dimensionum: sed determinate dimensiones consequantur ipsam substantialem formam et quod est in primis corporibus physicis: necessesse est in omnibus posterioribus esse que constituuntur eorum communi. Sic ergo se habet forma generabilium et corruptibilium. Forma autem que est intellectus sicut per se apparet et in prima philosophia probatur: et in libro de anima: est vniuersaliter agens et vniuersaliter quodammodo patiens: agit enim vniuersaliter omnes formas et est quodammodo omnino passibilis intellectus: et quia sic non est limitate operationis: impossibile est quod ipsa sit forma corporis recepta mediante corporeitate: quia sicut ostendimus omnes actus corporis limitatas habet operationes. Et

igitur materia secundum se secundum quod ipsa est in potentia omnia ante omnem corporeitatem receptibilis huius: et ideo remanet etiam indiuisibilis cum omnis forma que post corporeitatem in materia necessario recipitur per accidens diuisibilis sit: materia autem ante omnem corporeitatem indiuisibilis est omnino sicut ostendimus sepius. Sed tamen in hac materia intellectus sunt diuerse sententie peripateticorum et diuiduntur in quatuor opiniones diuersas. Est illa quidem que Aristoteles sicut incipit ex verbis suis: sed in nullo loco expresse dicit in libris: quorum notitia ad nos peruenit: est quod intelligentia sit forma celi et quod cell materia sit susceptibilis huius forme ante corporeitatem: propter quod Aristoteles frequenter dicit quod non est una materia celi et corporum generabilium et corruptibilium: et quod celum habeat corporeitatem determinatarum dimensionum et rotundarum superficiem: hoc non est ideo quod iste dimensiones educte sunt de potentia materie: que potentia est dimensionis indeterminate que recipit formas corporis: sed potius quia motus celi non est nisi corporis: et quod intelligentia sunt mouentes: oportuit celum habere determinatas dimensiones: cum tamen substantiales formas suas primas mediante corporeitate non recipiant: et est causa quia substantie intellectuales sunt omnino impartibiles et immobiles per se: quia non mouetur nisi corpus et non diuiditur nisi quantum vel quod est in quantum sicut in subiecto: et quia sunt indiuisibiles diuisione subiecti: ideo determinat Aristoteles quod tales forme non sunt constituite per subiectum sine per materiam quemadmodum corporum forme omnes per materiam constituitur: quo ad hoc quod educuntur de materia sicut actus de potentia: sed potius iste omnes sunt constituite a causa prima secundum omnes ordines celorum et celestium corporum. Et ideo dicit Aristoteles eas esse substantias separatas: et hac eadem de causa dixit intellectus hominis ingredi ab extrinseco: quod omnis forma educta de potentia ad actum secundum potestatem materie educitur: et non potest esse nisi limitate operationis: quia cum materia efficitur actu: tunc diuiditur et non diuiditur nisi per corporeitatem ut diximus: et ideo omnis forma educta de materia sicut de potentia est consequens corporeitatem. Dico autem consequens natura et non tempore. Et hec est causa quare Aristoteles laudat Anaxagoram de eo quod posuit intellectum esse non mixtum: et ideo vniuersale in agendo et non limitatum in opere. Alterius autem quando inuenit Aristoteles intellectum sic esse formam non mixtam nec impeditam: dixit quod intellectus idem est mouens et ad quem est motus. Ad mouens quidem secundum quod ipse est actus talis qualis determinatus est: ad quem autem est motus secundum quod ipse est separatus et vniuersalis in ratione mouente: et huius posuit exemplum: sicut vnus intellectus cibi: quia scilicet cibum est conueniens mouet omne quod cibum desiderat: et ad ipsum mouetur vniuersumque accipiens cibum secundum proportionem sibi conuenientem. Et dixit etiam multo magis in superioribus esse vnum intellectum primum qui mouet omnia sicut motor communis: et non mouet nisi ad seipsum secundum quod in ipso est intellectus cause prime: ut scilicet producat et sit principium naturalium secundum motum sibi influxum a causa prima: et ideo in talibus dicit vnum et idem intelligens et intellectum: sicut nos diximus de intellectu actiuo et practico: quod iste actiuus est per formam scientie practice: et hoc est intellectum suum ad quod dirigit opus: et ideo idem est ibi intellectus mouens et intellectum in opere constituto per intellectum: et hoc est multo plus in intellectu primo qui per seipsum forma est eorum que constituitur ab ipso: et hec est causa quod Aristoteles frequenter dicit in prima philosophia: quod opus motoris est sicut opus artificis: et est sicut esset domus ex domo: et sanitas ex sanitate: domus enim in lignis et lapidibus est ex idea domus in anima artificis: et sanitas que est in calidis et humidis et siccis complexionibus est ex sanitate que est in anima medicis: hoc multo magis esset verum si anima artificis non per accidens: sed per se esset forma eorum que facit quemadmodum forma est suorum operum motor primus: quia generaliter tales forme non constituantur per materiam: et sunt separate sed splendores earum sint in materia: ideo dicit Aristoteles quod tales substantie separate non mouentur etiam per accidens motu corporum que mouent: sicut ostensum est sufficienter in

Nota de sym
bolis qd
libro 9. vide
meta. primo ca
pitulo de sub
stantia orbis.

Nota ex in
tione Alberti
forma sub
le corpis na sub
seq ad trinas
dimensione in
prima ma.

vide. 3. de aia
cometo. 25.

2^o de g^one
aialu cap. 3.

3^o de aia. t. 6.

4.

octavo physico: et si mouerentur per accidens essent fatigabiles et corruptibiles: quoniam tunc essent imixte corporibus et limitate dimensionibus corporum. Dicit etiam Aristoteles quod non est alia anima corporum celestium nisi talis substantia: quia appetitus qui est in celestibus ut expleant per motus huius formas intellectum: eo quod sunt sicut instrumenta intelligentiarum corpora celestia: sicut determinatum est in octavo physico: est appetitus eius quod recipit actum vite intellectualem per lucem intelligente comfantis super ipsum: et talis lux induidua per ipsum: est sibi causa appetitus et motus: quod admodum in nobis est actus anime mouentis. Ex his autem facile colligitur quod primus motor qui est vniuersaliter omnia mouens necessarius est vnus: et quod est in materia: non est multiplicabilis per materiam. Quia igitur ab vno motore non est nisi motus vnus: vnus erit primus motus: motus autem vnus non est in multis mobilibus: sed in vno: ergo vnus mobile est primus: vnico autem mobili primo existere et motore primo et motu primo: necesse est quod omnia alia mobilia et motus et motores referant ad illud: talis autem ordo vnus perficit vniuersum mundum. Unde ergo vnicus est mundus et non possunt esse mundi plures: et hec est probatio subtilissima quam attulit Aristoteles in primo celi et mundi: et in hanc sententiam omnino ducit Averrois: sicut patet in primo libro legenti eius quod de substantia orbis intitulatur. Antiqua autem et Theodorus pater declinat ab ista opinione: dicunt enim celi recipere formas substantiales post corporeitatem: et ideo hoc est: quod dicunt celi esse duplicem motorem: animam. I. intelligentiam: et intelligentiam esse extra et aiam intra: et fuit causa dicti eorum quod intelligentia est vniuersalis: vniuersale autem ut vniuersale non est sufficiens causa motus particularis: motus autem talis particularis est et proprius: et ideo oportet cum habere motorem particularem et proprium. Hec autem sententia non videtur quoniam absque dubio omnia forma que datur mediate corporeitate educitur de potentia ad actum: sicut et ipsa corporeitas determinata educitur de corporeitate indeterminata et est generabilis et corruptibilis. Erat autem alius locus de his latius tractandi. Est autem tertia opinio eiusdem in antiquorum philosophorum cuius nomen est Abontices: qui dicit omnes intellectus esse vnus: sed in diuisione nec esse diuersam et est in diuisione eius per irradiationem: et ideo dicit ille motorem primus esse vnus in substantia: sed esse diuersum in intelligentiis et mouentibus in se et etiam dicit intellectum diuisionem esse tale: et cessante in diuisione que est per irradiationem corporis tamen remanere lucem primi motoris. Hec autem opinio mala est et contraria fidei catholice: quod sequitur ex ea non remanere animas post mortem in ratione animarum: sed remanere ex omnibus animabus vnus et idem quod est lux primi motoris. Et est eius improbatio quod impossibile est idem et vnus in diuisione ad plurima subiecta: quod contingeret vnam numero formam esse in pluribus subiectis: et hoc est impossibile cum forma non numeretur nisi per subiectum. Conuenientiam tamen cum Averrois: quia Abontices in hoc quod primus motor est vnus: propter sui vnitatem probatur mundus esse vnus modo quo predictimus. Diuersam autem fere ab omnibus peripateticis alijs profert in medijs Auicennam in libro sonitis vite: qui alio nomine de forma et materia intitulatur sententiam: hec enim dicit in materia esse spirituales: cuius primus actus est intelligentia et secunda determinatione determinatur per dimensiones corporis: et tertia per varietatem: et ideo ponit intelligentias esse particulares substantias et subtilem esse diuersitate sue essentie: et esse motores sperarum per imperium et non per naturam: sed veniunt in hoc quod necesse est primus motus esse vnus: et inde vterius concludit mundus esse vnus per modum quem diximus: hec ergo sufficiant ad presens de illa probatione prima philosophice qua probatur mundus esse vnus.

Cap. 5. Et est digressio ad probationem quod mundus est vnus iuxta probationem ex physice mathematicis et astronomicis.

Hec autem adhuc aliqua probatio subtilis que est mixta ex physice mathematicis et astronomicis propositionibus que est ista quod spera celorum sicut sunt in mundo isto sicut in alio plures sunt numero que infra queremus rationem et causam secundum quod hoc oportet nos scire et supponere ex propria astronomorum doctrina est quod omnes spera inferiores

motum habent spera superioris. Cum autem in inferioribus duplicem necessario inueniamus motum: sicut dicit Aristoteles in libro. 1. prime philosophie: scilicet motum planetarum qui est ab occidente in orientem: et motum diurnum qui est ab oriente in occidentem: necesse est quod alter istorum motuum inferioribus speris sit naturalis: et alter ab alio motore superioris. Cum autem in motu diurno equaliter mouetur inferior et superior et constat quod nulla corpora in equalitate que sunt vnus nature in genere sunt equalis motus secundum naturam: oportet necessario quod motus diurnus non sit eis naturalis: sed potius planetarum qui est ab occidente in orientem: in quo etiam sunt equalis: ergo motus diurnus ex quo est ab alio motore: non potest esse nisi altius superioris: relinquatur tandem quod ipse est motus primi mobilis et primi motoris. Quod autem inferiora mouentur eodem motu: non potest etiam fingi quod sit ex aliqua causa nisi ex vna: impossibile enim est ut dicatur quod idem duobus motoribus eodem modo sibi vententibus continue moueatur sicut ab vno motore siue a duobus. Si enim essent equaliter fortes ambo starent: et si esset vnus fortior reliquo: iste remaneret et alter cessaret: sicut diximus in octavo physico. Eadem de causa dici non potest quod inferiora celum mouentur motu vno et superiora celum tactu suo moueat illud in oppositum: quia iterum vnus motus sifteret alius: et etiam ideo quia videmus quod frequenter duo celi immediate tangentis se mouentur ad partem vnam sicut competentem est per demonstrationes instrumentorum omnes celos planetarum moueri ab occidente in orientem. Nec iterum dici potest quod duo motores hoc faciant in vno mobili existens: quia duo motores in nulla natura determinatur ad vnum mobile: ita quod vterque sit intellectus: sed si duo sunt vnus erit sicut intellectus: et alter sicut phantasia mouens: nec iterum etiam si essent duo motores fieri posset motus continuus in vno mobili ad duas partes oppositas: quod in puncto refectionis necesse esset quietem interdicere: sicut probatur: est sufficienter in octavo physico. Si autem aliquis dicat quod hoc est ideo quia totus orbis est continuus et vnus nature: et non est per duos distinctus: et mouetur a motore vno: et vno motu qui est ab oriente in occidentem: et est error visus quod planete videntur moueri ab occidente in orientem: cum tamen dicant quod oriente in occidentem moueantur: illam reputamus infaniam esse capitis cum nos videamus lunam plus et plus accedi secundum quod mouetur recedens a sole ab occidente in orientem donec a sole distans oritur in orientem quando sol occidit in occidentem: et tunc deficiens a lumine per oppositum reuertitur semicirculariter: et cum hoc dictum veritati et omnibus philosophis sit contrarium: ita quod etiam Aristoteles in libro de causis proprietatum elementorum et planetarum: miror quod aliquos inuenit assertores: et in veritate assertores dicti illius nihil omnino sciunt de natura et motu celi: sed verba que inueniunt sequuntur non curantes de inconuenientibus que sequuntur ad dicta eorum. Si autem aliquis dicat sicut dicit Alpepragius: quod celi quidem distincti sunt et omnes sunt concentrici cum terra et mouentur ab oriente in occidentem a motore primo: nec habent motorem alium: et cum a motore vno simplici sit vnus motus: oportet quod omnes moueantur motu vno: sed motus ille fortior est in eo quod immediate sibi coniungitur quod in eo quod distat ab ipso: et ideo cum primum mobile motum a motore primo usque ad lunam que notabiliter distat et perficit circulum ab eodem puncto in idem secundum mobile non adhuc perficit ipsum: sed distat a puncto a quo incepit motus: et sic descendendo per omnes speras semper est motus tardior in inferioribus quod in superioribus propter distantiam a motore primo usque ad lunam que notabiliter distat: ita quod peruenitur multotiens a motore diurno in tantum quod retardatio eius est per. 13. gradus et amplius aliquando: et iste retardationes faciunt videre quod planete moueantur ab occidente in orientem: cum hoc non causetur ex motu: sed potius ex retardatione inferioris spera post superiorem. Si ergo ut diximus: ita aliquis dicere velit non est contra nos quo ad conclusionem quam hic intendimus: quod videlicet mundus sit vnus: quia secundum istum motorem est omnino vnus et vniuersalis: et ex hoc demonstrabimus mundum esse vnum.

Secunda opinio
Aristoteles et Theodorus
dicit quod requiritur
in 9. super
meta. ca. 1. 4.

Impugnatio

Tertia opinio
aboniceo philosophi
ex secta manichaeorum.

Impugnatio

Quarta opinio
auicennae.

Opinio Alpepragii.

Impugnatio

CSed tamen eius dictum in se falsum est multis de cau-
 sis: quarum tres hic reputamus sufficere: quarum vna est:
 qd si retardatio talis speraz inferior que mouentur sup po-
 los orbis signoz faceret retardatione que videtur ab occi-
 dente in orientem: tunc deberet proportionaliter descendendo
 fieri. Nos autem videmus qd non fit hoc: qd saturnus pficit cir-
 culum retardationis ab occidente in oriente in triginta an-
 nis: 7 Jupiter in. 12. que est proportio dupli serquialtera.
 Et mars perficit circulum minus qd in duobus annis que
 est proportio ad Jouis motum plusq; sercupli. Et itez sol p-
 ficit circulum in vno anno que ad martem est proportio mi-
 nus qd dupli siue subdupli: 7 sic descendendo non inuenitur
 proportio vna obseruata. **C**Alia causa est qd fm hoc motus
 inter omnes deberet retardare inter omnes circulos circu-
 lus signoz qui proximus est primo mobili: cuius motum se-
 quantur stelle que sunt in firmamento qd est celum octauu:
 7 deberet seruari proportio ad inferiores speras: 7 hoc non
 fit qd repetitio eius perficitur in. 36. millibus annis: 7 hec
 non proportionat motui planetaz fm eandem speciem ppor-
 tionis. **C**Tertia rō est: qd fm omnes stelle in quocunq; lo-
 co celi apparent eiusdem essent altitudinis a terra: 7 eiusde
 quantitatē debet apparere diameter ipsarum qd omnino
 est falsum: sicut ad visum pbatur per instrumenta astrono-
 mica. Sedm hoc etiaz nunq; deberet apparere retrograda
 stella aliqua cum hoc in **A**Arte expressissime videatur fal-
 sum ad visum: qd frequenter ad magnum spatium a loco in
 quo mouetur redit versus occidentem: 7 hoc deprehendit
 per stellas quibus videtur iunctus in diuersis noctibus.
 Inueniunt aut stelle plures stātes in loco vno qd in alto: qd
 totum nunq; contingeret si reditus eoz ab occidente in ori-
 entem nō esset nisi retardatio post motuz eoz spere superio-
 ris. **C**His igitur omnibus abiectis cum principe Albuma-
 sar 7 cum **P**tolomeo quibus non ppariatur **A**risto. **D**ici-
 mus qd nullum corpus mouet ab alio corpore: si non est tan-
 gens ipsum vel infirmum ei vel insusum aliter. **C**uz ergo oēs
 orbis planetarum sint centrum ipsum egredientes: oportet
 vt superiores dirimus: aut aliquando intercidere vacuz in-
 ter ipsos orbis qd est impossibile: aut esse corpus inclusuz
 inter orbis: dico ergo qd quilibet planetaruz habet motum
 proprium: motum autem superioris participat per corpus
 qd implet inter speras illas: opz enim qd corpora que sunt
 vnus motus in genere primo: sint vnus nature in genere:
 7 ideo cum oēs he sperę hoc est spera planetaz 7 spera stella-
 ruz fixarum moueatur super eosdem polos: 7 ab occidente
 in orientem p̄tine qui est motus circuli signoz: oportet qd
 sint orbis illi de natura circuli signoz: 7 corpus qd implet in-
 ter speras illas est necessario de natura circuli signozum: 7
 ideo cum planete mouent de occidente in orientem: mouen-
 tur motu corporis qd est inter orbis: qd est de natura circuli
 signoz qd circūducit speram cuiuslibet planetaz de occide-
 te in orientem: sed motore proprio mouetur fm tempus in
 quo perficit circulum: qd velocitas eius est fm pportionem
 vigoris 7 motoris sui: sicut in pluribus locis dicit **A**risto. 7
 isti duo motus qd sunt idem in specie sunt planetis natura-
 les. **A**potus aut primus velocissimus est qui est diurnus 7
 ab oriente in occidentem. **C**hec potest esse eodem motore
 nec potest esse omnino naturalis corpori ipsi moto: nisi natu-
 rale dicat a natura cōmuni que est eius qd circulariter mo-
 uetur quocūq; modo moueat. **O**portet ergo qd ille sit a mo-
 tore primo 7 qd eius virtus sit diffusa per omnes celos 7 mo-
 ueat illos abiq; eo qd excludat virtutes motorz inferioruz 7
 de isto motore pbamus qd ipse est imālis omnino. **C**ōstat
 aut qd nihil multiplicatur fm esse in natura nisi per materiā
 diuisibilem: sicut superius diximus: ergo talis motor cū sit
 imaterialis nō potest esse nisi vnus: vno autem existente mo-
 tore 7 motus erit vnus 7 mobile primum erit vnum: 7 per
 consequens omnia mota ab illo in ordine erunt vnam: 7 sic
 mundus erit vnus 7 non possunt esse plures: 7 hoc est qd vo-
 lunus inuestigare: 7 hec pbatio per sensum 7 non per ver-
 ba scripta est ab **A**lbeait: 7 **A**ut. in suo libro sufficientie cell
 7 mundi. **H**is igitur propter sequentia sic discussis ad pro-
 postam redeamus.

Cap. 6^m. De probatione qd mundus sit vnus per loca mo-
 bilium que mouentur in mundo.



Pocamus igitur nūc qd si nos numeremus sim-
 plicia corpora prima per diuersitatem sui mo-
 tus quā habent fm locum: tunc ipsa sunt tria
 que dicuntur elemēta corporea non qd omnia ve-
 niant in cōpositionem sequentium corporoz: sed
 qd sint prima 7 simplicia: hec aut sunt graue in
 genere: 7 leue in genere: 7 neutrum qd est corpus celeste. **E**t
 quantū ad eos qui dicunt mūdos esse plures omnia hec erūt
 in loco: qd h nos diximus in 6^o pphycoz qd celi non est es-
 sentialiter in loco: eo qd nō habet circūdans corpus: tamē
 quantū ad eos qui dicunt mūdos plures esse extra ipsuz: se-
 quitur qd extra celi sit locus: 7 sic quo ad eos celi est in loco
 essentialiter: oportet ergo eos pcedere qd loca mobilium pri-
 morū sint tria fm genus puententia sicut 7 ipsa mobilia. **I**te
 rū aut locoz vnus est locus descendens deorsum: 7 ille est
 locus corporis qd quiescit in medio: 7 illud est corpus gra-
 ue. **S**ecūsdus aut est vltimus locus qui longissime distat ab
 ipso: 7 ille est locus eius qd mouetur circulariter ab ipso: 7
 neq; est graue: neq; est leue sicut est celi. **E**t loc^o tertius est
 medius hoz duoz locoz: 7 iste locus corporis qd est inter
 duo locatū: 7 illud est leue: qd necessario locatur inter circū-
 ferentiā 7 centrū. **S**i enim diceret aliquis qd leue nō esset in
 loco illo: tunc opz qd in alto esset loco nāliter: 7 hoc iam ostē-
 dimus esse impossibile. **S**i enim ille locus medius inter cē-
 trum 7 circūferentiā esset leuis corporis accidētalis: tūc opz
 qd esset aliud corpus simplex cui esset nālis: 7 nos ostēdimus
 qd non est aliquod corpus qd sit pter naturam istoz trium
 corporoz que diximus. **S**i ergo hoc est vt diximus: tūc opz ne-
 cessario qd locus medius inter circūferentiā 7 centrū sit lo-
 cus corporis leuis: sed tūc leue 7 graue diuersitates habent
 de quibus nos faciemus mētionē in futuro in sequentibus
 bulis scie libro 3^o 7 in 4^o. **S**ed qd ex dictis habet hoc est qd
 sicut vnus locus est inferior ad quē mouentur omnia gra-
 uia in quocūq; sint mūdo 7 vnus est locus superior ad quē
 mouentur omnia leuia in quocūq; mundo fuerint: sicut nos
 ostēdimus in pphyca: ita necesse est vñ in numero esse lo-
 cum in quo mouet celum omne in quocūq; mūdo fuerit: 7 si
 est vnus locus: vnus est mūdos: ergo nō possunt esse plures
 mundi. **E**t hoc etiam ostendit per deductionē per impossi-
 bile: dentur enim plura esse media ad que est motus grauis
 in pluribus mūdis: 7 plures esse orizontes ad quos est mo-
 tus leuis: 7 qd illa data loca diuersoz mundoz non differant
 specie sed numero solo: tunc mediū a medio plus distat: qd
 medium ab orizonte: sed medium cum medio puenit in spe-
 cie: 7 medium 7 orizon opponunt pparie: ergo plus distat
 in loco conuenientia in specie qd cōtraria in specie: 7 hoc est
 ptra rationem pparioz. **C**um enim omnia pparia mari-
 ma a se distent prima distantia: 7 pparia est a contrariis in lo-
 co a quibus distantia transmittitur ad omnia alia pparia:
 ergo contraria in loco maxime debent distare: 7 sequitur cō-
 trarium a contrario non maxime distare ex hypothesis qua
 ponuntur plures esse mundi: ergo ista hypothesis nō est tūc
 falsa: sed etiam impossibilis. **C**Amplius si dicant plures esse
 mundi 7 equales in quantitate tunc non plures contingere
 possunt istum nostrum mundū qd quatuor: 7 fm hoc duo or-
 zontes in quatuor punctis: vbi exteriores mundi nostrum
 contingunt mundum vñ soli medio nostruz circūponuntur.
Cum igitur contrariorum primoz virtus debeat esse equa-
 lis: sequitur necessario qd ex hoc generetur inegalitas: 7
 erunt elementa superiora potentiora elemento inferiori: 7
 sic vincunt super ipsam 7 dissolueretur iste noster mundus.
Adhuc autem cum circuli mundozum non se contingant nisi
 si in puncto: oportet necessario remanere spatium inter cō-
 nerum circuli vnus spere 7 alterius: aut ergo aliquid est in
 vno spatio replens ipsum aut nihil. **S**i enim sit ibi aliquid
 replens illud non potest esse de natura alicuius elemēti
 nec de natura celi: quia istozum motus: aut est a medio:
 aut ad medium: aut circa medium: 7 in isto spatio non est
 aliquid medium equaliter distans a conueto circūferenti-
 arum: quia longius distat in vna parte qd in alia: opor-
 tet ergo fingere noua elementa 7 nouum mundum que nō
 sint de natura istius mundi que replent illud spatium. **S**i
 autem nihil est in spatio isto: tunc remanet vacuum: 7 ostē-
 sum est in quarto pphycoz: qd impossibile est aliquid

Opio Albu-
 mafaris pio-
 lomei 7 **A**ri-
 stotelis.

Handwritten marginal notes in a smaller script, likely commentary or corrections, located on the right edge of the page.

esse vacuum. Adhuc autem si plures sint mundus sunt in finiti in pluralitate: aut sunt finiti: si dicantur infiniti: tunc in finitum erit aliquid actu existens: et hoc est improbatum. Si autem finiti: tunc in aliquo numero erunt: et si queratur quis est numerus iste: et que sit ratio eius: et non erit assignare etiam si fingere velit aliquis. Adhuc autem cum videamus in omnibus non stare in copedio: cum non omnia possit explere opera ea que sunt in mundo isto videbitur quod suppositi sunt mundi alij. Vnde si forte aliquis dicat quod possunt mundi esse plures: sed non sunt: quod deus posset fecisse plures mundos si voluisset facere: et adhuc posset facere si vellet: contra hoc non disputo. Quod enim hic concluditur quod impossibile est mundos esse plures vel fieri plures: et quod necessarium est vni esse souz: intelligitur de possibili et necessario quod est ex parte mundi quantum ad partes et ad causas eius essentielles et primas: et est magna differentia inter id quod deus potest facere de absoluta potentia sua: inter id quod in natura potest fieri: multa enim meo iudicio facere potest que tamen fieri non possunt. Non enim omnis potentia actiua puerit in passiuam: sed solus illa que patiens habet sibi proportionatum: ita quod potest recipere totus actus agens: et taliter non se habet potentia alicuius entis causati ad causam primam: et ideo quantum est de natura mundi: dico non posse fieri mundos plures: sed deus hoc si vellet posset facere. De hoc dicitur et alij alij dixerunt tamen fecisse deus mundos plures et infinitos: et hoc mirabile dicitur fuisse: quod si omnes boni ciuile proficere conuentione ciuili quod non fecerit dii: quod quos illi dixerunt creatores mundi conuentione inter ciues diuersorum mundorum: boni autem mundorum non est perfectio sine conuentione ciuili. Adhuc autem videtur quod operis sui per plures mundos sibi fecerunt martem impedimentum: quod cum plures sperent mundorum se in profecto contingat et non moueant contra se: sed potius vna tangit aliam videtur quod vna impedit aliam in motu suo: cum ut illi asserunt dii motores sint sperant: videtur quod sibi fecerunt impedimentum martem: per hoc quod vna spera impedit aliam et impellit. Est autem mirabile quod dii quos dicitur mundum gubernare motu et ratione eiusdem nature habitatoribus diuersa preparauerunt habitacula: falsam igitur est esse plures mundos. Ita ergo ostendimus et clarificamus quantitates elementorum corporeorum que ad motum disponunt locale que sunt rectitudo et circularitas et grauitas et leuitas: et ostendimus quantitates ipsorum secundum vltima et secundum numerum esse finitas: et ostendimus propriam locum cuiuslibet ipsorum: et ostendimus item quantitates locorum ipsorum esse finitas: et quis esset numerus ipsorum quantum sufficit ad presens.

Cap. 7. De obiectionibus sophisticis ex quibus probari videtur quod mundi sunt multi.

Cum autem in precedentibus multe adducte sunt demonstrationes et probationes ad ostendendum mundum esse vnicum: nulla earum fuit per se dicentes propter quid mundus est vnus. Sed omnes quidem fuerunt ducetes ad impossibile vel per causas non essentielles: et ille demonstrationes parum plus habent virtutis quam probationes dialectice que sunt per signa: non abscedant enim ab ipsis nisi quod sunt per signa profunda et magis propria. Volumus autem nunc per demonstrationem dicentem propter quid determinare et ostendere quod mundus est vnus: et quod non est possibile ut mundi sint plures: et ex eodem postea volumus ostendere quod secundum naturam suam est quo ad hoc sempiternus: quod non est factus ex re aliqua habere partem: et quod eadem est causa quod non cadit sub corruptione. Sed ut nullum nobis circa mundi doctrinam generet impedimentum ex objectis sophisticis: volumus antequam ostendamus propter quid mundus est vnus inquisitionem et investigationem disputatiuam ex objectis aliis quorum facere de veritate mundi. Possunt enim aliquis querendo et disputando dicere quod non est possibile quod mundus sit vnus: quod videmus in omni re que est per arte vel naturam quod intentione sue forme est preter intentionem eiusdem forme cum materia sua accepta: cum enim nihil sit sensatum et particulatum nisi per materiam: oportet necessario quod omne sensibile sit compositum ex materia et forma. Si igitur nos formam eius per quam est intelligibile abstrahamus per intellectum ab ipso abstrahamus vniuersalem a particulari: alia erit intentio sue forme vniuersalis quam sit eiusdem forme secundum esse quod habet in hac materia in qua et per quam particulariter etiam sentit: et huius exemplum est in orbe sue in circulo. Forma enim orbis per se sumpta et abstracta est alia quam sit quando est accepta secundum esse cum ere vel auro. Forma enim

rotunditatis in esse formali tamen accepta est secundum rationem preter rotundum erum vel aureum aut ligneum. Nam quando dicimus rotunditatem absolutam et diffinimus eam secundum aliquid nomen non recipitur in diffinitione illa aurum aut es aut lignum. Si autem in rotunditate denominemus aliquam materiam vel lineam: aggregamus tunc formam cum materia: et ostendimus ipsam secundum esse particulare et sensibile quod habet in materia et hoc non considerat quando dicitur orbiculatio secundum se: quod ista potest esse in materijs multis non equivoce: quod non esset si aliqua natura precepta esset cum ipsa. Et his omnibus constat quod orbiculatio et rotunditas non significat nisi formam: sed rotundum denominatum esse dicitur significat formam in materia. Et tamen in his diuersitas est quantum ad mathematica et diuina et naturalia: sicut dicitur in philosophia physicoz: sed in omnibus est abstractio que est vniuersalis a particulari: et tunc vniuersale de particulari denominatione non predicatur: hoc quod dicimus de formis abstractis et concretis significatis propter similitudinem dicitur esse ut sciamus qualiter res secundum formam solam et secundum esse quod habet in materia diuersimode considerat. Nos enim loquimur hic de forma predicabili de suis inferioribus: hoc enim abstractum quod est forma etiam non predicatur de suis inferioribus: nisi in quantum est aliquo modo totum ad ipsa inferiora: et scimus quod forma que est abstractio significat hanc formam: tamen non est totum: et ideo non predicatur: quod non possem dicere quod albedo sit albus: vel quod humanitas sit homo. His igitur habitis in vniuersali quod est forma simplex secundum intellectum accepta per hoc quod est in multis et de multis inuenimus quod ipsa est apta dici de multis: ut in partibus suis: et est ipsa principium conuentionis multorum: particulare autem per materiam est proprium et solus: et per multas similes materias efficiunt multa particularia supposita vni nature comuni: sic ergo videtur quod omne quod habet formam cum materia secundum rationem sue forme multis posset conuenire et per diuisionem sue materie actu multiplicetur in plura indistincta. Similiter igitur videtur quod sit de mundo quod ratione forme sit multiplicabilis et ratione materie sit plurificatus: cuius constet mundum illum esse compositum ex materia et forma. Si ergo illud est secundum hoc: tunc celum videtur similitur sensibile: et ideo compositum ex forma et materia: sic videtur pars vna esse partium mundi compositarum. Omne enim sensibile ut diximus proprium incommunicabile et sensibile est per materiam suam que est principium principij in diuisionationis in ipso. Si ergo hoc est secundum hoc tunc inuenimus in toto celo et principium conuentionis et principium particularitatis: et quod dicimus celi sermone absoluto et abstracto: significantes celum prout abstrahimus ipsum ab hoc celo: intentio eius est alia quam quando dicimus hoc celum particulatum: significantes ipsum per materiam sensibilem. Celum ergo sermone absoluto et abstracto est forma sola vniuersalis: sed per sermonem nostrum cum dicimus hoc celum demonstrantes ipsum in materia sensibili: significamus formam cum materia particulatam et acceptam secundum esse. Omne autem quod habet formam conuentionalem et figuram que terminatio est materie sensibilis: aut est multa secundum actum: aut potest esse multa secundum potentiam que procedet aliquando in actum per modum quem dicimus: ergo multi celi esse possunt et multi mundi. Et ista deceptio sequitur necessario Platone qui ponit exemplaria apud creatorem mundi ad que dixerit opus suum operis: cuius exemplum composuit cum opere in condito mundo: dicit enim quidam homines Platone musam imitantes quod exemplar perpetuum mundi est apud creatorem quod vocat mundam architypum: eo quod est vniuersum mundi sensibilis principalis typus: et quod est exemplar non recedens ab ipso quod quidem Plato non dixit esse ideam in mente diuina conceptam: quoniam hoc etiam dicimus nos propter quod dicimus domum ex domo et mundum a mundo: sed posuit ipsum habere veram rationem rerum creaturarum: et dixit ipsum esse rerum formas separatas ad quas formantur ille que produunt incooperabilem materiam: propter quod nominauit illa exemplaria formas: et illas que sunt in materia vocauit imagines: eo quod facte sunt ad imaginationem istarum que manent extra materiam: ita quod dixit hominem esse separatum et a se ipsum separatum: et sic de alijs. Constat igitur quod cum ad vnum perpetuo manens apud opificem exemplare infinita formari possunt quod mundus aut est multus

Ultra de potest facere que non possunt fieri.

Ex. c. 9.



Nota ex intentione doctoris quo plato posuit mundum architypum.

De celo 7 mundo

ant potest esse multus. Si quis aut nobis dixerit q non per
tinet ista obiectio ad nos: eo q nos sumus defendentes opi-
nionem de exemplariis: dico q adhuc ex prior ratione vi-
det sequi q possibile est mundos esse multos: vel etiam sint
multi: eo q in ppteris: id est in actu qd potest esse in poten-
tia: sicut diximus in 4^o physicoz. Unde etiam si dicamus
mundum non habere exemplaria: videtur recte sequi mun-
dos esse multos. Videmus enim q omne cuius forma est
in materia quod est hoc pluralicabile: 7 sunt multe partes si-
miles in materia 7 infinite per successionem. Ostensum est
igitur nunc per istam rationem vt videtur: q aut sunt celli
aut mundi multi aut possibile est vt sint multi. Possent igitur
aliquis deceptus ex his rationibus 7 antecedentibus di-
cere q physicoz accipere opinionem q mundi sunt multi
vel q possibile est vt sint multi.

Cap. 8^o. De solone dubitationis dicitur ptra hoc qd dicitur
est mundus esse vnus: 7 de causa ppter quas mundus est vnus.

Ex. c. 93.



Noniam quidem igitur ad hanc intentionem
vt sciamus an mundus sit vnus posuimus stu-
dium nostrum: necesse est nobis indagare de
sententijs istis donec pueniamus per limina
veritatis ad hoc vt sciamus que sit recta 7 que
non sit recta. Soluentes igitur dicimus q in
obiectione prius inducta bene 7 vere dictum est q res vna
que coposita est ex materia 7 forma alterius est ronis quan-
do forma diffinitur vt abstracta 7 forma tris: 7 alterius qua-
do concipit 7 diffinitur fm esse qd habet in materia particu-
lari ipsam formam: istud est rectum 7 no est sermo aliquis
contradicens illi. Cui enim obiectio inducta super tres fun-
des ppositiones: quaz vna est q omne sensibile est composi-
tum ex forma 7 materia: 7 altera q omne copositum ex mate-
ria 7 forma est alterius ronis in vniuersali forma: 7 alteri-
fm esse cum materia pceptum. Tertia q omne tale est multa:
vbi pot esse multa. Sunt enim due priores ppositiones
absqz omni ambiguitate: vere tertia aut non semper est ve-
ra: sed aliquando falsa: ppter materie dispositionem. 7 enim
omnis forma comunicabilis sit: nisi non comunicat nisi ma-
terie que est extra ipsam actu: sed potentia est sub ipsa. Si er-
go tota materia apra sibi contineat sub se: ita q nullam ha-
beat aptitudinem ad ipsam aliqua pars materie existens ex-
tra ipsam: tunc nunq possibile est ipsam comunicari actu
pluribus: 7 ppter hunc sermonem celoz natura no est multi-
plicabilis: nec etia mundoz natura. Celum enim 7 omne in-
generabile factum est ex tota sua hoc est conuenienti sibi ma-
teria: 7 nihil est de ipsa extra ipsam: mundus aut factus est
ex materia simpliciter: 7 ideo non possunt fieri multi mudi:
7 nos quidem de hoc afferemus exemplum gratia doctrine
vt sit sermo nosse facillior. Dico igit q si symmitas est caru-
ritas nati in carne: tunc symmitatis ppris subiectum 7 ma-
teria est caro nati: si ergo ex omnibus carnibus que sunt vel
esse possunt forme vnus natus: 7 in isto sit symmitas: tunc
non erit nec poterit esse symmitas nisi vna: 7 nunq inuenit
symmitas nisi in carne illius nati tris: 7 tunc no inuenit in ali-
quo alio membro corporis: eo q in rone symmitatis cadit na-
sus: q: symmitas est nati caruitas. Similr si dicat esse ma-
teriam hominis caro 7 ossa 7 nerui 7 alia similia: tunc si po-
namus vnum hominem pstitit materia hominis: oportebit
tunc q sit vnus solus homo: 7 non alius omnino: q impos-
sibile est vt diminuat ab illo homine carnes 7 ossa per de-
cisionem aliquam: 7 decidat ab eo potentia caro: q ex actu
caro non fit generatio hominis: 7 ideo nisi possit resoluti ca-
ro de potentia ad actum non generabitur iste alius homo:
7 iste etiam vnus homo nunq diminuetur nec resoluetur
per corruptionem: eo q materia sua nec in toto nec in par-
te potest elabi extra formam que ptingit eam. Similiter aut
est in omnibus alijs: q nunq multiplicatur forma per gene-
rationem: nisi hoc modo: h non fit sub ipsa fm actu.
Vniuersaliter enim ver est de omni substantia composita
ex materia 7 forma: q non est possibile vt aliam habeat si-
mitem in specie differentem: tamen in numero solo: qsi nul-
la est materia potentia similis ex qua coponitur indiuiduum
eiusdem speciei. Redeamus igitur ad ppositam adapta-

Ex. c. 94.

tes inducta exempla: dicentes q celum est vnus copositus ex
ma 7 forma. Vocamus aut hoc celum vel celli nam tota cu-
ius est motus circularis: vel etiam totum mundum: qui vno
modo dicitur celum: vt inferius ostendemus. Redeamus
igitur nunc 7 itez dicamus q celum est compositum ex tota
materia sibi pueniente per potentiam receptibilitatis talis
forme: 7 tota materia sua est terminata actu per forma: 7 no
est possibilis ad formam aliam: sicut etia ostendemus 7 par-
tim superius tetigimus vbi diximus q est in ma ante cor-
ruptionem indeterminata 7 dimensio. Si enim no coposi-
tum est hoc celum ex medietate sue materie: sed ex tota ma-
teria: tunc vnus est: 7 non sunt celli multi. Dico aut ex medie-
tate materie: q si ponat alius mundus: tunc opz q iste non sit
nisi ex medietate sue materie: quia equalium in quantitate
eqlis est materia: sicut 7 duobus indiuiduis eiusdem spe-
ciei vna quantitas debetur materie in specie. Sicut enim
ipsa indiuidua determinatas habent quantitates: ita etia
determinatas habent quantitates materie ipsoz: ex hoc aut
sequitur q mundi sint infiniti 7 q trāsmutentur ad inuicem: in
sint quidē: qsi in infinitis diuisibilis est materia per assum-
ptum equale: quanta enim est ma patris ex qua fuit genera-
tus: tantā pteccit in generatione filij que sumpta est ex sup-
suo sibi digesti: trāsmutantur aut ad inuicem: eo q in simpli-
cibus generatio vnus est corruptio alteri: 7 everso: que
oia absurda sunt: ergo opz q no ex medietate sue materie:
sed ex toto sit compositus mundus 7 similr celli. Cōcedēdum
est ergo q celli vel mudi noiam noie absoluto 7 abstra-
bēte ab hoc demonstrato: q tūc dicit forma ipsius vniuersa-
lis que de se predicabilis est de multis: cū aut noiat hoc ce-
lū demonstrata forma in ma 7 accidentibus 7 diuiduantibus:
tunc dicit formam habentē esse in hac ma: nec tamen ppter
hoc possibile est vt sint celli multi 7 mundi propter hoc q to-
ta ma sub forma ptingitur: 7 de ma que est actu vt potest fieri
ppagatio in pluralitate scilicet diximus. Ex omnibus autē
his que determinatas sunt relinquatur q ois pluralitas in-
diuiduoz eiusdem speciei est per diuisionē materie: 7 ideo
cuius forma indiuisibilis est per materia: illa no agitur per
pluralitatem. Est aut intellectus sue intelligentia vt diximus
in premisis forma indiuisibilis per materia: 7 ideo no agit
in pluralitate 7 ppter hoc pbabilior sententia est de intelligē-
tijs: q quelibet ab alia differt fm spēm 7 non fm numer: so-
lū: eadē aut de causa 7 stelle differūt ab inuicē specie sicut mi-
hi videt: h ex diuersis causis specie differant intelligentie 7
stelle 7 oves: q ex indiuisibilitate materie differūt intelligē-
tie. Stelle aut ex hoc q cuiusqz eaz ma tota est intra: 7 hoc
est ver sue intelligentie sint coposite ex hyle 7 forma: sicut di-
cit Auicebron: siue sine simplices: sicut videt velle Arist. etia
si sint simplices bene saluat in eis potentia actiua 7 passiuā: si-
cut in libro de aia: 7 in libro de intelligentijs domino conce-
dente ostendemus. Cum enim ois pluralitas reducat ad
vnitatem vt ad principij sui: sic enim necesse est q ois multi-
tudo indiuiduoz reducat ad vnitatem nature vnus in spe-
cie sub qua crescit illa pluralitas: no at pot erire ab vno plu-
ralitas indiuiduoz nisi per actū: quo vna nā agit in plura-
litate per decisionē 7 diuisionē materie: talis aut actus no est
nisi generationis: 7 ita fit fm Arist. 7 omnes peripateticos
q non sit multitudo indiuiduoz sub vna specie nisi p actus
generationis: 7 hoc etia Arist. innuit qn dicit q illa que sūt
vnus materie qsi sunt diuersa trāsmutantur ad inuicem: 7 q
multitudo indiuiduoz causat ex diuisione materie: cū con-
sistat multitudinē diuidentis totam erire ab vniuersa diuisi-
o: nec ergo est vera sententia peripateticoz. Et si aliquis obij-
ciat 7 dicat: q sicut multitudo indiuiduoz erit ab vniuersa
speciei: ita multitudo speciez siue differentiaz erit ab vniuersa
te generis: 7 genus assimilat materie. Cū igitur superiora 7 i-
feriora corpora 7 substantie spirituales comunicent in vno ge-
nere generalissimo: videbit q comunicat in ma vna: sed ad
hoc nos iam in pcedētibz diximus: q nos bene concedi-
mus oiam esse materia vnam in genere: sed no simplr vnaz
fm q ponimus intellectū esse ens in genere fm doctrinam
Auicebron in libro de materia 7 forma: 7 fm doctrinā Au-
icebron in libro de causis. Si aut intellectum siue intelligentias
ponamus esse non in genere: tunc dicimus omnino corpo-
ralium esse materia vnam in genere: sicut determinatum
est in

Ex. c. 95.

Intelligē-
7 stelle spe ab
iuce distigu-
unt s oppo-
pmi videt te-
nere Lōmen.
2^o celli cō. 49.
Et opp^m scōl
videtur tene-
re Arist. i 2^o
celi. t. cō. 59.
vbi pbat oia
astra esse spe-
rice figure 7
hoc q luna ē
spherica.

est in primo libro physicoz: et dicitur esse vera que ibi inducuntur. Dicit tamen Averrois quod celum est forma tria et elementa quatuor inferiora sunt materia eius: et si queratur ab eo qualiter celum sit intellectum et sensatum si ipsum est forma simplex. Respondet quod intelligitur ex analogia sicut prima materia: sed illa intelligitur per analogiam ad formam suam. Vel autem intelligitur per analogiam ad materiam suam que sunt inferiora: sed nos absurdum reputamus hoc: cum sentiamus illud absolute: et ideo dicitur quod habet materiam significabilem per potentiam: et ubi: cum materia eorum que sunt generabilia determinetur per potentiam ad ubi: et ad motum et formam: et hec discussa sunt in antebabitis.

Cap. 9. De extra mundum nec locus: neque tempus est.

Ex. c. 96.

Sequitur autem adhuc ut ostendamus esse celum per modum quo celum uno modo compositum est ex omni corpore sensibili: veritatem autem antequam fiat hoc oportet ingredi quid est quod significatur per nomen celli: et secundum quot modos dicitur nomen eius: ut et ex hoc fiat manifestus quod querimus: si scire in qua sit significatio intendimus de ipso. Dicitur autem quod celum: aut accipitur per circumferentiam sphericam: aut pro sphaera concava usque ad centrum circa quod voluitur: centrum enim sicut dicitur in octavo physicoz alio modo modo est principium et finis sphaere. Si autem accipitur pro circumferentia: aut accipitur pro toto eo quod habet naturam circumferentiam: secundum quod dicitur celum id quod est superficies circularium: et motus circularis: aut accipitur per circumferentiam sphericam que est celum celorum claudens in se omnes celos. Dicitur enim quod celum nominatur uno et primo principali modo corpus quod est ultimus quo ad nos motus totius universi: hoc est corpus naturale quod est in ultimo motu universi: et hoc est celum supremum: quod in se quidem est primum mobile: quo ad nos autem est ultimus. Et hec confirmantur ex consuetudine que est in communi sermone: quia consuevimus nominare celum id quod est summus orbis mundi: et eius superioris: et cum illud sit altissimum et nobilissimum: dicitur illi habitare omnia spiritualia firma et quietata: eo quod omnes intelligentie que sunt motores orbium sunt immobiles et fixe per eum petuntur: sicut septem dicitur in octavo physicoz. Et nominamus celum secundum tres modos alium corpus totum quod continuum est per modum quo contiguus continuus dicitur: cuius eo quod est supremus orbis mundi totius: et hoc corpus totum est quod dicitur quintam essentiam a conuero ignis superius in quo infra sunt sol et luna et cetera stelle: et hoc iterum confirmatur communi sermone quo dicere consuevimus soles et lunas et stellas esse in celo. Tertio autem modo iterum nominamus celum: totum id quod habet corpus contentum ab ultimo mobile: cuius est motus universi totius hoc est a primo mobili usque ad centrum: et hoc secundum consuetudinem sermonis quo a pre digniori nominamus totum: hoc enim modo nominamus quod celli est id quod est completus et totus cui impossibile est fieri aliquam additionem omnino. Non enim hoc modo potest accipi celum nisi per modum toto: quia impossibile est aliquid addi mudo: cum sit ex materia tota: ut dicitur. Manifestus est igitur quod celli dicitur secundum tres modos dictos in his significacionibus celum dictum tertio modo: quod videlicet est totum quod continetur ab ultimo universi motus quod est primum motum usque ad centrum quod est compositum ex omni corpore naturali sensato necessario: siue sit motum necessarium ad centrum: siue a centro: siue circa centrum: et extra hoc centrum: neque est corpus nec possibile est ut sit extra ipsum corpus omnino. In hac igitur tertia significacione volumus inquirere verum hoc sit verum quod dicitur: quod scilicet extra celum non sit nec possit esse corpus aliquod. Dicamus quod si detur extra celum esse corpus aliquod: aut hoc est ex compositis simplicibus: aut ex corporibus compositis: et quocumque modo esse dicatur si est illud: tunc aut erit illud sicut in loco naturali: aut sicut in loco violento et accidentali: quod autem extra celum non sit aliquod corporum simplicium omnino sic probatur. Ostendimus enim superius quod non est possibile ut corpus sphericum mutet locum suum: quia non est in loco essentialiter: et sicut impossibile est mutatio sui centri sic impossibile est mutatio sui situs: eo quod ipsum non potest mutari violento: quia violentia non cadit in ipsum: et extra suum situm non posset esse nisi violento. Similiter autem non est possibile

Ex. c. 97.

ut sit extra celum corpus simplex: recti motus: siue sit leue quod ascendit: siue graue quod descendit ad medium. Si enim aliquod illorum corporum esset illud: non posset ibi esse sicut in loco naturali: quoniam probatur est superius quod loca horum corporum simplicium sunt alia a locis que dicitur esse extra mundum: et sunt cognita ad sensum: et manifesta per rationes superius inductas. Si autem daretur quod corpora simplicia essent illud sicut in locis accidentibus: tunc secundum superius inducta essent ibi corpora alia naturaliter. Multoties enim ita dicitur quod omnis locus existens quibusdam corporibus simplicibus accidentibus alijs corporibus est naturalis necessario et e converso: cuius igitur per rationes probatur quod non est aliquod corpus simplex propter ista corpora que sunt elementa huius mundi: que quidem relata ad motum localem sunt tria: que sunt corpus circulare: et id quod mouetur ad medium et id quod mouetur a medio: impossibile est extra mundum corpus esse aliquod simplex. Si autem simplex impossibile est ibi esse: tunc impossibile etiam est quod sit ibi corpus compositum: cum compositum non sit nisi ex simplicibus: et resoluitur in simplicia. Sic ergo probatur est quod non est illic corpus aliquod: et faciamus eadem diuisionem quaz supra fecimus. Si enim esset possibile ibi esse: tunc possibile esset ibi esse: aut simplex: aut compositum: siue sic: siue illo modo dicatur ibi esse corpus possibile: tunc aut possibile esset ibi esse naturaliter: aut accidentiter: et quocumque horum daretur: tunc ratio nostra erit ad probandum quod non est ibi possibile esse corpus: sicut fuit nuper ad probandum quod non sit ibi corpus aliquod. Ratio enim ab utroque istorum est una: quod videlicet non sit ibi corpus: et quod non sit possibile ibi esse corpus omnino: nec aliqua magnitudinum corporalium: et hoc precipue ex illa ratione manifestum est qua indurimus: quod videlicet mundus compositus est ex materia sua tota que apta est conueniens sibi. Nuper enim dicitur quod materia mundi est pars eius que sunt corpora sensibilia naturalia: et illa omnia sunt in mundo isto: sicut in locis naturalibus: et non alibi. Si ergo hoc est sicut dicitur: tunc tam manifestum factum est et planum quod celi non sunt multi: neque mundi: neque fuerit in preterito multi: neque erit multi in futuro. Vel enim hoc modo dicitur vnicuique et perfectum et completum cui non est nec potest esse simile aliquod omnino. Amplius autem extra celum non potest esse locus: neque plenus: neque vacuus: neque tempus. Quod enim non potest ibi esse locus manifestus est: quia locus si sit plenus tunc continetur aliquod corpus: siue simplex: siue compositum. Nos autem ostendimus quod extra celum nullum est corpus. Si autem dicatur esse locus vacuus: tunc secundum quod dicunt esse vacuum: vacuus est locus in quo possibile est esse corpus: et nos ita ostendimus quod extra celum non potest esse corpus. Quod autem ibi non possit esse tempus: declaratur per hoc quod tempus est numerus motus: et motus non est nisi corporis: ergo ubi non est corpus non est motus: neque tempus: sed extra mundum non est corpus ut probatum est: ergo extra mundum non est motus neque tempus.

Ex. c. 98.

Ex. c. 99.

Cap. 10. De perpetuitate vite eorum que sunt in exteriori conuero.

Ex. c. 100.

Um autem tam declarauerimus extra celum neque locum esse: neque tempus: neque vacuum: necessario sequitur quod id quod est in exteriori celli: hoc est in ultimo celo ex parte sui conuerti non sit in loco: quoniam nec hoc celum essentialiter est in loco: nisi essentialiter motum habeat: qui est secundum locum motus: ut dicitur in physicoz: quod cum non sit in loco id quod est illud: tunc etiam non est in tempore: quia in tempore est quod a tempore continetur: et hoc est quod tempus quadam parte mensuratur. Omne enim quod est in tempore excellit a tempore secundum principium et finem: cum esse in tempore nihil aliud sit nisi quadam parte tempus mensurari. Siue illud igitur sit causa prima: siue sit conuerm celli supremi: tempus non potest facere ipsum verum: quia nihil est ibi quod est in exteriori ultimi motus universi quod alteretur: neque mutetur per se vel per accidens omnino: sed est firmum firmiter esse: et non mutatur omnino: eo quod nullam recipit passionem que sibi valeat ipsi ab aliquo agente. Dicitur autem in fine 8. physicoz. primum motum esse in illo conuero illius sphaere exterioris: et motum quod dat primo mobili esse quasi vitam omnibus existentibus secundum naturam: quod etiam dicit Aristoteles. peripateticorum principes: et isecutores eius Averrois: et rabbi Ador: et multi alii per

cc

De celo et mundo

ripa thesaurorum: quod est illa spera illa vult: et quod vita eius est actus in
 telligibile per ipsam speram: et quod vita illa tota est intellectua-
 lis: vita ergo secundum istos que est illi: non temporaliter est ibi suc-
 cedens: sed potius simul firma et stans: quemadmodum diximus
 de rebus que sunt eterne: ergo est sempiterna in secula secu-
 lorum. Sive enim seculum est duratio: sive esse cum toto tempore: ita quod
 tempus non excellit ipsum: sed excellat ipsum eternitas: et quia tempus
 causatur a motu eius: tunc seculum sui motus est totum tempus
 durans enim commensurat motus: quoniam cum tempus non excel-
 lit: et ideo non potest motus ille dici in tempore esse: sicut cau-
 sa temporis non est in tempore: sed sub illo seculo sunt spatia eo-
 rum que sunt in tempore: et illa spatia sunt secula rerum: exortantur
 in tempore: propter quod seculum ipsum mobilis est seculum secula co-
 tinens: et causa seculorum. Ultra enim sua nec finitur: nec deficit:
 nec proficit per momenta: sed stat simul et quo ad hoc laudan-
 dus est. Plato et ceteri primi philosophorum in diffinitione sempiter-
 ni quas dederunt. Dixerunt enim eodem sermone et vniuersum et
 sufficienter et conuertibilem cum ipso quando dixerunt quod sem-
 piterneitas est vltimus quo ad nos: sed sit primus simpliciter: et
 orizon continens tempus vniuersum rerum: post quod et ante
 cuius posteriora non est tempus aliud naturale: et dixerunt quod ista
 sempiterneitas est eternitas rei illius que est in exteriori cella et
 durabilitas eius. Cuius enim dixerunt quod est vltimus et finis: vo-
 luerunt intelligere durationes vltimi ad quod sicut ad quod finis est
 se omnia naturalia et relata: per hoc autem quod dixerunt ipsius
 esse orizontem: et intellexerunt quod est supremus esse durans conti-
 nens omne esse quod est sub ipso: quia inferiorum tempus et dura-
 tio finit ab ipso et excellitur ab ipso quod vocauerunt quando di-
 xerunt quod post ipsum in futuro et ante eius posteriora in pre-
 terito: quia preterita iam post nos sunt: eo quod nos ea non expecta-
 mus: ante nos nullus tempus est naturale: quia cum omnia res natu-
 rales constituantur a primo motore et mobile primo: et motu ipso-
 rum: oportet quod nihil naturalium sit ante ipsum vel post ipsum: sed
 sub ipso omnia naturalia pertineant. Hec ergo duratio sic
 accepta eternitas est motoris et mobilis et motus ipso-
 rum: quia eternitatem antiqui vocabant quantum ad durationem: non
 excessam a tempore: sive stet simul: sive sit successiva: sicut pri-
 mus sibi succedit: et vix aliquis eorum aliter inuenit locutus
 fuisse de eternitate. Secundum hoc igitur modum dicimus quod vlti-
 mum celum orizontis supremi et vltimus conuerum eius quod con-
 tinet et includit in se totum tempus sempiternum dicitur secundum anti-
 quos eternitas cella: eo quod in tempore: nec principium habet: nec
 finem: et hoc non sequitur quod celus et motus sit simpliciter eter-
 num: sed quodammodo secundum tempus: sicut ostendimus in octa-
 uo physico. Hoc autem nomen eternitas cella et motus eius
 determinauerunt antiqui ex ipso suo opere. Cuius enim dicitur
 eternitas esse durans et duret ita: celum quod motus in toto tem-
 pore absque eo quod excellatur a tempore: hoc opus et esse attende-
 runt quando vocauerunt ipsum eternum dicto modo eternitas:
 quia id quod est sempiternum est sempiternum durans cum tempore: opus
 autem a quo deriuatur nomen in quibusdam rebus est manifestum
 et plane potest ostendi: sicut in his quorum operatio est ma-
 nifesta: sicut est duratio cella et motus eius: in quibusdam au-
 tem rebus est operatio occulta et parua ostensione se manife-
 stat: et rerum illarum nomen non multum manifestat esse: et
 opinionem ipsam: ita autem diximus in libro de natura deo-
 rum: quem vocamus philosophiam extraneam eo quod extraneis ra-
 tionibus per similia vulgaria probatur solum probabiliter et
 vulgariter: sicut et ipsam physicam credidimus communicari
 populis: et declaramus ibi quod necessarium est ut spirituales res
 sicut substantie diuine et corpora spiritalia superiora non mu-
 tentur secundum tempus omnino: neque corruptantur in suum esse et in
 sua substantia: et ibidem illius rationem diximus esse: quia
 talis substantia est causa omnis cause rerum naturalium parti-
 cularium ex causa talibus non est alia post ipsam: quia si per-
 mutarentur huiusmodi substantie prime oporteret quod alie sub-
 stantie priores eis essent que mutaret eas: sicut diximus in
 principio octauo physico. Secundum ergo hunc modum que-
 rimus ipse tales substantie sunt immutabiles et inalterabiles
 omnino: sed sunt perfecte sempiternae et ad permanendum in
 sempiternum. Non enim est super eas aliqua alia causa cau-
 sans eam et mutans secundum naturam: et si daretur causa prior: pri-
 mo celo et motore eius: tunc oporteret concedere quod illa esset co-
 pletissima postquam ascendendo non esset aliqua melior in ordi-

ne substantiarum celestium: quia necesse est quod aliquando sit sta-
 tus cum numerus et ordo substantiarum celestium non pec-
 dat in infinitum. Amplius autem dicimus rem illam pri-
 mam nullam recipere occasionem mutationis per accessum vel p-
 se: et ideo non recipit finem alicuius mutationis que sit forma
 aliqua aliter disponens ipsam: neque recipit finem motus eius.
 Motus enim eius secundum naturam est sempiternus: quia nunquam dis-
 continuatur vel abscedit: et ideo meretur dignissime ut def-
 ei motus diurnus qui hodiernus ab antiquis dicebatur. Res
 enim omnes non sunt mobiles nisi per naturam quando sunt extra
 loca sua: et cum peruenierint ad loca sua tunc quiescunt. Corpo-
 ris autem nobilissimi et supremi motus nunquam quiescit: quoniam
 extra locum suum nunquam est ut perueniat ad ipsum: et locus eius
 est rotundus vnus: et ideo cuiuscumque puncti orizontis in ipso lo-
 ca sunt infinita: et voco locum situm: quia situs omnium partium
 inotiarum sunt infiniti secundum potetiam: et ideo ipsum mouetur si-
 ne fine in tota temporis duratione. Locus enim inceptionis
 motus eius est idem subiecto cuius loco finis eius: et ideo vnus
 et eadem rationem habet sempiternum: et ideo motus eius fa-
 ctus est sempiternus qui nunquam in tempore finitur: sicut enim in
 octauo dictum est: finis eius est extra ipsum: et ille est centrum quo-
 dammodo et finis et principium circuli. Ad hoc autem quod mouetur
 circa ipsum et cum equaliter semper sit circa ipsum semper
 equaliter mouetur: ita quidem quod celum semper equaliter
 aptum moueri et motus semper mouens: et non ita quod per se-
 ipsum corpus celi moueatur.

Tractatus Quartus Primi Libri de Celo et Mundo:
 an celum sit generatum.

Capitulum primum. Que tractatus intentio est et quis dicendus mo-
 dus: et quid dixerunt circa hoc antiqui.



Am autem omnia que

rehabita sunt de perfectione et unitate mun-
 di ostensa sunt discrete et determinate est mee
 voluntatis nunc ingredi de Celo et Mundo
 increato: vix sit factum per generationes philosophica:
 an non sit factus per generationes: an sit corruptibile
 corruptibile corruptione. Hoc enim sit tactum in
 superioribus: indiget tamen adhuc inquisitione subtiliori: verum
 men ante nos de istis duabus questionibus dicamus finem veri-
 tatis: incipientes secundum nostram consuetudinem de eis prius dicere
 sermones antiquorum philosophorum naturalium: eo quod ratio eorum qui dixerunt
 sa dixerunt a nobis: erit nobis via inquisitionis in omnibus diuer-
 sitatibus eorum quibus deuiat a nobis: et ad se inuicem: et via hec
 erit ex dictionibus bene consideratis. Hoc enim modo procedendo
 erit sermo noster apud omnem hominem qui bene considerationis
 est acceptabilior: quando discreuerit iter nostra dicta et eorum
 dicta qui dicit nobis: et cum spererint nostras rationes esse
 dicitur dicta eorum: erit tunc nostra determinatio vix magis ne-
 cessaria in intellectibus audientium: et precipue cum primo audierint de
 bilis rationes antiquorum qui diuersificant a nobis: quia tunc au-
 ditis nostris fortibus rationibus: facile acquiescent nobis. Est enim
 de per se manifestum quod omnes sciunt: quia cum dixerimus finem no-
 stram de aliqua re: quod videlicet oporteat ipsam esse secundum hunc modum
 vel illam: tacerimus finem aliorum et responsiones qua rident
 opinionibus eorum qui sunt diuersificantes ab eis: et tacerimus et
 sermones determinationis eorum in re illa de qua disputant: tunc de-
 bilis et tardus suscipiet sermo noster: et ratio nostra apud audientes
 conclusiones vnus deum ad deum alterius discernit tamen iter propo-
 nes syllogismorum iter principia ex quibus firmantur propositiones syllogismi-
 ce: eo quod hec ita ita talia. Adhuc vix deum nostrum vel ad-
 uersarij nostri sit melius et credibilis: sed quia nostra dispu-
 tatio doctrinalis est et non litigiosa: opus omnium hominum qui nobiscum
 confert dicta sua obseruare: nec vel inimitia vel amicitiam
 condisputantibus seculi aliquid impugnet vel recipiat: salutaris enim
 amicus et veritatis inimicus discernere et non hominis secum
 disputantis: et ideo necesse est ut participet sic secum et ceterum
 in disputatione vna: quod concedat oia que concederet sibi ipse de
 rationabilibus et veris secundum intellectus: aduertens illud quod in to-
 picis dixit Aristoteles de ingentibus veritate: quod primum socius est
 qui impedit corde opus. Hoc autem primum in tractatione
 questionis istius: ideo quoniam in eo sunt multe diuersitates: et est
 questio desiderata scripti ab omnibus: et ideo maxime notum est
 est in

Ter. co. tot.

est in ea impedire est qui diligenter ponit in inquisitione veritatis de ipsa. Non enim solum philosophi diversificant in determinatione ipsius: sed etiam religiosi legum plurimam in ea auferunt conditionem. **D**icamus igitur incipientes quod antiqui philosophi loquentes de factura mundi quotquot processerit sectas Heriparibeticorum conueniant in hoc quod celus et mundus eunt inchoata per publicam generationem: sed tamen in modo illius generationis differant quodam inter se physici triplici diuersitate. **F**uerunt enim quidam inter eos qui et precipue deputati sunt apud Stoicorum peritiam: qui dixerunt quod mundus quidem per generationem que fit ex materia inchoat: sed durabit in sempiternum: et ideo in tota temporis duratione non habebit principium materiale aliud ad quod resoluatur que admodum res corruptibiles resoluunt: propter quod etiam in toto tempore nunquam habebit finem: et uetus quidem sententia auctor fuit Plato apud antiquos stoicos: et postea parum ante nostra hec tempora renouauit eam **H**erodes **E**gyptius philosophus iudeorum: utrumque enim horum dicebat opinione mundi ex materia quasi ex matre mundum produxisse esse tempore: et presertim quidem mundi superiora que sunt mouentes et causantes inferiora elementa: et elementa priora esse mundo natura: et non tempore: orbem enim et stellas sic firmos fecit opifex quod omnium inferiorum semetipsum quia opifex quod dicitur eis tradidit erequenda: sicut in **T**imeo Platoni continetur: in tempore cum inferioribus sunt producta. **F**uerunt autem alij qui dixerunt quod celus et mundus totus inchoat per generationem: et quod ambo finiunt in tempore nec unquam reuertentur ab idem mundus: quia sicut per intellectum agere in tempore infinito quod sequitur mixturam omnium tantum subiectum primum mundus iste existit per generationem: ita etiam reducit in idem mundum per intellectum esse: et ideo cadit sub corruptione sicut reliqua corpora que esse per generationem acceperunt. **H**ec autem opinio **A**narago fuit qui dixit tempus esse infinitum: eo quod tempus sequitur chaos primum et non motum celum: et dicit in tempore infinito multos mundos generari: et multos corrupti: quorum nullus est idem cum alio: et de hac opinione multa dicta sunt in primo physice communis. **A**lij autem qui tertia uiam inuenierunt fuerunt qui dixerunt quod mundus iste sepe generatur: et sepe corrumpitur: et illi diuersificati sunt in duas uias: quodam enim dicunt quod reuertitur idem in magno anno qui deorum sacramento confirmatus est: et hec fuit sententia **E**mpe: et uocat magnam annum spatium temporis quo superiores orbem et stelle reuertuntur omnes simul ad principium primum sui motus: quod non accidit ad minus firmum **P**tolomeum nisi in .36. millibus annorum: et dicit hunc annum firmatum esse iureiurando: siue sacramento deorum: quia deos uocat orbem et stellas: et illi necessitate motus sunt obligati ad redendum in idem punctum: unde inchoerunt sicut si confirmassent illud iureiurando. **I**ste autem **E**mpe: **I**talicus fuit de ciuitate que uocata est **F**ragurambice: propter quod fragilissem esse uocant: et in rei ueritate fuit **S**iculus. **H**eracitus autem **E**phebus dicebat quod celus et mundus generantur et corrumpuntur continue subiacere alterationi: et alterationem dicit esse generationem. **E**t autem sciamus **H**eracitum fuisse grecum natum de **E**phebo: quodam tamen saraceno dicunt eum fuisse **S**alsine sem: et quidam de ciuitate **K**aristos: cuius causam esse putant: quia saraceni nomina philosophorum et ciuitatum frequenter habent corrupta. **H**ac igitur triplici diuersitate diuersificantur philosophi. **R**eligiones que ab initio fuerunt uel quod modo quadrupliciter variantur. **D**ixerunt enim **S**abij quod mundus: nec per generationem: nec per corruptionem finitur. **S**toici autem quod quidem per generationem inchoat: sed per corruptionem non finitur in hoc sequentes **P**latonem. **P**ythagorici autem in legibus **P**ythagore tradiderunt mundum: per generationem inchoat: et per corruptionem desiniturum: cum quibus conueniunt tam **E**mpe: et **A**narago: et **H**eracitus: in diuersis modis hoc dicant: sicut patet ex premissis. **S**unt autem quidam saracenorum irrationabilissime dicentes: et quartam legem inducentes: quod uetus mundus per generationem nunquam inchoat: sed tamen per corruptionem desiniturum sit: cum nulla autem istarum legum conuenienter **H**erodes qui propheticè non publice docuit mundum non per generationem sed per creationem inchoat: et per uoluntatem dei iudicis desiniturum: non quidem sic ut nullo modo sit: sed sic ut in alio statu sit: in quo tam boni quam mali iustam operis sui consequuntur retributionem.

Cap. 2. De contradictione dicti et ratione **P**latonis et **S**toicorum.



Monia autem ita exposuimus summatim opiniones que sunt de inceptione mundi: opportunus est idcirco rationes contra eas. **E**t primo contra opiniones **P**latonis et legem **S**toicorum. **D**icimus igitur impossibile esse omnino sermonem **S**toicorum: contentum quod de celo esse mundum magnam: que admodum et quod supra in tertia celi significatio ostendimus: et dicitur quod hoc celus per generationem inchoat: et per corruptionem esse factum: et nunquam esse desitum per corruptionem nec sine habitum: eo quod non habeat materiam principium in quo possit per corruptionem resolui. **N**os autem dicimus nec quod cessamus a narratione sermonum eorum qui sermo dicit quod celus et cetera nullum enim modum alicui rei nullis consistit: mur esse uerum unum: neque uerificamus esse nisi quando per idem generationem: aut in omnibus: aut in pluribus eorum per se possessionem esse presertim: cum res naturales sensibiles sint: et sensibili cognitione inductionis potissime presentent. **A**d hoc autem quem isti dicunt de celo et mundo: quod uetus per generationem publicas inchoat: et per corruptionem nequaquam sint desitura: nunquam uidemus in aliquo re que inchoat: quin potius diuersus isti uidemus in omnibus: quia omne quod per generationem inchoat uidemus corruptum tempore determinatione: sicut infra ostendimus in hoc eodem tractatu libri istius. **A**bsurdum igitur est istum modum existere de celo et mundo. **E**t amplius autem dicimus quod omnes res in qua non est potentia: siue uirtus uel altera res a qualitatibus actiuis et passiuis nullas habet eam siue alterationis: cum omnis alteratio fiat a qualitatibus actiuis et passiuis: sicut ostendimus in .7. physicorum. **E**t sic est eorum sermo quod res que alterat uel alterata est aliquid a qualitatibus actiuis et passiuis habet uirtutem et potentiam ad hoc quod alteret: et siue alterationis causa est in re ipsa: sicut uidemus in omnibus elementis et elementis que alterantur adiutur. **S**i igitur mundus iste magnus uel autem **P**latonici per generationem componitur ex rebus: quare dispositiones fuerunt primo firmas aliarum dispositionum: siue firmam aliam formam que sit forma mundi: cum non sit possibile quod amittant tales formas per quas fit alteratio eorum que alterantur: tunc proculdubio postquam accipitur formam aliquam per alterationem sunt alterabiles. **U**idem enim quod id quod non est calidum: et per alterationem factum est calidum: adhuc per alterationem etiam mutabile est a calido in alias quacunque dispositionem que potest esse terminus alterationis. **U**trum igitur ita sit si mundus inchoat per generationem: res ex quibus componibilis erat mundus: aut erant alterabiles a suis dispositionibus quas habebat antequam constituerent mundum aut non. **S**i erant alterabiles tunc adhuc sunt alterabiles: et sicut per alterationem eorum uenerunt ad mundi constitutionem siue generationem: sic et per alterationem possunt uenire ad mundi corruptionem: et tunc mundus est corruptibilis. **S**i autem non erant alterabiles: tunc nunquam poterunt per generationem uenire ad hoc ut constituerent mundum: quia nulla generatio publica esse potest nisi per alterationem. **U**trum igitur alterentur firmas platonice in constitutione mundi: tunc alterabuntur etiam post mundum constitutum: et si celum et alia simplicia sic sunt alterabilia et passibilia: cum omnis passio facta abijciatur a subiecto: oportet tunc dicere quod tamen celus que alia simplicia corpora et mundus ipse possunt resolui et separari: siue consumi per corruptionem: ita quod amittant formam mundi. **E**t eadem necessitate cum post corruptionem facta a forma mundi: adhuc maneat alterabilia et mutabilia: oportet postquam resoluta sunt a forma mundi iterum alterentur aliquando ad compositionem forme mundane: et ab illa iterum corrumpantur per alterationes: et sic fiat successio et generatio nis et corruptionis mundi in infinitum: que admodum dixerunt **E**mpe: et **H**eracitus. **S**i hoc est firmum modum hunc: tunc mundus qui inchoat per generationem cadit etiam sub corruptionem: et non est uetus quod dixerunt antiqui **P**latonici quod sit propter corruptionem et finem in tempore. **S**icut autem ipsozobamus cum istoz: sic conueniens est ut elidamus rationem dicti quam induerunt. **N**on enim quam induerunt quando intendunt ostendere et imaginari quod mundus per generationem inchoat: et tamen nihil habuit preces se firmam nisi: et tempus: falsa est omnino et dicitur ei per demonstrationem ueram: non habet instantiam in naturis. **D**ixerunt enim quod faceret simile aliquid opificibus mensurandi qui geometri uocantur: in enim illi sciant quod abstracta a motu et materia sensibili perpetua sint: tamen quando docent compositiones figurarum: dicunt prius esse lineas et superficies: et prius esse pertrahendas lineas illas uel alias: non quia intendat

Ex. cō. 102.

Prima opinio est mundi et est stoicorum et platonis.

Secunda opinio est Anarago re.

Tertia opinio est Empedocle.

Ex. cō. 103.

Religiones que drupit uariae sunt circa opinionem de initio mundi et generatione.

Ex. cō. 104.

De celo et mundo

elementa figurarum tempore procedere figuras: et per motum deuenire ad figurarum compositionem. Sed ut doctrina eorum sit facillior discantibus. Si inquit faciamus nos quando dicimus mundum esse compositum prius ex superioribus partibus semine generabilia: et postea produci ipsa generabilia: et ex utriusque his compositum mundum dicimus hoc omnibus his qui que nostra sunt consentient: quod videlicet mundus sit factus: non intendentes ostendere quod per temporis prioritates operis produerit stellas et maria: et postea per ipsas semine nature facta a se indiderit eis: et postea fecerit inferiora: in quibus semine illa seminaretur: et tade ex his compositus sit mundus: sed intentio nostra est inquirunt facillius facere doctrinam de mundi generatione: ut sciat quod mundus est factus simul in omnibus suis partibus ex materia prima: et quod superiora non procedunt inferiora tempore: sed ordine nature: et ideo hunc ordinem significantes: dicimus quod mundus primo compositus natus ex hac re: postea ex illa per omnia: sicut facimus in figurarum compositione. **C** Redeamus ergo per syllogismum super eos contradicendo ipsis dicendo quod exemplum et simile de figuris quod inducunt non est conueniens ad declarandam mundi generationem esse per modum quem dixerunt: et est dissimilitudo in tribus: et patet quidem quod in arte figurarum et compositione ipsarum non est figura unquam completa nisi cum omnibus lineis et superficiebus ex quibus componitur: nec inuenitur unquam aliquo tempore figura diminuta ab aliqua linearum vel superficierum ex quibus componitur. Secus autem est in eo quod fit per generationem: illud enim inuenitur diminutum et sine quod ens in partibus suis in quibus est in potentia antequam accipiat complementum ultimum: et ista processio est sine tempore in omnibus generatis. Secundum autem est in quo est dissimilitudo: quia quando figura fit ex lineis et superficiebus non fit hoc ita quod linee et superficies alterentur: et per alterationem accipiunt formam figure. Sed elementa generatorum nunquam accipiunt formam generatorum: nisi per alterationem et mutationem: et hec alteratio et mutatio necessario erigunt prioritatem temporis eorum ad generatorum constitutionem. Tertium autem est in quo est dissimilitudo quod figura quidem nunquam est: nisi in ipsa simul sit superficies et linee: nec inueniuntur sine figuris linee et superficies sine eis: sed sine imaginationem solam. Sic autem non est in generatis: quia elementa eorum inueniuntur sine esse sine ipsis: et quecumque sunt tempora: hoc est in tempore existantia: et inueniuntur priora aliquibus: ipsa necessaria sunt priora illis tempore. **E**rgo elementa mundi generati sunt temporalia: et dicuntur priora mundo constituto ab ipsis: operis necessario quod procedat mundum tempore: non est ergo simile illud quod inducunt de lineis figurarum: sed enim ille sine esse non sunt extra figuras: tamen cum optices figurarum voluit demonstrare figuras demonstrant eas sine esse quod habet in imaginatione: ideo non est possibile ut ostendant lineas omnes simul in vice una et una demonstratione: verum ipsa ostendant per abscissa lineam post lineam: donec ipsa ventat tade super lineas ex quibus componitur figura tota. **C**ompositio autem mundi non est sine hunc modum: et ad hoc quidem declarandum inuenitur ratio nostra quam inducimus per ea ex quibus componitur mundus: sicut patet ex predictis. **D**icimus ergo ex predictis mundum primo generari ex hac re: et deinde ex alia sine Platonicis prioritate et posterioritate temporis. **R**es enim priora et posteriora hoc modo sibi sunt priora et posteriora: sicut est sermo dissimilitudo eorum. Si enim sine dissimilitudo sunt temporalia: tunc processio et prioritas eorum adinuenit esse sine tempore et sine esse. Si autem dissimilitudo eorum abstrahit a motu et a materia: que admodum in mathematicis: tunc prioritas et posterioritas est sine rationem et ordine nature tantum. **R**es igitur naturalis et temporalis primo non habentes formam compositionis huius generati: et postea habentes formam compositionis huius: ita quod ex tali compositione sit mundus non possunt esse simul tempore: quia non est possibile aliquid generabilium simul tempore habere compositionem et non habere compositionem: cum non habes compositionem per motum et generationem que tempore: tempus intercedunt inter unum et aliud. **D**e lineis autem et superficiebus que sunt in figura nulla est ante aliam tempore: et illa que est prior earum sine ordinem nature: non est in alia dispositione: antequam sit sub forma figure a qua alteratur quando figure formam accipit: sicut diximus prius: ostendit igitur sufficienter quod non est possibile ut sit mundus hoc

modo generatus: ut dicitur Stoici: ita quod futurus sit semper et non sit futurus ei finis in tempore in quo corruptio venit ad super ipsum.

Cap. 3. De contradictione opinionum Empedoclis Heracliti et Anaxagore.



Hicentes autem cum Empedocle et Heraclito quod idem mundus in substantia generat quod corruptio: et corruptio quod corruptio: nolunt aliud significare per hoc dictum suum nisi ut ponatur mundum semper esse et fuisse: et futurum esse tempus cui non sit finis aliquis in quo sine substantiales formam corruptatur: veritatem forma eius accidentaliter alteratur et mutatur qualibet vice una post aliam ex forma in forma: et simile inducunt in minor mundo: in quo videmus quod puer alteratur in virum sine illud quod etas relinquit in corpore: et iterum alteratur ex viro in puerum sine illud quod etas senectutis vitium relinquit in mente: senes enim declinantes ad puerilia conuertuntur: hoc enim fit in minor mundo: eo quod quando corruptio puer: fit vir idem in subiecto manens: et quantum corruptio vir: fit puer ad hunc manens illud in subiecto. Et similiter dicunt esse in maior mundo tamen Empedocles et Heraclitus: sed diuersimode hoc dicunt sicut patet ex supra dictis. **C**ontra hoc autem nos dicimus quod dictum hoc est erroneum quo ad probationem quam inducunt: et est non verum etiam in seipso: et hoc quidem probatur ex hoc quod quando conueniunt elementa: quedam ad alia in compositione mundi non sunt ex eis disponentes formam diuersam: precipue quo ad prima simplicia in quibus reciproca alteratione reiteratur semper eadem specie: fit ergo ex talibus sic reciproce alteratis compositio mundi unius et forma una mundi: quia partibus mundi simplicibus eiusdem in forma existentibus non potest esse mundus diuersus sine formam. Deinde autem dicit Empedocles et Heraclitus nobis et ostendit illud: quia talem causam ponunt generationem et corruptionem ex qua necesse est reciprocatio fit eandem formam speciem in simplicibus partibus mundi: sed dicant causam generationis contrariam esse cause corruptionis: generationis enim causa est ut dicunt amicitia: et corruptionis odium. Amplius autem si corruptio mundi est totum manens idem in substantia et quantitate: sed alteratum in qualitatibus est quando sine dispositione unam: et quando sine dispositione aliam: et ut dicunt non habet mundus aliam renovationem: nisi dictum modum alterationis: et sic cum hoc ut contentur mundus non habet compositiones ex alijs: nisi ex quibus componitur hoc celum quod videmus: et hic mundus sensibilis sine quacumque dispositionem formam variatur: eo quod semper reciprocantur eadem qualitates que sunt istorum elementorum: tunc ex hoc sermone non sequitur quod mundus sit generatus sine tota substantiam suam: neque habet aliquod principium materiale vel efficiens ante se vel post se mutationis et corruptionis: verum tamen sine suas qualitates elementales tamen quod in suis accidentibus et particularibus formis corruptio et finitur in quibusdam: et hoc non aufert mundo perpetuitatem: sed potius affert: sicut in secundo perigeneseos ostendimus. Anaxagoras autem dicit quod orbis est qui cadit sub corruptione et non redit unquam ad generationem eiusdem in specie. **R**espondeamus per antedicta: si enim mundus est unus et non possunt esse plures mundi: neque simul: neque successiue: cum mundus sit ex materia sua tota: tunc impossibile est ut verum sit quod dicunt. Secundum enim opinionem Anaxagore materia mundi fuit ante mundum: que fuit mixta ex omnibus homogenijs in quibus latebant omnes forme partium huius mundi: et per intellectum componerem et diuisentem exiit ex illa mixtura forma huius mundi. Si enim daretur quod non fuisset materia illa ante hunc mundum: tunc non posset esse verum quod dicitur Anaxagore alterata per intellectum agerem esset materia ad hoc quod reciperet formam huius mundi. Cum igitur sine Anaxagore alterata sint in forma mundi huius: adhuc post corruptionem mundi et resolutionem in mixturam primam remanet virtus et potentia alterationis ad eandem formas compositionis mundi que modo sunt in mundo. Si enim aliud ex homogenijs aliquando compositus est: adhuc in futurum aliquid simile illi in specie potest componi ex homogenijs que sunt similia primis homogenijs: in quibus olim compositio facta fuit:

Ex. c6. 105.

Ex. c. 107.

Ex. c6. 109.

Ex. c6. 106.

eta fuit: igitur ex mixtura in qua resoluitur mundus erit mundus idem in specie rediens iterum per intellectum agentem. Si autem dicatur quod mundus non est unus in specie: sed sunt mundi multi secundum speciem vel genus: tunc forsitan possibile est quod sit verum quod dicunt. Sed nos in sequentibus inquiremus utrum hoc possibile sit an impossibile omnino. Cum enim ostendimus celum omnino esse ingenerabile et incorruptibile: tunc consequens non erit reiterari diuersa in specie et genere: quoniam tunc ex perpetuitate motus celi concluderemus in fine seculi diu perire eos: quod quicquid habet substantiam incorruptibilem motu reiteratur eadem numero in omni tempore mundi: et quicquid habet substantiam corruptibilem motu reiteratur eadem numero in his duobus remanet semper mundus unus: ex quibus palam erit falsum esse quod dixit Anaxagoras.

Cap. 4. De distinctionibus generabilium et ingenerabilium: et corruptibilium et incorruptibilium: ex quo sume de substantiis ad ostendendum ingenerabilem et incorruptibilem esse mundum.

Antiquus autem ordinans disputationes de mundi generatione et corruptione dicimus opinionem antiquorum duo consistere de quibus est ingreditur: dicunt enim aliqui quod possibile est ut aliquid non ingreditur in esse per generationem: quod tamen sit corruptibile in natura etiam si nunquam corrumpatur: et aliquid est quod possibile est ingredi in esse per generationem: quod tamen incorruptibile est per naturam: ita quod nunquam corrumpatur: neque cadit sub corruptione: sicut expressit legitur in libro Platonicus qui dicitur Timaeus: in illo enim libro legitur quod celum est generatum: et tamen est semper in toto tempore manens: et hoc quidem sunt alij dicentes quod possibile est ut aliquid ex rebus generetur: et non finiat nec cadens sub corruptione: ita quod non finitur neque corruptio aliqua veniat supra ipsum. Dixit etiam celsus Plato non quidem esse corruptibile sed voluntate artificis sine corruptione permanere: dicentes autem sermones hos de celo: non naturaliter de celo sunt perscrutati: sed potius modo diuino ostendentes qualiter causata sunt a causa prima: quam voluntate artificis esse asserunt. Nos igitur etiam cum intendimus ingredi de veritate sermonis istorum philosophorum: oportet nos generalius loqui quam fecimus: et quoniam erigitur huiusmodi negotij materia: loquamur enim inquisitione aggregata ex entibus omnibus ceteris ingrendo utrum in aliquo ente possibile sit quod dicuntur: quod vix generatur non cadit a primo corpore vel generatur cadat sub corruptione: huiusmodi enim inquisitio est quasi diuina: sed propter doctrine bonitatem oportet eam hic interponi. Antequam igitur hanc generaliter faciamus hic inquisitionem intendimus primo distinguere intentiones eorum que dicuntur generabilia et non generabilia: et eorum que dicuntur corruptibilia et incorruptibilia: ut sic distincte intentiones eorum facilius ostendant illud quod intelligimus per sermone eorum cum dicimus generatum vel non generatum: vel cadens sub corruptione: vel non cadens sub corruptione: vna enim res multipliciter dicta et non distincta per intentiones de quibus dicitur: absque distinctione et discretione accepta ab audientibus generat ambiguitatem: et occultatur ratio eius: ita quod in ipsa desinat intellectus audientis et confunditur: adeo quod aliquando nuntiat dubie de ipsa: eo quod non discernit neque distinguit: eo quod nesciunt qua ratione intentio de re dicatur. Et hoc quidem sit dupliciter: ex nois videlicet equiuocatione: et ex ipsius rei multiplicitate. Sed de noim equiuocatione siue distinctione non curamus ad presens eo quod hoc sophisticum est proprium. Ret autem ambiguitate generaliter loquentes: oportet distinguere sicut patet in quinto philosophie prime. Cum igitur per substantiam primam in hac distinctione nascamur: oportet nos hic distinguere quibus modis ea de quibus disputabimus dicatur per analogiam. Dicamus igitur quod res dicitur multis modis ingenerabilis siue non generata: qui tamen omnes modi in communi reducuntur ad duos: aut enim dicitur ingenerabilis non vere aut vere. Et si quidem non vere dicitur ingenerabilis: tunc aut dicitur a priuatione generationis et vite motus: aut a priuatione debiti temporis ad generationem: huiusmodi generatores non priuatur ab ipsa. A priuatione enim vite in esse que est generatio et motus dicuntur ingenerabilia tempus et motus et ipsa generatio: nullum enim horum ingreditur in esse per tempus et alterationem et motum et generationem: que ad modum ingreditur in esse ea que per se et proprie generantur: sub isto autem modo cadunt tres modi

speciales: vna enim que est alteratio et motus in esse priuatur ab his que sunt ante generatum: sicut tempus et motus: et priuatur ab his que sunt necessario continentia ad generatum: sicut cum generatur hic homo: per consequens et homo et animal et substantia propter quod dicitur natura in his operari occulte: priuatur etiam ab his que per accidens sunt in generato et precipue a relationis: sicut cum dicimus hunc esse generatum: dicimus filium esse generatum: et etiam per accidens album vel fuscum: quorum nullum generatur per se: oia tamen hec aliquo modo generata sunt quia accipiunt esse post non esse: et ideo non vere dicuntur ingenerabilia. Secundo autem modo dicitur res ingenerabilis: siue non generata non vere secundum alium modum: quando priuatur ab ea tempore generationis et non potentia vel actus: possibile enim est quod generetur talis res antequam generetur: eo quod omne quod generatur in potentia est antequam generetur: huiusmodi fiat absque generatione: hic modus huiusmodi continet tres modos particulares. Id enim quod possibile est generari: aut nunquam generabitur huiusmodi habeat potentiam: aut generabitur sed non in tempore suo: possibile enim si non fiat non accidit impossibile aliquid: et ideo multa sunt possibilia: que tamen nunquam sunt: et illa continentur vniuersum modum ingenerabilium hoc modo dicitur: in quo non priuatur potentia: sed actus in toto tempore generationis. Si autem generabitur non in tempore suo: aut est difficilis generationis et prolongatur tempus: aut est facilis generationis et anticipatur propter aliquam causam. Et dicitur iterum res ingenerabilis: siue non generata proprie et vere secundum modum alium qui tertius est inter modos dictos in communi in quo priuatur potentia et virtus ad generationem: hoc est quando impossibile est rem aliquam sub generatione cadere: eo quod non est in ea virtus et potentia aliqua ut generetur: et de illa re non potest dici quod quandoque sit et quandoque non sit sicut dicitur de generabilibus. Et hic modus etiam duos speciales continet modos: id est quod non subijcitur generationi propter hoc quod priuatur ab eo virtus generationis: aliquando huiusmodi a necessitate sui esse: sicut necessaria habet que perpetua sunt in eo quod sunt necessaria: aut habet hoc ab impossibilitate ad esse sicut impossibilia: et ideo sicut diametron esse asymmetricum est ingenerabile: ita etiam diametron esse symmetricum est ingenerabile: horum enim vnum semper est aliud aut nunquam est. Generabilia huiusmodi sunt: aliqui non sunt. Sic ergo octo modi particulares continentur sub tribus communibus: tamen de ingenerabilibus hic solus tertius in communi dicitur modum intelligimus. Si autem generatum dicitur secundum modum multos oppositos modis eius quod de ingenerabile. Generatum autem vocamus generabile: quorum modorum numerus est reducendus in duos: scilicet in modum non vere generabilis: et in modum vere generabilis: vnum autem modum non vere generabilis in communi in vnicum est quandoque res aliqua est in potentia prius: et deinde est in actu: siue sit per generationem: siue sit sine generatione: et intelligo per generationem non veram generationem: huiusmodi illam potius que est per accidens vel per consequens: sicut dicitur minus per accidens generari filium: et per consequens hominem vel animal quando generatur hic homo. Absque generatione autem vero absque causis generationis: sicut dicitur generari ipse vel motus: eo quod accipit esse post non esse: et ideo subiecto idem est generabile et non generabile in primo modo vtriusque acceptum. Sed ratione diuersa dicitur ingenerabile et generabile. Ingenerabile enim dicitur in quantum priuatur in eo ea que sunt in generatione per se: generabile autem in quantum accipit esse post non esse quocumque modo accipiat illud: generabile enim dicitur omne illud quod quandoque est existens: et quandoque non existens: id dicitur quod quandoque est existens et quandoque non existens de multis modis ut distinximus: quorum vnum est sicut tempus et motus dicuntur generabiles: eo quod quandoque existens: quandoque non existens: et alios duos modos habet hic modus adiunctos: eius scilicet qui est per accidens: et eius qui est per consequens et naturale: et qui est per accidens magis est in relatione que huiusmodi non sit per terminum vel motus mutationis: ut ostendimus in quinto philosophie sicorum: tamen inascuntur aliquo modo per motum et mutationes. Hic igitur primus modus generabilis continet etiam tres modos sicut primus modus generalis. Sunt tamen quidam sicut Themistius et alij quidam qui dicunt: quod quando dicitur generabile quod primo est non ens et post hoc ens: siue per generationem: siue absque causis generationis: hic modus est ceteris ad generabile per se et ad generabile non vere: et hoc quod communitur dicitur in primo modo generabilis explicatur per duos

Ex. co. 109.

Ex. co. 110.

Nota que ex equiuocatione fit status in intellectu.

Ex. co. 111.

Ex. co. 112.

Opinio The mistij.

De celo et mundo

os sequentes modos. Sed ego dictum istud non approbo: h in his non sit vis magna: videt tamen esse verius quod dicitur est: quia hoc concordat et rationi et his que supra dicta sunt. C. Se- cundo autem modo dicitur generabile secundum intentionem aliquam: quando aliqua res que non est in actu: est tamen de numero eorum que possibile est generari: h forte non obseruet tempus sue generationis: et hoc iuxta 2^m modum ingenerabilis continet sub se tria: sicut supra sunt enumerata: et est idem in subiecto cum ingenerabili: h differens sit secundum rationem: quia dicitur generabile ab affirmatione potentie generationis: et dicitur ingenerabile a privatione actus generationis: aut in toto tempore generationis: aut in tempore debito: quod vel anticipatur propter facilitatem generabilitatis eius: vel prolongatur propter difficultatem eiusdem. C. Et dicitur tertio modo generabile: siue generatum secundum intentionem aliquam: quando res que non est in actu primo postea accipit esse per generationem per se: et proprie hic modus solus est verus: et simplex nullam aliorum sub se habens: h et oppositos duos sub se habeat: quia non semper est verum quod si vni oppositorum est multiplex quod et reliquum sit multiplex: sicut patet in ethicis ubi vno modo dicitur voluntarius dupliciter dicitur oppositum inuoluntario: h forte et hoc verum sit quod quantum ad aliquid sue rationis oppositum vni: et quantum ad aliquid opponitur alteri: per hoc enim quod potentia respicit esse oppositum impossibile ad esse: et per hoc etiam quod respicit non esse opponitur necessario in esse: et sic nihil prohibet vnum et idem opponi duobus non secundum idem. C. Similiter autem corruptibile dicitur multiplex: et reducit ad modos duos: quia aut dicitur secundum actum corruptionis: aut secundum potentiam. Si autem dicatur secundum actum tunc dicitur dupliciter: scilicet. scilicet. proprie: scilicet. tunc quando res est in primis existens in actu: deinde post hoc est non existens in coniunctione: siue per corruptionem et alterationem alterius et non proprie: siue sine corruptione: et tunc iste modus necessarie continet in se tres alios: scilicet. scilicet. qui est per accidens: et illi qui est per consequens: quia illi sunt cuiusdam alterationis corruptione: quod est proprie corruptum: sicut quando corruptum est Plato corruptum musicus et corruptum animal et substantia. Sine alteratione autem et corruptione corruptum ipsa corruptio et alteratio corrupti et actus eorum que alterant et corrumpunt: et hec est corruptio secundum actum dicta: sed non est vera: sed contra dicitur corruptio: eo quod talia post esse accipiunt non esse: et fortasse ite- rum noiamus corruptionem secundum alium modum que est secundum actum dicitur et est corruptio proprie dicta: et hic modus est quando res actu existens possibilis est ad non esse per corruptionem et alterationem simpliciter per seipsas: et non per aliquid: et iste modus proprie est et verus quo corruptibile dicitur corruptibile. Et de iterum corruptio secundum potentiam et non secundum actum: et hec non potest proprie variari nisi per vnum modum quando res anthonomacice de re de corrupta vel corruptibilis: eo quod est facilis vel velocis corruptionis: h aut potentia diuisi habeat in duo: hoc est in facile: et difficile: tamen quia difficile corruptibile resistit corruptioni propter multam victoriam forme super materiam: non proprie dicitur proprie corruptibile vel corruptum. C. Similiter autem multiplex dicitur quod non cadit sub corruptione siue incorruptibile: aut enim dicitur secundum actum: aut secundum potentiam: et si dicitur secundum actum: aut dicitur a privatione causam corruptionis: aut a privatione actus corruptionis: aut a privatione virtutis et potentie ad corruptionem: et primis quidem duobus modis dicitur incorruptibile non vere: tertio autem modo dicitur vere: vnum igitur et primus modus incorruptibilis est quando res aliqua est quandoque existens secundum actum: et postea est non existens secundum actum: sicut dicitur de tactu et ceteris re- lationibus: et de his que non per se corrumpuntur. Tactus enim et huiusmodi quandoque sunt existens: et quandoque non sunt existens absque hoc quod causis proprie corruptionis subiciantur: et hoc est verum de tactu actiuo et passiuo cum agitur et patiuntur adinuicem: et etiam de sensu tactus put ipse est secundum actum: si enim refertur ad sensibile: et quodammodo corrupto destruitur secundum actum: et non per se: quibus subiectis corruptioni: continebit igitur ille modus tres sub se superius enumeratos: et in isto modo est idem cum subiecto corruptibile et incorruptibile: h differens secundum rationem: sicut cuiuslibet scientis patere potest ex primis. Secundo autem modo dicitur incorruptibile: siue non cadens sub corruptione et privatione actus corruptionis secundum actum: et hoc dupliciter quando res aliqua quidem est que est non secundum actum: et est in ea virtus siue potentia corruptionis. Sed autem non est corrupta vel in futurum aliquid tempore non erit cor-

rupta: et ideo secundum id quod in futuro aliquo corrumpi potest dicitur esse cadens sub corruptione: in quantum autem tempore debito non corrumpitur dicitur incorrupta vel incorruptibilis: et iste modus videtur in his que in sua virtute indicant tempus aliquid sue corruptionis et post tempus illud durat per aliquam causam extrinsecas: sicut fit et frequenter in egritudinibus et etatibus hominum. Modus autem verus est quando etiam incorruptibile est ut dicatur a privatione potentie corruptionis: sicut est res qua nunc secundum actum existit: et in omni postremo et futuro permanebit in esse: eo quod non est in ea potentia et virtus ad corruptionem: secundum quam corruptionem verum sit de ea dicere quod ipsa nunc sit existens: et fiat per corruptionem postremo non existens: et talia sunt necessaria in ea que dicitur ingenerabilia per hoc quod non habebit non esse post esse secundum actum. Incorruptibile autem dicitur secundum potentiam dicitur secundum modum alium qui est duplex. scilicet. a privatione temporis debiti: et a privatione facilitatis corruptionis: h isti duo modi redeant in idem: quia difficultas corruptionis prolongat tempus corruptionis. Dicitur enim aliquando incorruptum vel incorruptibile quod non corrumpitur ad huc cum tempus est: et tamen possibile est ut sit non existens per corruptionem in futuro. Et de iterum secundum modum alium quod corrumpitur quando res aliquid non cadit sub corruptione velociter: sicut res que non est facilis corruptionis. Sic ergo dicitur de multipliciter generabilis et ingenerabilis: corruptibilis et incorruptibilis.

C. 2^o ap. 5^m. De distinctione virtutis active et passive ut ex illa resumantur rationes ad probandum quod omne generabile est corruptibile.



Quia autem scilicet venimus super expositionem modorum generabilium et ingenerabilium: corruptibilium et incorruptibilium: et diximus intentiones eorum veras et non veras: nunc oportet adhuc his ad idem re distinctione virtutis et potentie que cadebat in distinctionibus generabilium et ingenerabilium: scilicet diximus quod ingenerabile est quod habet virtutes ad hoc quod sit semper: et non ut sit quandoque: et quandoque non: conuenit igitur dicere de eo quod dicitur virtus et non virtus: sed debilitas antequam adducamus demonstrationes ad id quod intendimus probare: sicut enim diximus virtus cadit in distinctione ingenerabilis et incorruptibilis: quia id quod vere non est corruptibile est id in quo non est virtus ad susceptionem corruptionis: et in quo non est virtus: ut aliquando sit: et aliquando non sit: id autem quod vocatur vere ingenerabile est quod non habet virtutem ut sit equale per naturam secundum quod dicitur Plato: inquit enim Plato quod mundus fuit equalis in potentia: et deinde equalis in actu: et sic primo inordinatus fuit quando fuit in potentia: et post hoc rediit ad ordinem per generationem: et sic non fuit per naturam equalis in potentia: nec equalis in actu: sed potius nunc per durat equalis in actu: hoc est per voluntatem artificis: et non per naturam: hoc quidem Plato dicebat de celestibus. Et ideo cum nos hic inquiramus de perfectione Platonis: oportet nos de terminare et de intentione virtutis et debilitatis que est eius oppositum. Ad acceptionem ergo distinctionis virtutis primo intelligere oportet quod virtus omnis: aut est actiua: aut passiuua: sicut et ipsa potentia: potentia autem actiua omnis et quantitas ipsius cognoscemus per actum relatum ad obiectum: dicemus enim volentes ostendere potentiam agilitatis in aliquo et quantitatatem eius: quoniam qui potest agilitate mouere centum leucas: vna die potest mouere quolibet numerum leucarum qui minor est illo: qui enim potest moueri centum passibus vel leucis: potest etiam moueri. So. vel. 10. sed non conuertitur. Similiter volentes ostendere maximam quantitatatem roboris alicuius ostendimus ipsam in maximo quod potest proficere suo robore dicentes quod qui potest portare centum libras: potest portare quodlibet minus centum libris: sed non conuertitur istud: maximus enim quod potest potentia actiua sequitur quodlibet minus: sed non sequitur quod possit aliquid maius maximo in quod potest: quoniam potest ferre centum libras non sequitur quod possit ferre centum et vnam: et si Hercules potest vincere triginta: non sequitur quod possit vincere triginta et vnum. Sed sequitur quod possit vincere vno minus quam triginta et quodlibet minus quam triginta. Si igitur volumus distingere virtutem cum sciamus virtutem consistere in vltimo et maximo ad quod se extendit virtus actiua: dicemus quod virtus est vltimam quod est in re potente

Ad semp est
vez si vnu op
positu sit m
plex qd rel
quam sit mul
tiplex.

Tex. co. 113.

Tex. co. 114.

Tex. co. 115.

Tex. co. 116.

tenite de potentia sua actiua: sicut vltimum potentie fortitudinis ipsius Hercules diximus esse a virtute triginta. quantitas igitur potentie extense ad triginta erit virtus Hercules: sic est in omnibus alijs circa potentiam actiuam: vltimum enim potentie actiue est sicut in toto potestatiuo: quodlibet enim totum includit minus illo: sed non pueritur. Omne enim quod potest minus potest: sed non conuertitur: quod enim potentia agilitatis vel velocitatis sue potest perficere centum passus perficiet quosdam passus pauciores: et quod potentia roboris sui potest portare centum libras: potest portare duas et quasilibet pauciores centum. O stultum est igitur ex his quod fortis et quilibet potentia actiua diffinitur in hoc quod est vltimum potentie sue: quod vltimum est perfectio omnium precedentium in omni toto potestatiuo: siue sit potestatiuum totum in natura: siue etiam in moribus: sicut est regnum quod est vltima potestas omnium imperantium et gubernantium multitudines: et intra ipsum sunt potestates: presides: et consules: et militia aliorum: et qui potest ut rex potest omnia que possunt inferiores: sed non conuertitur: et vniuersaliter dicitur: sicut est de omni toto potestatiuo quod ad summum perducitur ex collectione potestatum inferiorum. Eius autem cuius habet potentia actiua vigore propter multam victoriam forme super materiam habet potentia passiuam impotentiam: et hec vocatur debilitas: et potentia passiuam que est oppositio potentie actiue diffinitur in minimo quod potest in ipsam: eo quod ipsa in nihil omnino potest nisi quod est passiuam: sed in hoc dicitur potentia: quia illa possunt in ipsam: et in quod potest vincendo minus: in hoc vincendo potest etiam maius illo: et ideo sequitur quia quod patitur a minore patitur etiam a maiori: et quod vincitur a minore necessario vincit multo citius a maiore: sed non conuertitur: quod enim non potest quis deferre de numero ponderum paruorum: non potest deferre aliquid maius et grauius illo ponderere: sicut dicere possumus in exemplo: qui non potest deferre centum libras: nequaquam deferret centum et vnam: et qui non potest ambulare centum passus non ambulabit centum et vnum. Vltimum ergo potentie passiuae est minimum: hoc enim potest esse illud a quo fit passio: sicut maximum potest esse illud in quo fit actio in potentia actiua. Virtus ergo potentie passiuae erit in minimo: quia hoc habet maxime de passibilitate ut indicat passibilitatem in statu in quo non potest esse maior: passibilitas in eo quod patitur. Et est tamen sciendum quod vltimum potentie passiuae non proprie dicitur virtus: sed dicitur debilitas vel infirmitas conuenienter: nisi aliquando hoc sit de bonitate alicuius virtutis passiuae secundum naturam: sicut infra dicemus de potentia sensitiva: quod ille que facilius patitur a sensibilibus suis secundum aliquid sunt meliores et fortiores in dicitur sensus. Sic ergo diffinitio virtutis actiue est vltimum potentie sue secundum plus et minus in quod potest: et debilitas est in vltimo minimo quod potest in potentiam passiuam. Oportet autem non decipi a paralogismo quorundam diuersa probare conantibus ab his que dicta sunt a nobis. Obijciat enim fortassis aliquis dicens non esse necessarium: neque rectam diffinitionem virtutis que inducta est: videns enim per spatium passiuam vnam rem magnam non videt ex eodem spatio quodlibet minus illo: sed potius ex paucioribus passibus spatij: siue ex minori spatio videt minus illo: sed ex eodem spatio videt quodlibet maius illo: ergo vltimum virtutis non est in maximo sed in minimo. Similiter potest obijci de auditu vocis alicuius ex spatio aliquo quia ex eodem auditur vox maior et non auditur vox minor: illa nisi ex minori spatio: non autem est hoc quod falsificet diffinitionem virtutis diffinitionem: quia manifestum quidem est quod qui potest videre per spatium perfectum et audire vocem paruum: videbit et audiet per idem spatium maius puncto et vocem maiorem: visus enim et auditus potentie sunt passiuae: et statum bonitatis potentiarum illarum indicat imitari a paruo: et si imitat ipsas res parua: imutabit ipsas quilibet pars maior: sicut diximus de potentia passiuam: non igitur obiecto dicta destruit hoc quod diximus de virtutis diffinitione: quia potentia duplex est: et vna diffinitur in vltimo statu rei in quod potest potentia que est actiua: altera autem diffinitur in vltimo statu eiusdem: que est potentia passiuam: que cognoscitur in vltimo statu esse quando minimum inferentiam et passionem potest in ipsam sicut diximus: hec autem

species de qua dictum est: passibilitas ad bonitatem facile facit species eius: perfectio est in hoc quod facile ei inferat passio a proprio sensibili: et ideo est virtus in ipsa et vltimus bonitatis et perfectionis eius. In alijs autem in quibus passibilitas est a victoria materie super formam: facilis passibilitas est a destitutione virtutis actiue: et in illis non proprie habet nomen virtutis: sed potius habet nomen impotentie et debilitatis siue infirmitatis. Omnia autem hec adducta sunt ut sciamus virtutes eorum ad esse semper vel non esse: et ad nunquam esse semper. Sicut enim se habet potentia ad agere et pati: sic se habet ad esse: et ideo illa cuius virtus est ad semper agere: eius virtus est ad semper esse: et cuius virtus est ad aliquando agere: eius virtus est ad aliquando esse: quia nos loquimur de agere essentiali quod consequitur rei naturam et substantiam: propter quod etiam sequitur ut postea ostendemus: quod cum vltimum eius quod est generabile non sit esse semper: sed esse aliquando: quod non potest dici illud habere virtutem ad semper existendum erit ergo aliquando et aliquando autem non omne tale corruptibile est: oportet tamen ergo quod omne quod generatum est aliquando futurum sit in corruptione: propter que induximus omnia que diximus de virtute: hoc autem ex sequentibus magis erit manifestum.

Cap. 6. De principijs habentibus virtutem ad esse et ad non esse ex quibus sumende sunt demonstrationes.



ostendit autem determinatum est de virtute et de effectu virtutis que est debilitas: quarum vna refertur proprie ad potentiam actiuam ad esse: altera autem ad potentiam passiuam: sequens est determinare residuum quod est simile illis: sicut enim se habet virtus actiua ad maximum per quod determinatur: ita se habebit virtus que est ad esse ad aliquod maximum sui temporis: eo quod virtus ad esse et ad generatio nem non est nisi per actiuam potentiam: virtus autem ad non esse et corruptionem est per passiuam: et hanc etiam necesse est habere tempus per quod determinetur. Oportet autem scire quod cum potentia sit ordinata ad actum: oportet quod sit de tpe actus: ita est de tpe potentie: et sicut sunt actus oppositi et non esse: ita sunt potentie opposite secundum actum ad quem sunt ordinate: sed potentia vnius actus non opponitur actui alteri: sed potentia ad actum non est simul cum actu: quia potentia est non habet: actus autem est eius quod habetur: cum autem ita habetur: tunc non est habendum amplius: hec autem dicta sunt propter quorundam errorem dicentium quod vna numero est potentia duorum oppositorum: et hoc non potest esse verum: nisi de potentia subiecti que omnino est materialis et indispo sita: que aliquo modo est disposita infra: sicut illa que precedit actum: sicut priuatio habitus: illa non potest esse vna duorum oppositorum: sicut ostendimus in libro primo physico: et in pluribus alijs locis. His autem prenotatis dicimus quod si alicui rerum naturalium attribuatur potentia vel virtus ad hoc ut sit et ut non sit: siue ad esse et non ad esse: cum esse et non esse sint opposita oportet potentias illas esse oppositas: et ideo impossibile est eas inesse simul eidem secundum idem tempus: ergo necessarium est tempus aliquod determinatum eadere inter esse ipsum et non esse quod sit distinguens esse eius ab eius corruptione siue destructione que terminatur ad non esse ipsum: dico autem quando hec attribuuntur eidem quod est existens sicut est mundus vel celum. Si enim ratione materialis principij dicitur aliquid in potentia ad esse ratione priuationis secundum quod ipsa est inchoatio forme: et dicat in potentia ad non esse hoc erit improprie dictum: quia tunc actus non est sed potentia est: ad hoc autem modo non potest dici esse per se: et ideo quod attribuatur ei de potentia vel virtute ad vnum vel ad aliud: attribuatur ei sicut per accidens existenti et non per se: cum enim ratione priuationis subijciatur motui: ut probauimus in primo physico: ipsa per se non est sed per accidens est et accidentaliter. Ad hanc enim inquantum materia non est indiuiduum aliquid signatum ens in natura: sed cum attribuatur ei esse hoc est esse secundum quod est cognoscibile per analogiam solum: ut declaratum est in fine primi physico: et ideo ipsa secundum actum non est et ideo per se non est: quia omne per se esse est a forma: sed secundum quod per accidens ens hoc est per rationem subiecti analogie ad formam: propter quod accidit quod cum attribuatur ei potentia ad

Ex. co. 168.

Et non vna numero est potentia duorum oppositorum.

Et non potest sua potentia dicitur.


Documētū.

Ex. co. 17.

prone: vel si esset generata: tunc esset ei virtus ut aliqui non esset in quodam tempore existens: hoc autem erit manifestum si distinctiones istorum inspiciantur que fiunt ex essentialibus sibi: dico enim distinguendo re cadente sub corruptione que res corruptibilis est diffinita autem secundum potentiam ad corruptionem aut secundum actum: et si quidem diffinita secundum potentiam ad corruptionem dicitur corruptibilis: quod est possibile non existere in futuro tempore aliquo determinato et non infinito. Si autem diffinita secundum actum corruptionis dicitur tunc potius corruptibilis quam corruptibile: quod est primo existens ante corruptionem: et postea non existens secundum actum corruptionis. Generatum autem diffinitum sic ut sit generatum quod est primo non existens: et deinde hoc actu existens post non existens: et ex his distinctionibus colligitur quod uterque istorum est essentialis virtus ad existendum quicquid et ad non existendum quicquid. Et si hoc est secundum quod dicitur tunc neutrum eorum amittet aliquam virtutem ad existendum quicquid et ad non existendum quicquid. Generatum ergo semper habet virtutem ut quicquid sit et quicquid non sit: et similiter corruptibile sive corruptibile. Nec autem sempiternum esse secundum omne tempus est opposita huic distinctioni: et ideo provenit eidem virtuti opposita et virtus generata et virtus corruptibilis remota ab ipsa re sempiterna: et ideo tali rei sempiternae non est virtus ut sit aliqui non existens secundum tempus finitum: neque est ei virtus ut sit similis non existens secundum tempus infinitum: sed hoc virtutem ad semper existendum secundum omne tempus infinitum. Iste ergo virtutes unius rei non proveniunt quod videlicet res una sit semper existens: et ut sit semper non existens: vel etiam non semper existens. Negativa enim est quod est semper existere non est possibile verificari de semper existente sine negatione illa sit universalis et tria ei que est semper existere significatio: sive sumat ut dicitur eiusdem que est ac si diceretur quod semper existens est non semper existens. Si autem hoc est secundum quod dicitur: tunc impossibile est de eodem predicari ista duo quod videlicet sit semper existens et semper non existens: et quod sit cadens sub corruptione: et per eadem necessitate impossibile est ut res perpetua sit generata: quod non verificatur de eodem esse generatum et non esse cadens sub corruptione. Etiam enim quod quicquid existit et quicquid non existit: sunt duo termini distincti ipsius: qui sunt termini generati et cadentis sub corruptione: et unum eorum est prior: qui est terminus generati: et alter eorum est posterior: qui est terminus corrupti. Impossibile est autem ut sit posterior sine prior: ubi est prior ibi necessario est posterior: et ideo si non est terminus prior: non est terminus posterior: oino quod clarum est per ea que diximus hoc est per essentielles distinctiones ipsorum: quod essentialis virtus generati est aliqui existere et aliqui non existere: et non ultimum est semper existere: et ista virtus nunquam relinquit ipsius: etiam postquam est generatum. Et autem eadem virtus essentialis et quod est corruptibile: et ideo generatum et corruptibile necessario sunt idem subiecto sed differant ratione. Si autem hoc est secundum quod dicitur: et visio rei sempiternae est quod non est possibile ipsas in aliquo tempore non esse: tunc impossibile est ut res sempiterna non cadens sub corruptione sit generata: et hoc est tria quod dicitur in soluto de celo et mundo: quod dicitur quod ista sunt generata: et tamen sunt sempiterna non cadentia sub corruptione. Amplius autem hoc ex ratione medietatis priorum possumus demonstrare. Si enim sumamus dictionem ei quod est cui est virtus quod sit semper ens ipsa erit hoc: cui non est virtus ut sit semper ens: ac si diceremus quod terminus quod semper est ens dictionem est id quod est non semper ens: tria autem prima cui est virtus ut sit semper non ens: sicut si diceremus quod tria eius quod est semper ens est ea que dicit semper non esse sine nunquam esse: hic autem iterum dictionem est cui non est virtus ut sit semper non existens: ac si diceremus quod dictionem ei quod dicit semper non ens sine nunquam ens est ea que dicit non semper non ens sine nunquam ens: dico ita quod cum multa priorum habeant media quod possibile est ut iter duas trias que sunt hinc virtutem ad semper existere et habere virtutem ad semper non existere sine ad nunquam existere posse est cadere aliquod medium. Ad idem autem illud est possibile ad eum et ad non esse secundum distinctum tempus quod videlicet aliqui sit: et aliqui non sit: sed enim in dictionem non sit medium: tamen in proprietate aliqui medium est quod parte hinc unius tria et parte alteri: et tunc non est necessarium aliter inesse priorum semper: sed impossibile est ipsa unius et eidem simul inesse. In dictionem autem necessarium est aliter inesse: et impossibile est etiam simul uterque inesse eidem: utraque enim dicitur tria sumit ut negationem alteri tria et uterque eorum que tria dicitur provenit in hoc quod dicit non existens: quod tamen secundum aliquod tempus est existens et existens in quodam tempore non existere in alio tempore: hoc enim duo dicitur tria dictionem eius que est semper existens et dictionem eius que est nunquam existens. Sicut enim hoc dicit illa cui non

est virtus ut sit semper existens que est dictionem: ita hoc idem dicit ista que dicit cui non est virtus ut sit semper non existens que est dictionem scilicet: hoc enim dicit quod sit in quodam tempore existens et in quodam tempore non existens. Iste ergo due dictiones non sibi sed duabus triis per intentiones suas idem dicitur et super rem unam eadem cadit: ergo una et eadem res est cui est virtus ut sit non existens aliquando: et ut sit existens aliqui secundum diversa tempora: et ipsa eadem res media est iterum trias duas que sunt semper existens et nunquam existere: sicut diximus nuper in his que probata sunt. hoc autem de monstrare possumus per universales terminos ad nullam manum determinatam pertinetes per istas: videlicet quibus est usus in geometricis demonstrationibus. Sint ergo signa duorum priorum que nullo modo unius rei provenire possunt: ista. a. sit hinc potentia vel virtutem ad semper existendum quod est necessarium et perpetuum inesse: ista autem b. sit hinc potentia ad nunquam existendum quod est perpetuum: ista autem c. dictionem sit opposita littere. a. et littera. d. dictionem sit opposita littere. b. ita quod c. sit signum eius quod non semper est sine quod aliquando non est: et d. significet id quod non nunquam est: sive quod aliquando est: sicut videtur in hac dispositione oppositione eorum.

Tex. 412.



Dico quod necessarium est de quolibet affirmationem vel negationem esse veram: si aliqua res est de qua non verificatur universalis qua est hinc virtutem ad semper manere vel existere: tunc de ea vera erit sua opposita que est aliqui non existens. Ponamus ergo de eadem re etiam aliam universalem negationem non verificatur que est nunquam existere: tunc per eandem necessitatem de eadem re verificabitur etiam illius contradictoria que est aliqui existere. Res ergo una et eadem de qua nec. a. nec. b. verificabilis necessario erit in qua cadit et c. et d. Et quo igitur et c. et d. cadit in rem unam significemus ea per litteram unam et illa sit. e. vel quecumque alia: tunc littera. e. sola significat medium duarum contrariarum que sunt. a. et b. Res enim una de qua neutra duarum triarum verificatur universalis necessario est media iterum trias: et de illa ambiguntur dictiones duabus triis veritas verificabunt: et quod ista e. est sola ut ista. c. et ista. d. simul: tunc oportet necessarium quod ista. e. sit media duarum triarum. Redeamus ergo et ostendamus in rebus quod demonstramus vlt in istis et dicamus quod res que est semper existens non potest esse generata per hoc quod est dictionem: quod generatum est aliqui non existens et semper existens: et aliqui non existens sunt contradictoria sibi. Et ad necessitatem res semper existens non potest esse res cadens sub corruptione: quod res cadens sub corruptione est etiam quicquid non existens. Si ergo hoc est secundum quod dicitur: tunc manifestum est et partes quod tamen res generata que res cadens sub corruptione non est res semper existens sempiterna. Si enim daretur quod esset sempiterna: tunc esset ei virtus ad semper existendum: et in quantum est generata vel corrupta esset ei virtus ad non existendum semper: sic dictionem verificarent de eodem: hoc autem oino impossibile est sicut sepimus dicitur est in his que postea sunt. Et alius est dicitur dictionem eius qui dicitur generatum perpetuo manere posse: et falsum est dicitur aliorum qui dixerunt res

Tex. c. 12.

Tex. c. 124.

De celo et mundo

Ex. c. 15.

Ingenitā et perpetuo existē in p̄terito posse cadē sub corruptiōe. Amplius aut hoc ipsum ex p̄p̄is istoz diffinitionibus possumus pbare. Is es enī nō cadēs sub generatiōe que nullo mō generabilis est: ea que semp est nō habēs principiū neqz finē existēdi: in eandē aut intentionē incidit res nō cadēs sub corruptiōe que nullo mō est corruptibilis. Illa enī etiā est cui nullus est finis in existēdo. Dico autē hic ingenerabilē et incorruptibile s̄m diffinitionē verā et certā: qz cum multī sint modi ingenerabilis et incorruptibilis nō accipimus in generabile et incorruptibile pro eo qd generat quidem: sed absqz causis generatiōis: vel qd generat: sed absqz tēpore generatiōis: nec etiā acceptimus hic ingeneratū pro eo qd est impossibile aliud esse: sed tñ pro eo quod necessarius est inesse et est semp: et hac de causa factimus hoc: qz res illa que habet esse verum qd nullo modo permixtum est cū non esse: et cuius potentia est ingenerabilis et incorruptibilis. Si igitur vtrūqz hoz per certas eoz diffinitiones velimus diffinire: dicemus qz res ingenita et ingenerabilis est nūc vere existēs: de qua nō pōt dici qz fuit in p̄terito p̄terito nō existēs: et de qua non potest dici qz in aliquo futuro postremo sit futura non existēs. Sed s̄m aut eundē modū verissime diffinitionis dicif res incorruptibilis de qua dicitur nūc qz vere est: et cui nullatenus puenit in posterio aliquo futuro nō esse. Cum igit illa sint s̄m supposita sua p̄uertibilia quoz diffinitiones vere p̄uertibiles sunt: tunc oportet qz ingenerabile et incorruptibile p̄uertant: eo qz diffinitiones eoz p̄uertant. Omne enim ingenerabile est incorruptibile: et eōuerso omne incorruptibile est ingenerabile: vtrūqz enim hoz rez sequit esse sempiternū s̄m tēpus infinitū necessario. Res enim ingenerabilis semp est que nō remouet ab esse in aliquo tempore: hoc enim manifestum est et patēs ex diffinitionibus vtriusqz quas induximus. Inconueniēs igit est qd dicat ḡnatum non posse corrupti: vel incorruptibile posse esse generatum.

Cap. 8. Q. conuertitur generabile cum corruptibile et ingenerabile cum incorruptibile.

Ex. c. 16.

Alia aut tam ex rōne perpetui s̄m infinitū tempus ostendimus omne ingenerabile esse etiā incorruptibile: nūc ostēdamus hic p̄uertiones esse inter ea que dicta sunt per rationes oppositiōis eoz. Dicamus igitur qz quęcūqz res cadit sub corruptiōe s̄m naturā est etiā generata et demonstratio illius est: quia si detur qz non est generata per naturam: tunc s̄m ante dicta etiā non cadit sub corruptiōe: cum tamen postum sit in antecedente qz ipsa cadit sub corruptiōe: ergo oportet litam p̄sequentiam esse necessariam: quia si res cadit sub corruptiōe qz ipsa est generata. Similiter verificabimus p̄sequentiam esse necessariam: eōuerso si p̄sequens fiat antecedens dicentes qz si res aliqua est generata: qz ipsa etiā cadit sub corruptiōe: quoniam si diceretur non esse necessaria: tunc oppositum consequentis verificaretur cum antecedente: et tunc res generata esset non cadens sub corruptiōe: hoc autem per antecedentia destructum est: ubi ostensum est qz res generata et non cadens sub corruptiōe opponitur per modū affirmatiōis et negatiōis. Igitur conuertuntur hec duo super se generatum: videlicet et cadens sub corruptiōe. Similiter p̄uersio est interesse non generantia et non cadentia sub corruptiōe: sicut dicitur nuper in capitulo qd premisimus. Si enī fuerint due oppositiōes dicentes verum et falsum circa omne ens: tunc in illis oppositiōibus erunt quatuor extrema oppositiōnum: et dictum est in dialecticis qz si in talibus extremis vntus oppositiōis conuertitur cum extremo alterius oppositiōis vel predicatur de ipso: necesse est etiā aliud extremum conuerti cum reliquo vel predicari de ipso: tales autem oppositiōes due sunt semp ens et aliquando non ens et nunq̄ ens et aliquādo ens: et sunt ista eadem bis ingenerabile et impossibile ad ens et generabile et corruptibile. Est autem ingenerabile semp ens cui opponunt tam generabile et corruptibile: quia vterqz eozum est aliquando ens et aliquando non ens. Similiter et incorruptibile est semp ens cui opponunt etiā eadem ratione tam generabile et corruptibile: et nos non indigemus de impossibili ad ens: quoniam illud non cadit in aliquam rerū existentiā. Sic ergo quatuor sunt opposita: generabile enī qd opponit taz



ingenerabili et incorruptibili: et similiter incorruptibile opponitur vtriusqz. Si ergo generabile conuertatur cum corruptibili oportet etiā qz ingenerabile conuertatur cum incorruptibili. Ostendimus autē in principio huius capituli generabile cum corruptibili conuerti: ergo et necessario conuertatur ingenerabile cum incorruptibili. Similiter autē si daretur qz ingenerabile non conuertatur cum incorruptibili: tunc sequeretur qz nō esset vtriusqz istoz res sempiterna que non remouetur ab esse. Quod autem vna earum sequatur alteram et conuertatur cum ipsa verificatur ex his que dicemus statim. Generatum enim qd vtriusqz eozum opponitur est res cadens sub corruptiōe et conuertitur cum ipsa: ergo et opposita istozum duozum conuertuntur admuticē. Omne enim generatum est corruptibile et eōuerso: omne cadens sub corruptiōe est generatum. Ex his enim verificamus etiā p̄uertionem inter ingenerabile et incorruptibile. Sicut enim dicimus inter rem que semp existens et rem que nunq̄ est existens est alia media vtriusqz que neutrum eoz est et illa res est generata et res cadens sub corruptiōe: sicut ostendimus in p̄teritis. Media autem dicitur vtriusqz contrariarum: quia habet virtutem que est vltimū potētie sue que non pertingit ad semp existere: et excedit nunq̄ existere: et ideo est existens et non existens in diuersis temporibus. Cum ergo mediū cadat super rem vnam: opz qz extremū qd est semp existēs cadat etiā in rē vnā: sive sit ḡnabile: sive sit incorruptibile. Si ergo ingenerabile nō hiet potētia infinitā ad esse nisi ex parte ante: et incorruptibile nō haberet potētia infinitā nisi ex parte post: tūc infinitū adderet supra infinitū: et infinitū esset maius infinito: quā infinitū tā ex parte ante qz ex parte post adderet: et maius esset infinito ex parte post: et infinito ex parte ante et hoc nō esset nāle. Amplius aut ad huc vniuersali pbabimus illud in terminis ḡnabilibus vt patet nostra demonstratio tenere p̄ accessu et nō p̄ se. Dico igit rē oēm ḡnātā cadētē sub corruptiōe mediā esse duarū p̄teritaz: hoc est inter semp esse et nunq̄ esse: sicut tā sepius diximus. Sit. n. littera. a. semp existēs: et littera. b. nunq̄ eris. littera. c. res ḡnata sit: aial q̄qz eris et littera. d. sit res corrupta q̄qz nō eris. Manifestū est enim tūc qz littera. c. est media iter. a. et b. per hoc qz neqz. a. neqz. b. finē et vltimū nullū habēt s̄m totū tēpus infinitū. a. quidē in essēdo et b. in nō essēdo. Itē autē ḡnate est vltimū et finis in tēpore aut actu aut potētia: qz si est corrupta: tūc h̄z actu finē: et si est ad huc corruptibilis h̄z finē potētia. a. et b. neqz actu neqz potētia habēt finē et vltimū: sicut ostēdimus: eo qz aliter adderet infinitū sup infinitū: neutra enī hoz rez est in tpe quodā semp existēs: et in quodā nunq̄ eris: sed. a. quidē semp eris. b. vō nunq̄ eris: s̄m oē tēpus etiā si infinitū esse ponat. Sicut aut c. mediū esse est ostēdūz inter. a. et b. ita ostēdūz. d. esse mediū eozūde per hoc qz. d. mediū est vltimū et finē in tpe: et est per hoc in quodā tpe existens: et in quodā tēpore nō existēs. Ergo de qualibet affirmatio vel negatio sit vera: de ḡnato nō verificata vniuersalis affirmatiua que est semp existēs: nec vniuersalis negatiua que est nunq̄ existere: opz de ipsa verificari duas predictas vniuersales contradictorias que sūt aliqui existere et aliqui nō existere. Sed autē verificant p̄ eandē rōnem de corrupto: ergo generatū et corruptū sunt idē: sicut etiā probauimus in prima demonstratiōe ad hoc induceta. Est igit omne generatū cadens sub corruptiōe: et oē cadēs sub corruptiōe. p̄culdubio est ḡnātū: sic manifestū est etiā et certū qz res generata et cadēs sub corruptiōe p̄uertitur. Declaremus igit hoc qd dixim⁹ per terminos vniuersales deducēdo ad impossibile aduersariū qui negat ea que diximus. Sit ergo ingenerabile. e. et incorruptibile. i. generabile aut sit. r. corruptibile vō sit. c. sicut p̄ in hac figura. Dico ergo tali positione facta qz. c. p̄uertit cum. i. si littere iste signi fieret illas quas supponimus eas significare. e. autē r. r. nō p̄uertant neqz pueniūt rei vni: sed potius cuiusqz rei cōuenit. e. tunc alteri ei oppositē conueniet. r. Similiter aut. i. et r. nō p̄uertant: neqz pueniūt rei eidē: sed diuersis et oppositis. Si aut hoc est s̄m qz diximus: tūc oportet qz. e. et i. p̄uertant per rationem quam supra diximus de oppositis diuidentibus verum et falsum per modum affirmatiōis et negatiōis: quia ex quo quādoqz ens et quādoqz nō ens p̄uertunt: necesse est qz semp ens et semp nō ens conuertant. Est enim

Ex. c. 17.

Ex. c. 18.

Ex. c. 19.

semper ens duplex. scilicet habens potentiam infinitam ex hoc quod in preterito non fuit in non esse: et sic generabile est semper ens: et habens potentiam infinitam ad esse: ex hoc quod in futuro non habebit potentiam ad non esse: et hoc est incorruptibile. Similiter autem quod dicitur ens et quandoque non ens est duplex: non ens enim in preterito: et ens modo est generatum: et ens modo non est ens autem in futuro est corruptibile: et sic ingenerabile et generabile: et incorruptibile et corruptibile opponuntur per modum affirmationis et negationis. Si ergo quatuor generabile cum corruptibile: necesse est quod ingenerabile cum incorruptibile quatuor. Si autem daretur oppositum: tunc oportet quod r. esset sicut e. et sicut i. scilicet potentia quam habet ad esse: ergo secundum hoc etiam quatuor cum e. cuius probatio est: quod si dictum sit quod e. r. non cadunt super rem unam: sed super opposita: tamen dicit adversarius quod r. et i. simul cadunt super rem unam et eadem et quatuor: sed sequitur. e. i. et quatuor cum ipso. Quod igitur illa que quatuor omnino cum uno et eodem etiam ad se invicem convertantur: sequitur necessario. r. et i. quatuor ad se invicem: hoc autem est omnino impossibile: quod si contradictoria converterent: ergo falsum fuit dictum adversarii quod r. esset vt. i. et e. sicut autem corruptibile generabile cum corruptibile: sic sequitur per comparationem unius ad alterum quod convertatur. e. cum. i. hoc est ingenerabile cum corruptibile. Igitur ex omnibus his patenter dictimus quod res in generabilis que significatur per r. diversa et opposita per virtutem nature a re generata que significatur per r. Et eodem modo res incorruptibilis significatur per i. diversa et opposita est ad rem generatam que significatur per r. namque ergo conveniunt unum rei. e. r. neque eidem rei. e. r. i. sicut iam ante sepius diximus: et huius causa est: quod impossibile est ut res una et eadem sit semper eterna: et non semper eterna: et similiter impossibile est ut sit res una et eadem cadens sub corruptione: et non cadens sub corruptione: et ut sit semper infinita secundum tempus: et non sit semper secundum tempus: eo quod contradictoria de eodem non verificantur. Nam igitur ostensum est sufficienter quod e. r. i. sequuntur se invicem et conveniunt rei eide: et ostensum est hic per opposita istorum que quatuor: eo quod res una et eadem est generata et cadens sub corruptione: ergo omne generatum est cadens sub corruptione: et omne cadens sub corruptione est alterum: quod res una et eadem est non generata: et non cadens sub corruptione. Igitur propter unitatem suppositi utriusque istorum omne quod est non generatum est non cadens sub corruptione: et e converso omne non cadens sub corruptione est non generatum: iterum et hoc est quod volumus demonstrare per terminos universales inductos superius.

Cap. 9^m. In quo repetuntur dicta adversarii ut summam destruantur ex ratione temporis infiniti.

Adversarius autem qui dicit quod non est inconveniens rem generatam non esse corruptibile et rem ingenerabilem sempiternam in preterito esse corruptibile secundum tempus futurum destruit quedam principiorum antecedentium ex quibus nos processimus: et destruit etiam syllogismos inductos eo quod ipse in hoc dicto suo opposita supponit principiorum: dicit enim rem incorruptibilem esse generatam: et rem non generatam sempiternam secundum omne tempus preteritum esse corruptibile secundum futurum: qui autem dicit quod non est inconveniens ut sit res generata non cadens sub corruptione: et quod iste talis sic dicit: volo nunc destruere sermones istos per rationem potentie finite et infinite. Dico igitur quod potentia que attribuitur rei attribuitur dupliciter: aut enim est potentia activa qua res agit esse vel aliquid aliud: aut est potentia passiva qua agit in ipsa. Id autem quod dicit esse in actu in re aliqua etiam dupliciter attribuitur et: aut enim in actu dicitur esse: aut in actu dicitur non esse: et cum potentia ordinatur ad actum: tunc aut erit potentia ad esse secundum actum: aut ad non esse secundum actum: et ad quodcumque horum sit potentia sue virtus rei: tunc aut erit illud secundum tempus finitum quod habet ultimum nunc in quo determinatur: aut erit illud secundum tempus infinitum: nec habens ultimum neque finem. Non oportet autem latere quod nihil prohibet tempus infinitum esse secundum aliquod determinatum. Si enim datur tempus esse infinitum in preterito: hoc tempus terminatur ad nunc presens quod continuo est preteritum et futurum: sicut probatum est in 4^o physico. Cum autem secundum peripateticos datur esse tempus infinitum et in futuro et in preterito: tunc queritur qualiter possit

esse terminatum: et qualiter sit verum tempus esse infinitum: cuius tamen secundum eodem peripateticos nihil sit actu infinitum. Sed ad hoc dicendum quod nos credamus tempus habuisse initium per creationem: hoc tamen non est cognoscibile per philosophiam sicut diximus in 2^o physico. Quod ergo peripateticus tempus dicit esse infinitum: ipsi tamen cum hoc dicant quod de tempore nihil est nisi in potentia: nunc enim quod solus est accipere neque tempus est neque pars temporis: id autem quod secundum successione in potentia est nihil prohibet esse infinitum: si enim infinita est potentia divisionis in continuo: et ex hoc non sequitur quod infinitum sit actu: et de hoc multa dicta sunt in prehabitis. Quod autem dicit terminatum per nunc presens non dicitur tempus simpliciter: sed dividitur per esse mensura huius actus sic terminatus. Sed ista terminatio non auferit et potentiam ad esse infinitum: quod eadem potentia temporis que est in preterito ad infinitum secundum carentiam principii est in futuro secundum carentiam finis. Vel ut melius dicatur: sicut unum est tempus in toto et in parte temporis: ita una est potentia sua ad futurum successione in infinitum: et ideo per hoc quod preteritum terminatur ad nunc et futurum incipit in nunc non distinguitur potentia que est in duabus partibus temporis. scilicet preteriti et futuri in duas potentias infinitas: sed in toto eo remanet una potentia infinita secundum principium et finem: hoc per simile videre possumus in tempore finito alicuius rei que habet principium et finem quam nos dicimus habere duas potentias ad esse finitas: quarum una sit secundum preteritum: et altera secundum futurum: et ex hoc patet error eius qui dicit duo esse: quorum unum infinitum est in preterito quod vocatur ingenerabile: quod tamen sit finite potentie ad esse secundum futurum: et aliud sit infinitum secundum futurum quod vocatur incorruptibile: quod tamen finite potentie sit ad esse secundum preteritum: quod dicit ipsum esse generatum. Tempus enim infinitum si sit terminatum ad nunc generationis et corruptionis alicuius rei: non tamen habet duas potentias infinitas: sicut nec linea duas habet potentias divisionis in infinitum per hoc quod dividitur in puncto uno quicumque sit ille: tempus ergo infinitum per suam potentiam tota est etiam terminatum iteque: et tamen remanet secundum unam et tota sua potentia infinitum: eo quod post ipsam nihil invenitur de tempore: et ante ipsam non invenitur prius aliquid temporis ad quod ante vel post terminetur. Res autem cui non est finis in aliqua hora dicitur quo ad hoc eterna: eo quod eterno non est finis: et illa eadem est etiam interminata que nullum secundum nunc habet sue generationis principium: neque finem ad quem ante terminata sit: et hoc ideo quod ut diximus una numero est potentia infinita et secundum preteritum et secundum futurum. Amplius si dicat adversarius quod res quam fingit eternam esse secundum principium: eo quod secundum eum est ingenerata sit corruptibilis in futuro: tunc oportet quod ipsa sit mensurata tempore rei infinite: quia infinita est secundum preteritum ut diximus hoc est quod mensuratur hora temporis cui non convenit in preterito aliquo non existere: et deinde existere: sicut est tempus rei generate. Si ergo sicut nos iam ante probavimus hora temporis infiniti non diversificarentur: tunc manifestum est et patens per hoc quod nunc diximus quod res generata fuit ens in tempore infinito: et iterum res cadens erit sub corruptione: et tamen hoc est in tempore rei eterne cui non est finis in tempore: cum ostenderimus unam esse infinitam potentiam secundum preteritum et futurum: hoc autem est de numero maximorum impossibilium: quia secundum hoc in uno et eodem tempore res semper est et non est. Idulus autem est ratio: quia impossibile est ut res generata sit eterna: et per eandem rationem impossibile est ut res cadens sub corruptione sit eterna quo ad tempus mensurans eam: quia uterque earum proprium tempus conveniens secundum suum esse est ut sit quandoque existens: et quandoque non existens. Corruptibilis enim virtus est postremo non existere: et generabilis virtus est in primis non existere secundum tempus: et quodcumque horum datur concluditur reliquum etiam de eodem: cum generabile et corruptibile convertantur: sicut superius est probatum. Amplius autem impossibile est contraria simul inesse in aliquo tempore uno eiusdem etiam si sit tempus in finitum. Si enim daretur quod simul inessent eisdem: tunc contingeret quod idem numero haberet potentiam simul ad esse et ad non esse in eodem tempore infinito: eo quod tempus esse non distinguitur a tempore non esse in tempore infinito: neque per tempus parvum: neque per tempus magnum:

Tex. c. 130. r. 136

Tex. c. 132.



De celo 7 mundo

Tex. c. 133.

sicut in antehabitis expeditum est: hoc autem est ex eis que impossibile est esse: sicut diximus 7 ostendimus per demonstrationem. **C** Amplius in omni eo quod potentiam habet ad esse vel ad non esse potentia precedit actum. Omne enim quod possibile est aliquid fieri secundum generationem vel corruptionem prius in potentia est ad illud: 7 postea efficit illud secundum actum. Tempus ergo possibile distinguitur a tempore actus. Si ergo hoc est secundum quod diximus: tunc res secundum sermone istorum semper sine fine 7 in potentia 7 in actu: hec est res que est semper existens 7 eterna: 7 res que est postremo existens. Hoc enim ante actum in potentia generationis fuit secundum infinitum tempus: 7 postquam generata est erit in actu secundum tempus infinitum: eo quod ponitur esse non corruptibilis: sic ergo ambe iste erunt sine fine sempiternae. Et similiter est de re corruptibili: quia etiam ista potentia est ingenerabilis 7 in potentia corruptibilis secundum tempus infinitum: 7 postea cum corruptum erit in non esse secundum actum secundum tempus infinitum: 7 sic iterum tempus actus quod tempus potentie erit infinitum: 7 secundum utrumque sunt sempiternae res iste: 7 hoc ideo quod secundum dicta istorum non tollitur ab aliqua istarum rerum virtus semper existendi secundum actum: sed potius semper existendi secundum potentiam: 7 secundum istos est tempus existentie istarum rerum finitum 7 infinitum. In quantum enim unum precedit 7 alter sequitur datur eis virtus existendi in aliqua hora temporis finita. In quantum autem utrumque tempus existendi 7 non existendi est infinitum est indistinctum: 7 sic ad existendum semper habebit virtutem 7 non habebit virtutem ad semper existendum: sed potius habebit virtutem ad existendum in hora aliqua temporis ut secundum istos simul sit verum de istis rebus quod sint existentes in hora certa: 7 ut sint existentes in tempore infinito simul: 7 sic sequitur quod possibile sit impossibile: quia si sunt existentes in hora una sunt possibles ad non esse ea que dicuntur generata: 7 si sunt existentes in tempore infinito sunt impossibiles ad non esse 7 eodem modo sequitur hoc de re qua dicitur corruptibilem: 7 tamen ingenerabilem. Cum igitur hec omnia impossibilia sunt: patet quod dictum eorum est falsum 7 impossibile. **C** Amplius alio manifestiori sermone ostendimus dictum istorum esse falsum: 7 errorem manifestabimus quo erraverunt quando dixerunt quod res ingenerabilis est corruptibilis 7 quod corruptibilis possit esse ingenerata. Si enim verum est quod dicitur esse res corruptibilis: non corruptetur in aliquo tempore futuro: ostensum est enim superius quod omne generabile est corruptibile. Si ergo est res generata ipsa cadit sub corruptione: isti autem dicunt quod non cadit sub corruptione: ergo habet potentiam ad esse 7 ad non esse infinite simul 7 erit cadens sub corruptione 7 non cadens sub corruptione simul in actu: ergo una 7 eadem res erit possibilis simul ad esse semper 7 ad non esse semper. Si autem hoc est possibile: tunc sequitur necessario ut res cadens sub corruptione corrumpatur in aliquo tempore determinato. Similiter autem secundum dicta sequitur quod res generata fuit in aliquo tempore determinato: 7 non fuit omnino in tempore propter potentiam ad esse 7 ad non esse simul. Si autem omnia hec possible sunt: tunc possibile est ut sit res generata aliquando 7 non semper existens: 7 similiter est de re que cadit sub corruptione. **C** Has autem omnes demonstrationes adduximus ut conuincamus aduersarios: 7 non sint omnino diuersae secundum ea super quibus fundantur: tamen multitudinem earum ostendunt quod ea que dicta sunt non habent instantiam. Fundant enim fere omne super primam: 7 ideo dixerunt Themistius 7 Alexander 7 Averrois quod multitudie sua que quasi materialis est plusquam formalis virtutem habent inductionis: 7 ergo sapientia fortius pauciores sufficerent: tamen posuimus eas hic: quod principes philosophie posuerant eas ante nos: 7 nos non tamen in opere isto conamur tradere scias: sed etiam laboramus ut ex hoc opere verba peripateticorum intelligantur.

C Cap. 10. In quo ex ipsa natura rerum probatur quod semper ens 7 aliquando non ens nec sunt eiusdem nature neque eiusdem virtutis.



Adhuc autem in alio ponentes considerationem intendimus destruere dicta predictorum philosophorum. Si enim ipsam naturam que attribuit unicuique proprium esse 7 virtutem attendamus, Sciendum


Tex. c. 135.

quod impossibile est quod res ingenerabilis cadat sub corruptione secundum aliquam horarum temporis: 7 etiam econuerso: impossibile est ut res cadens sub corruptione sit non generata secundum aliquam horam temporis preteriti. **R**es enim ingenerabiles 7 incorruptibiles sunt determinate ad formas taliter vincentes materiam per causam determinatam in natura 7 operantem: 7 non sunt per fortunam. **C**ausa autem operans eas est certa ratione operans: sicut artifex in artificia to: sicut diximus in 2.º physicoz: ostendimus enim ibi quod res facte absque causa operante per certam finis rationem que admodum artifex operatur sunt paucae: 7 enim in volutaris formis frequentius occurrant: 7 casus tamen in numero rerum naturalium non sunt frequentes: 7 cum sunt aliquando destruiunt cito 7 finiunt secundum esse: taliter enim facta in natura non sunt nisi monstra: 7 ideo cito finiunt: quod diuersitas nimis a forma speciei iuxta quam fieri debent: 7 ideo species non potest saluari in ipsis: 7 horum omnium diuersitates 7 causas reddidimus in 2.º physicoz. **R**es autem sempiterna cum sit fixa permanens tempore infinito non erit talis. **C** igitur habebit causam efficientem ipsam omnino que est eius causa propria 7 essentialis. Si autem hoc est verum: sicut diximus: tunc oportet quod natura sit faciens 7 terminans tam ea que sunt semper quam etiam ea que sunt frequenter eo quod illa esse determinatum habet in natura 7 permanent vel semper vel diu: ergo natura que causa est esse 7 ordinis facit ut quedam res sit semper 7 necessario: quod quedam sit existens 7 non existens in diuersis horis temporis. **F**acit iterum aliam diuersitatem in rebus que est inter res contrarias: quod videlicet quedam sunt semper existentes: 7 quedam non semper existentes: siue nunquam existentes tempore infinito: que sunt impossibiles ad esse 7 necessitate habentes in esse: sed impossibiles in esse non facit nisi producendo eas: sed dicitur facere per hoc quod contrarietate recurrere facit ad impossibile: contraria enim aliquo modo sunt sicut 7 contradictoria ad minus ad quod stant sub ratione oppositionis. **C**ausa autem diuersitatis horum omnium factorum est virtus nature huius: 7 eius materia: quod ex virtute huius potentia ad esse infinitum: ex materia huius non esse finitum vel finitum: 7 potentia transmutabilem ad esse 7 ad non esse. **C**um igitur oppositorum per contradictionem non possit esse vna 7 eadem numero virtus vel in specie non erit possibile ut virtus semper existens secundum naturam sit eadem in natura cum virtute cadentis sub corruptione eo quod esset aliquando non ens. Si enim daretur possibile esse has virtutes uniri in re vna secundum naturam cum supra dixerimus quod virtutes sunt ad suos actus relate: oporteret necessario quod contradictoria essent aliquando simul necessario: quod in finito tempore ens semper existit 7 in eiusdem temporis horam incidit aliquando non existere secundum actum: 7 si diceretur quod non corrumpitur in actu: 7 potest tamen corrupti idem sequeretur quod si possibile erat ipsum corrupti si ponatur in actu corruptum non debet sequi aliquid impossibile. Sequitur autem contraria simul esse vera contradictoria quod falsum est 7 impossibile: sicut sepius ostendimus. **C** Si enim aliquid dicat quod nunc est annus prior: hac hora qui iam preterit sit: 7 quod annus preteritus prior nunc quod erit in futuro propinquum tempore presenti erit nunc in futuro ipse utraque locutione mentitur: quia preteritum neque presens est neque futurum. **E**t similiter expresse mentitur 7 reprehenditur falsitas in sermone eius qui dicit quod res perpetua possit cadere sub corruptione: quod res cadens sub corruptione est in aliquo tempore non existens: eo quod habet talem potentiam 7 virtutem que in futuro erit non ens secundum actum in preterito tempore non sit non ens: quia ponitur ingenerabilis: neque ponitur non esse in tempore presenti in quo est secundum actum. **S**icut enim diximus alia est potentia preteriti 7 alia futuri: 7 qui refert preteritum ad futurum mentitur: vna autem res est hec que in preterito habet potentiam ad esse infinitum: per hoc quod ponitur esse ingenerabilis: illa autem potentia sibi est essentialis 7 nunquam potest eam amittere: ergo habebit eandem 7 respectu futuri: potentia enim qua dicitur corruptibile non ens in potentia non est respectu preteriti: sed respectu futuri. **E**t si quis dicat quod est respectu preteriti potentia illa: tunc oporteret quod preteritum esset futurum: quoniam nos ex distinctione ipsius potentie scimus quod non est nisi respectu futuri. **S**i autem aliquis dicat nobiscum quod omnis quidem res

Tex. c. 136.

Tex. c. 137.

Tex. c. 138.



que in potentia possibile est vt erant in actum in aliquo tem-
 pore: eo q̄ potentia eius aliter esset octosa: concordet di-
 cimus cum illo q̄ hoc quidem quod dicit est verum: sed di-
 cimus q̄ erit ille nunq̄ est respectu preteriti vel presen-
 tis in quo actu non sed respectu futuri. Cum enim dicatur
 q̄ potentia est ante actum non intelligitur in preterito: sed
 vel nunc presenti respectu: cuius verum est dicere q̄ possibi-
 le corrumpti corrumperet: vel respectu futuri in quo possibile cor-
 rumpti corrumperet: et nihil omnino dicitur corruptibile vel ge-
 nerabile: eo q̄ in preterito sit generatū aut corruptum. Sic
 ergo dicitur potētia ad non esse in omni re que primo est exi-
 stens: et deinde postremo in aliquo futuro est non existens: et
 huius pbatio est: q̄ nulli rei est potentia ad aliquid qd sit
 esse vel non esse nisi in hora in qua illud nō est actu ad qd di-
 citur esse in potentia. Si autē aliquis dixerit de aduersarijs
 nostris omnibus q̄ videlicet potentia sit respectu preteriti
 temporis: tunc dicimus q̄ hoc est impossibile. Cum enim po-
 tentia diffiniatur respectu futuri actus non possumus dice-
 re potentiam esse respectu preteriti: sicut non possumus di-
 cere q̄ nunc in presenti vel in futuro nunc sit annus primus
 siue preteritus: q̄ sicut futurū non sit preteritum: ita potētia
 respectu futuri nunq̄ potest esse respectu preteriti. Impossi-
 bile igitur qd omnino esse nō potest dictum eorū de potentia
 qd sit respectu preteriti. Et autē iam multas rōnes induxi-
 mus et propositionibus transcendentibus materiam hanc:
 que vel logice vel metaphysice sūt: vt dicimus superius: tñ
 non desunt nobis rōnes nales ex quibus pbauimus omne
 generatum in preterito esse corruptibile in futuro. Omne
 enim qd generatur ex suo puenienti est generatū: et ex suo si-
 mili sibi vniuoce: et per se habuit generans ipsum: et omne ge-
 neratum habuit aliqd p̄rariū: et omne qd corrumptur ex suo
 p̄rario corrumptur: his suppositis dico p̄stanter impossibile
 esse q̄ sit aliquid in primis non generabile: et deinde in po-
 stremo sit cadens sub corruptione: et dico similiter impossi-
 bile esse vt sit aliquid primo non ens in preterito: et deinde ge-
 neratū possit esse eternū manens tēpore infinito fm nām: qm̄
 si dictum est res generate cadētes sub corruptione gene-
 rantur ex suis similibus generatibus: et ex suis puenientibus
 fm nām p̄rariā: et habēt p̄raria ex quibus mutatur et alterā-
 tur ad corruptionē: et ex talibus p̄rarijs est alterata eorū cō-
 positio fm nām: quecūq̄ generantur generatione nālī. Que-
 cūq̄ autē habent p̄raria huiusmodi necessaria finitū per
 ea et corrumptū itēx in futuro: ergo omne generatū in prete-
 rito corrumptur necessario in futuro. Si ergo mundus esset
 sic generatus: vt dicitur Plato: oporteret q̄ generatus esset
 ex alio mōdo: et corrumperet in p̄rariū: et ex p̄rario: sicut sit
 in generatione et corruptione corporū simpliciu: sicut dicitur
 in 2^o libro de generatione et corruptione. Hec autē oīa sunt
 absurda p̄pter qd inconueniens videtur esse opinio Pla-
 tonis. Si quis autē ad omnia hec respondere velit fm Pla-
 tonem: et dicat omnia hec celsi et stellas nā quidem esse disso-
 lubiles eo q̄ sunt generate: sed volūtatē opificis esse indis-
 solubiles eo q̄ hoc qd bona rōne compositū est non decet sa-
 pientem opificem dissolvere queāmodum dicit in timo.

**Defensio pla-
tonis**
 Dicemus hoc dictum non esse naturale omnino: quoniam
 sicut habitum est in p̄rarijs: naturalia sunt agentia quorū
 actus sunt in passiuis: et naturalr patiuntur quecūq̄ taliz
 actuum sunt susceptibilia: et ideo omne factū in natura op̄
 q̄ habeat in eadem natura suam faciens: et ideo possibile et
 impossibile oportebit referre ad m̄z rei facte et ad causam
 nālem: et non ad causam separatam et extrinsecam. Qd igit
 corruptibile est de natura hoc est simpliciter corruptibile: et
 habet causam in natura que agit suam corruptionē: et si nō
 habet talem ipsuz est incorruptibile: q̄ aliter omnia possent
 dici incorruptibilia: q̄ sunt incorruptibilia si deus vult: et id
 supra diximus q̄ naturalia non sunt a casu nec a voluntate:
 sed a causa agente et terminante ea: nec nos in naturalibus
 habemus inquirere qualiter deus opifex fm suam liberam
 voluntatem creatis ab ipso vtatur ad miraculum quo de-
 claret potentiam suam: sed potius quid in rebus naturalibus
 fm causas nature intrinsecas naturaliter fieri possit. Hec
 igitur de primo libro celi et mundi a nobis dicta sint.

Explicit liber primus de celo et mundo.

Tex. c. 139.

Tex. c. 140.

Defensio pla-
tonis

Impugnatio

Notabile di-
ctum

Incipit liber Secundus de Celo et Mundo.

Tractatus primus de dextro et sinistro: et retro et ante: superi-
ori et inferiori cell.

Cap. 1^o. De recapitulatione eorum que dicta sunt de ge-
nerabilitate et corruptibilitate cell.



Am ostendimus suffi-

Tex. c. prim.

cienter per demonstrationes veras q̄ celsi
 totum non est generatū ex materia aliqua
 que sit elemētū eius: et ideo possibile est vt
 ipsam sit corruptibile. Materia enim que
 per modū elementi est in compositione rei
 prior est et in potentia ad ipsam rem et per generationem
 et motum venit de potentia ad actum: et h̄ nō sit in potentia
 ad formā quā habet postq̄ generata est: tñ est in potētia ad
 aliam formā: et ideo est corruptibilis: et ideo celsi est incorru-
 ptibilis: q̄ mām talē non habet: et huiusmodi quidē causam
 nos esse diximus: q̄ ipsum habet mām que eadem per nām
 ante dimensionem accipit formam: que forma est separata:
 et illa largit et esse: et hoc esse est eius qd est indiuisibile: cui
 dimensio aduenit per figurā et motū: et nō p̄pter formā sub-
 stātiāle: cuius signū est: q̄ ipsa forma non est diuisa p̄ partes
 subiecti sicut diuiduntur alie forme substantiales et acciden-
 tales: et est non finitaz operationum que omnia non possent
 ei conuenire si ipsa esset determinans et perficiens subiectaz
 suam post aduentum dimensionū sicut adueniūt forme phy-
 sice generabilium et corruptibilium. Quz enim duo sint que
 faciunt generationem: quoz vnum est ex parte materie que
 est diuisibilitas: et alter ex parte agentium que sunt qualita-
 tes prime agentes et alterantes mā celi suscipit formā suam
 ante vtrūq̄: et ideo nec habitatez materie habet ad gene-
 rationē: nec actione agentis ad generationem: et ideo dixi-
 mus q̄ sua mā equiuoce est mā ad materiam generabilium
 et corruptibilium: et cum materia eorum que generantur sit
 quidem determinata corporeitate et non distinctaz dimen-
 sionum erit mā corporis celestis distinctaz dimensionum in
 actu que nunq̄ mutant in ipso: que tñ nō limitant operatio-
 nem forme eius que est substantia separata: q̄ substantia il-
 la separata non aduenit post dimensionē: sed ante non qui-
 dem tempore sed nā. Hec autem omnia superius sunt expe-
 dita: igitur impossibile est q̄ celus sit corruptibilis: sicut dire-
 runt quidam homines: sed potius fm suam nām semp est:
 cui non est principium neq̄ finis in tota temporis imen-
 sitate: quam quidam eternitatē vocauerunt. Et huius quidē
 cause sunt tres: quarum vna est que est precipua: quia esse
 suum largitur et virtus que non est in corpore neq̄ corpus:
 et illa est infinite largitatis: et ideo insuit ei esse tempore infi-
 nito fm naturam: eo q̄ sicut diximus hec virtus non limita-
 tur aliqua mensura materie vel contrarij agentis in mate-
 riam eius: et hanc formam quidam vocant animam: quidā
 autem intellectum siue intelligentiam: sed de hoc alibi erit
 inquirendum. Virtus autem que non est limitata agit tem-
 pore infinito: sicut probatum est in fine octauū p̄rariorū.
 Secunda autem causa est q̄ in fine precedentis libri ad du-
 ximus: quia videlicet nec materia sua diuisibilis est diuisio-
 ne forme: sicut sit in generatione quando in materia forma
 propagatur: nec susceptibilis est contrarij alterantis ipsam
 de potentia ad effectus. Tertia autem causa est que assigna-
 tur ab Auerrois in vltimo capitulo sui libri de substantia or-
 bis: q̄ videlicet est priuationis infinite que est causa quietis
 motus qui est ad formam. Quz enim omne qd mutatur
 ad formam non mutetur nisi ex causis motus: vbi non sunt
 cause talis motus ipsum nullo modo mutabitur: priuatio
 igitur causarum talis motus inducit immutabilitatem in
 natura celi. Causa autem priuationis harum causarum est
 ex indiuisibilitate forme per subiectum: et ex hoc q̄ non est
 susceptibile p̄rariorū: et itēx insusceptibilis contrariorū
 causatur ex hoc q̄ mā non est diuisibilis sicut docuimus eo
 q̄ contraria erigunt subiectum quātūcūq̄ ipse sint virtutes

Et de pro his
Auer. in p̄rio
et in 2^o caplo
de suba orbe

Nota tripli-
cer cām semp
eternitatē celi.

De celo et mundo

Solus ad so-
phisma Jo-
nis gramati-
ci. vide Luc-
rom in simi-
li in vltio c-
pitulo de sub-
stantia orbis:
in 8^o p^o p^o. c.
79. Et in. 12.
mcta. c. 41.

corporales: et ideo materia que perfecta est non per quantitatem: neque post eam non est susceptibilis contrarietatis: et ideo solus philosophus prima Joannis grammatici qui dixit si celum esset perpetuum: tunc esset potentia infinite secundum numerum: et hoc iudicatum fuit inconueniens propter dimensiones finitas que inueniuntur in materia celi: bullus enim solutus est quod non est inconueniens celum esse potentia infinite secundum operationem: sed ipsa nec finita sit nec infinita secundum essentiam: eo quod est impartibilis partitione subiecti sui. Quod si daretur celum secundum suam dimensionem non esse potentia infinite: sed potius negatio quodammodo: quoniam in subiecto in quo est: ab illa primario ne celum non esset susceptibile illius quod primario ab ipso firmamento in finitum. Sed et omnia dicta sunt secundum numerum celi et secundum finem peripateticorum: quia sicut diximus de esse celi per creationem et de statu suo per voluntatem non est aliqua cognitio prohibita: sed potius talia sunt cognita per creationem de qua cognitio in principio nihil curamus investigare. Dicamus igitur quod celi natura est semper vna cui secundum numerum suam non est principium neque finis in tota temporis eternitate: et quod celi esse causa temporis et terminet tempus sicut causa terminet suum causatum: nec tamen precedit tempus secundum durationem: sed secundum ordinem nature temporis: quo causa est ante causatum. Inquirens autem de natura celi satis potest esse presertim de permanetia celi per sermonem istum quem diximus: etiam per ipsum satis sit quod celi esse secundum quod diximus inueniabile: et incorruptibile: et impossibile est quod sit secundum quod dixerunt aduersarij veritatis predicantes nobis: eo quod multa impossibilia sequuntur ad dicta eorum: cum nullis penitus impossibile visus sit sequi ad dicta nostra. Sed et enim vna ratio potest esse si etiam alia non haberemus. Quare credendum est nobis quod celi esse semper terminum non cadens sub corruptione: cum magis credendum sit eius: cuius dictum non videtur sequi inconuenientia. Amplius autem vnum est presertim dictum nostrum et sciens quod studiosus deus esse presertim in eo est concordia antiquorum chaldeorum ad dicta nostra. Chaldei enim presertim fuerunt patres nostri in scia de celo: eo quod de celi differentijs et passionibus plura inquisuerunt: et etiam celum amplius alijs gentibus sacerdotibus eorum venerati sunt. Quos autem chaldei tradiderunt concorditer nobiscum quod in ordine rerum natura necesse est esse vnum corpus primum quod sit motus velocissime et sit incorruptibile sine fine manens: cui motus non sit finis in tempore quin potius sit finis ad quem referretur de finitum et vltimum: ad quod sicut ad eam et ad mensuram referretur de habens vltimum suum in tempore: eo quod ipse sit terminus primum et saluus omne quod terminet: et est coples et quasi coplectens de id quod est diminuti esse: cuius principium et finis est intra motum et tempus primum corporis. Sicut enim referretur ad ipsum de cuius est vltimum in tempore et finis et quies siue immobilitas: et ideo necesse est quod corpus istud non habeat initium per generationem physicam in vltimum per corruptionem naturalem: sed semper est in tempore cui non est finis aliquis secundum numerum: quia aliter in infinitum si de generatum referretur ad generans quod esset etiam generatum: de corruptum referretur ad corruptens quod esset etiam corruptum. Vnum enim reliquorum motuum qui sunt motus generabilium et corruptibilium quidam principiant ab huiusmodi corporis motu: et quidam sunt quorum quietes causantur ab ipso: quia omnes naturales motus causantur ab hoc motu: et non violenti vel voluntarij secundum quod sunt violenti vel voluntarij: et cum generatio generabilium finita est et motus mobilium: tunc presertim in esse accepto per generationem vel motum alium qui est a motu celi: et hoc est quod res quiescit in forma accepta per motum vel mutationem naturalem. Et attestantur bis que dicta sunt quod omnes prime delatatis aliquid habentes iudicium: tam in chaldaea quam alibi posuerunt quod celum est locus dei creatoris gloriosissimi: cui laus est sublimis: eo quod esse dei eternum assidue indeficiens: quod ab omni corruptione et mutabilitate est alienum: et hoc quidem optime traditum est ab antiquissimo patre Hermete trimegisto in libro de natura dei et veneratione.

Cap. 2^o. Qualiter orbis elongatus est a nouimento et labore sui motus.

Lex. c. 3.



Alphius autem ratio ista que sumit ex presertim in fine octauo physicorum: et ex his que in parte tradidimus in primo libro superiorum tractatum pre omnibus testificatur celum esse ingenerabile et incorruptibile. Ratio autem illa est que de

primo motore et forma celi que nec est corpus nec virtus in corpore: sicut diximus: ex illa enim expresse probatur quod nec generatum est: nec corruptibile est: et quod est elongatum a passionibus omnium qualitatum primarum: et ab omni nouimento: et omni eo quod posset finire esse ipsum: et eius motus: et ideo cum mouet non habet laborem et penam aliquam fatigationis. Huius autem causa est: quia materia eius generatur in aliquo cum materia generabili: tamen in precipuis differt ab ipsa. Conuenit enim cum materia generabili in hoc quod ipsa est dimensa susceptibilis diaphaneitatis et non diaphaneitatis: et illuminationis: et non illuminationis: et raritatis et spissitudinis: sed differt ab ipsa: eo quod ipsa nullo modo est diuisibilis secundum formam: et nullo modo in potentia ad formam: et nullo modo subiectibilis contrarietatis: et cum omni materia sit in actu: sicut dicit Aristoteles per esse forme per quod efficitur particularis et subiectibilis: sicut et omni forma per hoc est forma quod ipsa est intelligibilis per se: et principio intelligendi aliud quod est formatum per ipsam: eo quod sermo diffinitiuus qui principium est intellectus accipit per formam: oportet quod materia celi hoc modo sit perfecta per formam: cum ipsa videatur et sentiat esse cum hinc et nunc sicut cetera particularia: sed in modo participandi formam plurimum differt a materia generabili: sicut superius diximus: sicut et differt in participatione dimensionis: eo quod sue dimensiones nunquam mutantur cum non habeat eas propter formam substantialem que mensurat in ipsa: sed post formam propter motum: et ideo actu distincte et determinate manent dimensiones eius: dimensiones autem generabilium et corruptibilium semper sunt propter formam substantialem: et ante ipsas: eo quod ipsa est virtus in corpore que finite est virtutis: et operatur in subiecto quod et igitur debita quantitate: et cum forme generabilium sint diuerse non possunt dimensiones manere distincte et determinate: quia aliter omnium substantiarum generabilium esset eadem quantitas et eadem figura: quod non permittit diuerse esse et virtutum forme substantiales: oportuit ergo quod materia generabilium esset dimensionum determinatarum mutabilium ad congruentiam omni forme generabilis saluata semper corporeitate communi: quia si nullas haberet dimensiones materia generatorum: tunc fieret corpus ex non corpore quemadmodum alibi est determinatum. Cum autem actus sit prior potentia: et causa ipsius: sicut probari habet in prima philosophia: sequitur ex hoc quod quantitas et figura celi causa sit: prior secundum numerum omni quantitate et figure generatorum et corruptorum. Similiter autem diaphaneitatis dispositio non est propria aeris vel aque vel ignis: sed hec elementa habent eam ex convenientia communi cum celo: sicut etiam dicit Aristoteles in 2^o de anima: sed participatio ipsius in celo et in materia est valde diuersa et equiuoca: quia in elementis videmus expresse quod calidum dissoluitur facit eam: vel ad minus frigus non totum exprimens humidum mobile: cuius vna pars fluit ab alia cum male sit terminabile in seipso: sicut causatur diaphaneitas siue perspicuitas in aqua. Si enim in aqua staret vna pars super aliam non esset aqua perspicua: cuius si gnium est quod in profundis aquis aspicienti videtur aqua nigrior: eo quod ibi multe partes stant super se invicem. In celo autem diaphaneitas non causatur ex aliquo solente partem: vel ex hoc quod vna pars fluit ab alia: sed possumus ex ipsa natura spiritualitatis corporis huius: quod sicut diximus determinatur forma separata: cuius subiectum est induisibile et simplex per naturam: et cum aduenit ei quantitas non potest afferre ei proprietates ignobiles: et ideo remanet tenue et perspicuum: et vbi non est tenue et perspicuum: sicut in stellis: hoc contingit in illo quod confortetur motus eius quo mouet forma corporali materiam actiuorum et passiuorum: eo quod stella in orbe est amplioris efficacie quam cetera partes orbis: et cum moueat per quantitatem et lumen suum oportet quod ibi confortetur actus sui instrumenti: et per illud inspissatur ibi sicut patet: quia nisi essent non diaphane stelle vna non eclipsaret aliam: hoc totum expresse videtur in luna que in aliqua altitudine: sed nos de hoc inferius tractabimus in loco vbi de stellis orbis faciemus inquisitionem. Eodem autem modo dicimus de illuminatione: quia lumen non est proprie tas ignis: sed potius accidit igni: sicut dicit Alexander peripateticus cum commiscetur corpori diaphano spissato per aliquam causam: et ideo lumen etiam est forma commu-

vide p^o ca^o
de suba orbis

2^o de anima. c. 68.

Ad quo dicit
seruier et equat
uoce diaphaneitas
reperitur in elementis
et in corpore celesti. vide
de 2^o cap. de
suba orbis.

Lumen ex ite
ride alexadri
accidit igni
cuz comiscet
corpi diaphano
spissato. vide
de 4^o celi cō-
mento. 32.

nis: et celo et quibusdam corporibus non simplicibus: et ideo lumen etiam in quibusdam partibus inuenitur: et in quibusdam non: extra stellas enim non lucet orbis: sed lucet in stellis: et in stellis lucet ex participatione lucis solis: et causa lucis in stellis est spissitudo earum: et lumen quidem in aliquibus recipitur secundum profundum ipsarum: et in quibusdam diffunditur in superficie: et in quibusdam recipitur in profundum: et efficiunt luminaria sicut stelle lucentes et candelae. In quibus autem diffunditur in superficie efficiuntur candide et quasi lactee: sicut est via que lactea vocatur: que galaxia dicitur eo quod ibi spissior est orbis per multitudinem stellarum paruarum: et sic iterum per quod alter orbis participat lumen quasi inferiora corpora. Et similiter est de raro et spisso quod habet non ex qualitatibus actiuis vel passiuis facientibus partem vel distare partes materie: sed potius omnia ista sunt consequentia formas separatas que motu celi explicat per lumen et perducit ad effectum: et ideo necesse est celi esse spissius et minus spissius: ut diuersis celi instrumentis quod est lumen: et ita per quod diuersimode moueat materiam ad diuersas formas generatoarum et corruptoarum: hec autem infra latius exequamur. Sed hec dicta sunt secundum sententiam Philonis et Averrois et aliorum philosophorum ut sciat per tales formas orbis non subijci alicui passioni vel alterationi. Et cum motor celi non moueat motu quo mouet per se neque per accidens non potest lassari ex se per motum suum. Adhuc autem cum motor ipse non sit praeordinatus motui mobilis eius quod mouet non potest acquirere lassitudinem ab eo quod mouet motor ipse: sicut probatur est in precedenti libro et in 8o philosophorum: nullo igitur modo subijci labori et pena lassitudinis ex hoc quod continue mouet. Ad hoc enim habet aliam motum nisi istum: et ille est ei nullus per modum quem determinamus in precedenti libro: et non indiget virtute aliqua que sit affixa mobili vel alicui parti eius quod mouetur que prohibeat corpus ipsum moueri naturaliter et pererrat ipsius in motum quem voluerit: sicut est virtus affixa pedi: cuius descendere est per hoc quod est grauis: et virtus gressibilis mouens ipsum in ambulatione retinet ipsius ne descendat et pererrat ipsum in motum voluntarium procedendo ad locum quem voluerit: omne enim quod tali indiget virtute absque dubio habet laborem et penam in mouendo: quanto autem aliquis taliter mouentibus plus subijciat penam et labori in mouendo tanto est nobilior: et quod nullo modo possibile est subijci penam et labori in mouendo nobilissimum est in fine nobilitatis inter omnia mouentia.

Cap. 3. De improbatione dictorum antiquorum de causa permanentie celi.

Propter tale autem naturam corporis celestis non consentimus dictis antiquorum qui alias iduerunt causas sui motus: et quare motus est circularis: dixerunt enim nonnulli antiquorum celam esse de non graui: sed quod circulariter mouet hoc dixerunt: ideo quod non inuenit locum et motum ad quem descendat: eo quod dixerunt quod idigeret per portam ipsius quod dixerunt esse vniuersitatem materie aliorum corporum: quod in ipsam que cedere non possunt: que corpora compressa sustinet ipsam sicut in humeris gigantum portare in circuitu: et hoc fabulose putantes dixerunt: quod gigas nomine Hebraeus portat ipsius in circuitu: et sustinet et peruat superius: et non permittit ipsum inclinari. Volebant autem idem dicere his qui posteriores fuerunt dicentibus quod corpora superiora terra omnia sunt habentia grauitatem per naturam: et descendere nisi esset aliquid quod prohiberet descensum eorum: sed non dixerunt quod teneret ea gigas et prohiberet a descensu: sed potius anima que suspendit pedem vel aliam ne descendat: hanc animam dixerunt esse vniuersam anime animalium. Sermo autem iste de celo non est probatus per syllogismum demostratiuum: sed trahendo dixerunt que dixerunt per similitudinem fabulofam ad hec superiora celi referentes. Neque iterum veram causam permanentie celi retulit Empedocles qui dixit celum esse de se corruptibile: sed quod non corruptibile hoc est propter nimiam suam velocitatem que impedit quod alterationes agentium in ipsam non figuntur in ipso: sicut est aqua velociter currentis non de facili calefit a sole: nec de facili congelatur a frigore congelante in glaciem. Dixit etiam Empedocles quod velocitas prohibet ipsum descendere: eo quod retinet ipsum in loco propter centrum id est suspensionem: ita quod nec declinare potest nec descendere: cuius simile dixit esse in recto circulariter moto velocissime

qui stat in loco vno retentus a velocitate motus: propter quam nec cadere nec recedere potest: propter quod nos dicimus quod si celum esset naturaliter graue et esset superius retentum propter velocitatem sui motus: vel propter causam altam: tunc impossibile esset habere motum esse perpetuum: et immutabile: quod nullus motus violentus est perpetuus: iste autem motus esset violentus ad minus quo ad naturam eius quod mouet: sed enim dicat quod mouet ab anima quidam antiquorum: tamen iste motus anime non est secundum naturam corporis quod mouet ab anima: sed potius violentia fit ei: et ideo inducit laborem et penam: motus autem violentus non est semper terminus: sicut multoties ostendimus. Simplicius autem est ne gaudium quod dicitur quod celi sit motus semperterminus propter animam que cogit ipsum ut sit semperterminus: sed enim anime animalium largiatur eis esse et motum et permanentiam ad tempus: et quando egreditur anima exspirat corpus et marcescit: tamen hoc non potest facere perpetue eo quod nocumeta includit in corpus: et efficitur inabile moribus anime. Sermo autem talis est impossibilis de corporibus celestibus: quod vita talis anime et actus eius in corpus non est absque labore et pena: quod autem videre: audire: imaginari: et mouere labores sunt: sicut philosophi sermones testantur: propter quod vita hec non est bona et summe laudabilis: cum motus anime quo mouet talia corpora non sit secundum additionem per naturam partis corporalis que mouet: omnis autem natura talis est impedita ex prerogative motus nullis: et est priuata quiete delectabilis facta in omni eo qui habet bonam rationem. Similiter autem si celum habet tale animam absque dubio misera erit anima beatus et impedita que priuatur quiete que debet locali laboranti: cum tamen sit facta ex habere rationem certam cuius est attribuere quietem laboranti. Quod enim talis sit prout quod continuus motus eius testatur quod non est ei quies: omne nec similitudo quietis que datur anime animalis in somno vel in similitudine somni in quo quiescunt vires animalium: et ideo dixerunt quod celi motus est aliquid simile exemplo rote que trion vel aquicea vocatur: eius preparatio fuit ut semper moueat ab eo quod mouet ab ipso: sicut quod rota suspenditur: et ceterum eius foras: et artificie retinere argenti vniuersi in cantibus non simul: sed per partes descendit: tunc enim semper deprimunt anteriori semicirculo per argentum vniuersi descendens: et in posteriori semicirculo eleuatur pars argenti vniuersi: quod iterum deprimunt semicirculo anteriori: cum idem autem artificie in rotis magis sit per arenam: et tali artificie factum dixerunt fuisse motum semperterminum: sicut talis rota est semperterminus motus violentus. Dicitur autem istud inconueniens est et de somno et de primo motu dicitur esse absque syllogismo persuadere. Sed sufficit eis propter imperitiam dictam transire per similitudinem et fabulofam viam: sicut etiam quando dixerunt multitudinem deorum non sufficienter probauerunt: sed transierunt per similia et fabulas et virtutes nature deos opinantes. Nos autem cum philosophiam persequamur: non oportet sollicitari ad disputandum propter sermonem dicentis aliquid quod eius modo dicat illud: sed sufficit nobis ut disputemus cuiusque motus dicitur aliquid sermone vero et syllogistice. Dimittamus igitur nunc antiqua fabulosa tanquam nobis non idonea: et redeamus ad materiam philosophiam inquirendo differentias et proprietates residuas corporis nobilissimum quod est celum.

Cap. 4. De sursum et deorsum celi secundum opinionem Pythagoricorum.

Mater proprietates autem ipsius que est primo inquit redanda est ea que est principium et differentia simul dimensionis eius et motus: hec autem est differentia situs et positionis eius que est sursum et deorsum: et dextrum et sinistrum: et ante et retro. De his igitur inquirere vtile est primo inducere quecumque contra hoc dixerunt antiqui. Dico igitur quod quidam ex antiquis philosophis tradiderunt celum habere dextrum et sinistrum: et sunt precipue illi qui fuerunt de schola Pythagore. De his primum fuerunt iter querentes de celo et de numero eorum fuerunt qui ista dixerunt: viderunt enim celum habere animam: et viderunt animam corporis et mobilis ad locum habere esse differentias: et ideo celo eas attribuunt. Intendimus igitur inquirere veritatem dictarum: et considerare an celo conueniat dextra et sinistra: sicut dixerunt: an contrario modo se habet. Primum igitur in quo reprehensibilis esse videtur Pythagore est quod tradiderunt posteriora: et non fecerunt mentionem de prioribus eorum secundum naturam. Si enim nos dixerimus quod corpus alicui pueniat hec principia motus localis que sunt

... dicitur ...

Am lassito / dicitur motor / ex motu. vide in 8o scilicet ca / pitulo de suba / orbis, vide et / co 3o pui / scilicet.

... dicitur ...

Ex. c. 4.



... dicitur ...

Ex. c. 5.

... dicitur ...

Ex. c. 6.

Ex. c. 7.

De celo et mundo

dextrum et sinistrum: oportet necessario quod tradamus prius
 qualiter conueniant ei priora his que sunt principia istorum:
 hec autem sunt sursum et deorsum: et ante et retro. In libro
 enim quem scripsimus de motibus animalium: ostendimus
 hec esse priora his que sunt dextrum et sinistrum: pertinent
 enim hec ad speculationem motuum animalium: eo quod cum
 ipsa principia motuum sunt in animalibus sunt magis appa-
 rentes iste differentie. Est autem ratio qua probatur quod sur-
 sum et deorsum: et ante et retro sunt priora dextro et sinistro a
 generalitate subiectorum ipsorum sumpta: quia in pluribus
 inuenitur sursum et deorsum: et ante et retro: quod dextrum et si-
 nistrum: in omnibus enim in quibus inuenitur dextrum et si-
 nistrum: inuenitur et ante et retro: et sursum et deorsum: et non
 conuertitur: et in omnibus in quibus inuenitur ante et retro:
 inuenitur sursum et deorsum: sed non conuertitur. Igitur
 prima secundum naturam ista sunt sursum et deorsum: et secunda
 sunt ante et retro: et vltima sunt dextrum et sinistrum. In pluribus
 autem inuenitur sursum et deorsum probatur inductione et sensu:
 quod quedam et non omnia animalia sunt quibus omnes iste
 differentie inueniuntur: que sunt sursum et deorsum: et ante et retro:
 et dextrum et sinistrum. Sunt enim sola ista animalia hec omnia
 habentia que dicuntur perfecta: que scilicet habent omnes sensus et
 motum localem: plura autem animalia habent ante et retro:
 et sursum et deorsum: et non dextrum et sinistrum: sicut aialia imp-
 perfecta que non habent omnes sensus: sed habent sensum tactus
 et gustum: secundum quod est quidam tactus et carent motu locali: non
 enim mouentur nisi tunc motu frictionis et dilatationis: sicut
 ostrea: et conche quedam: et spongie: in his enim tunc est sur-
 sum et deorsum propter motum nutrimenti: et ante et retro pro-
 pter motum sensuum: sed autem non multum deprehendatur
 in eis eo quod non inueniuntur in eis figurata organa sensuum: et
 ideo fortassis Aristoteles dixit talia habere retro: et non facit me-
 tionem de ante in talibus animalibus. In his autem non est
 dextrum et sinistrum: cum in eis non sit motus localis: eo quod
 natura non abundat superfluis: et omnino superfluum effectus
 quod aliquid haberet principium motus localis quod est immobile secundum
 locum. In pluribus autem inest adhuc sursum et deorsum: quia
 hoc inest omnibus animalibus: ita quod etiam pluribus inest eo
 quod in plantis inest motus cimenti: cuius principium est sur-
 sum et etiam deorsum: sed in eis non est ante et retro: cum non
 habeant sensum nec dextrum nec sinistrum cum non habeant
 motum localem: sed dicat Isaac in libro de elementis quod plante
 habent duos sensus. scilicet gustum et tactum: sed Isaac distinguit
 inter duos sensus animalis et sensus naturalis: sensus natu-
 rales vocat virtutes acceptiuas alimenti conuenientes:
 animalis autem eos qui cum alimento etiam intentiones
 percipiunt sensibilium secundum anime quod dicitur iudicium: et nales quod
 dicit esse in plantis: propter hoc quod inueniuntur frequenter con-
 uenientes trahere et abstinere se ab inconuenienti: aiales autem di-
 cit esse in aialibus solis. Nos autem de hoc non curamus: quod
 ante et retro non sunt principia motus sensibilis nisi put sen-
 sus est aialis: et non nales. Et oibus autem his que dicuntur sur-
 sum et deorsum reuerentes dicimus quod si nos attribuimus celorum
 rei aiate secundum Pythagoram dextrum et sinistrum: tunc proculdubio de-
 bemus ei attribuere priora his sine quibus ista nunquam inueniuntur
 aialia: sicut determinari habet in libro de motibus aia-
 libus. C. Amplius autem cum sint principales istarum differentiarum tres
 scilicet sursum: et ante: et dextrum: et hoc secundum Pythagoram: eo quod ipse lo-
 cavit ea iter iterstitia boni: et oppositas earum que sunt ante et re-
 tro: et deorsum et sinistrum: iter iterstitia siue in coordinatio-
 ne mali: tunc operibus absque dubio quod quilibet istarum habeat rationem
 principii primi in ordine suo. Dico autem modos differentiarum
 istarum nihil aliud esse quam sursum: cui opponitur deorsum: et ante cui
 opponitur retro: et dextrum cui opponitur sinistrum: operibus enim ut dixi-
 mus quod dimensiones superficies que sunt iter istas omnes oibus
 sint corporibus aialibus incompletorum siue perfectorum: sed tres earum ut
 diximus sint principia per se et tres per accidens. Dico. n. sursum
 esse principium longitudinis aiatum corporum per hoc quod est prin-
 cipium augmenti siue incrementi. Si autem longitudo per se et non in na-
 li corpore aiatum accipere: non esset sursum principium longitudinis
 nisi: sed potius quod dicitur dimensio inter punctum et punctum: si in
 rto accipere illa esset longitudo sine latitudine que linea vo-
 cat. Sic autem aiatum dimensio aiatum corporum longitudo est: et illa
 est que porrigitur a sursum in deorsum: et cuius principium effectum

est sursum quod est calor cordis: ex quo sicut et habere virtutem
 formativam tota longitudo totius corporis producit: et ita diu-
 durat ista extensio longitudinis animati quousque potest calidum
 formatum extendere et humidum radicale extendi: sicut in 2^o de
 anima magis determinari: et hoc patet quod sursum per se est
 principium longitudinis: et deorsum per accidens: quod deorsum non est
 principium factum longitudinis: sed potius terminatum: quod lon-
 gitudo in inensum produci non potest: et ideo accipit terminum
 id quod est deorsum: cuius est etiam alia causa ex parte nutrime-
 ti: quod scilicet nutrimentum oium aiatum commixtum est propter quod graui-
 res partes ipsius descendunt ad nutrimentum membrorum inferiorum
 que magis sunt terrena: et melancholica: subtiliores autem par-
 tes eleuantur virtute caloris ad nutrimenta membra superiora que
 magis sunt sanguinea et cholericum: et datus est signum quod mem-
 bra viros et masculorum propter abundantiam caloris frequenter
 sunt supius magis nutrita: quod masculi superiora membra ut hu-
 meros habent crassiora quam inferiora: femine autem e converso: et ideo
 cum cadunt masculi a loco alto cadunt frequenter super humeros et
 femine super posteriora. Sed de his oibus non precipue reddi
 debet in libro de aialibus: hoc autem tunc sit dictum quod sursum in
 aiatum est virtus augens que est principium longitudinis aialis:
 cui assignatur deorsum per oppositum: quod longitudinis necessario
 duo sunt termini: per alium autem modum dextrum latitudinis est
 principium: non quidem mathematicum: sed potius latitudinis in-
 formate virtute motus secundum locum. Motus enim ille est oris
 a posteriori parte cerebri vel a vicario posterioris partis ce-
 rebrum que est mucha per spem diles dorsum descendens: tunc non est
 fundum et explicat per organa motiva nisi in latere quod intus
 est latitudinis aialis: et hoc est latus dextrum: et ideo in latere
 videmus omnia motus organa formari a natura: in latere dextro
 insistant crura ad ambulandum: et ale ad volandum: et reptilium
 parat pedes vel anas vel costas: et insistant in dorso: tunc in la-
 tere habent suas mobilitates et volubilitates: propter hec na-
 tura ordinavit ibi vertebra et plicides verteborum: in quibus
 virtutes sunt motus aialis: et ad motum illud per se quidem re-
 fert dextrum: quod hoc propter plenitudinem caloris et cordis maioris ver-
 ticalis versus latus dextrum expedita habet virtutem motivam: et
 ideo omne aialia perfectum sicut homo: equus: leo: bos: elephas:
 et vultus modum aialia mobilia dextrum pedem preponunt in ambula-
 do: et dextrum humerum parat ad onera portanda: nisi studeant in
 contrarium: vel nisi dextra sit impedita per accidens. Sinistrum
 autem non refert ad motum nisi per accidens: trahit enim pes sinis-
 ter ad corpus sustinendum ne decidat: quod pes dexter eleuat in
 perfectione motus: et dum pes sinister corpus eius sustinet quod mo-
 uet virtus motiva recolligit et regit in dextrum: unde incipit:
 sic enim semper emittendo actum ipsius motus in pedem et rede-
 undum et iter emittit per totam ambulatio. Sed sic non est in
 volatu: quod in volatu auis vtriusque alam simul mouet. Sed tunc in
 volatu dextrum est principium motus et sinistrum mouet eum dextro
 ad sustentandum in motu: sic igitur intelligitur quod dicit dextrum esse
 principium latitudinis in motu locali: eodem autem modo ante dicit
 esse principium profunditatis non mathematicam: sed potius quod est
 principium motus qui est subiectum oium sensuum ante in orga-
 nis sensuum que sunt ante figurata. Cum enim tactus sit quasi sub-
 lectum oium sensuum ad quem omnes sensus quasi referunt: eo quod
 organum cuiuslibet sensus habet etiam tactum: cuius signum est quod
 imobilitate per frigus tactu in somnis omnes sensus imobil-
 tant: erit motus sensibilium virtutum incipiens ab ante ubi sunt
 sensuum organa et pertingens usque ad primum organum tactus
 quod est cor: et sic mouebit ab ante in profundum: sursum autem in
 corpore est ab ante in retro: quod probatur per hoc quod tres diame-
 tri ad rectos angulos secantes se in corpore non possunt produci
 nisi a deorsum in sursum: et a latere in latus: et ab ante in re-
 tro. Cum igitur diameter a sursum in deorsum producta sit men-
 sura longitudinis: et illa que est ducta a latere in latus sit me-
 sura latitudinis: erit necessario illa que producit ab ante in re-
 tro mensura profunditatis. Est autem adhuc aliter motus aia-
 lis ab ante in retro: virtutes enim aiales comprehenduntur sunt de
 intus et de extra: incipit autem comprehensio extra et vadit intus
 usque ad posteriorem partem cerebri: in qua sunt virtutes me-
 moriales et recordatiue que reflectunt iterum in rem extra: sic
 patet quod processus motus aialis qui per se aialis est ab ante et
 retro viros istorum modorum: principium enim in istis differentijs
 non vocatur aliud nisi vnum in primis: ita quod ante ipsum in nullo
 incipit

Non quomodo
 Isaac posuit
 sensus nales et
 plantis.

Propter quod
 aialia perfecta
 in ambulando
 preponunt pedem
 dextrum.

Non dextrum
 sit principium
 latitudinis in motu
 locali.

Non ante est
 principium profunditatis
 respectu
 sensationis.

De isto dupli-
 ci motu sensuum
 interiorum et
 exteriorum. Vi-
 de Lome. in
 commento super li-
 bro de somno
 et vigilia et in
 2^o colligat.

Non quomodo
 Isaac posuit
 sensus nales et
 plantis.

Tex. c. 8.

incipit motus in eo corpore animato in quo est motus. Sic enim dicitur quod motus augmenti est sursum: et per motus localis est dextrum: et per motus sensibilis est ante: et significatio est in corpore animato ubi sunt sensum organa. Et propter hoc enim: et his similia non inquirimus in omni corpore sursum: et deorsum: et dextrum: et sinistrum: et ante: et retro: sed inquirimus ista omnia simul in corporibus animalium perfectiorum que habent spiritus animales: et naturales: et vitales: et habent in se per motus: quo potest moveri a seipso sine omni extrinseco mouente: ipsa: has enim differentias non inuenimus omnino in corporibus que non habent animas que sunt simpliciter sicut elementa: vel que sunt homogenea sicut lapides: et mineralium genera: in talibus enim non est dicere aliquid per motum: unde incipiat motus eorum plus in una parte quam in alia. Amplius autem quedam sunt inter corpora que si mouentur ex omnibus partibus mouentur equaliter: et est totus in eis: et partibus cuiuslibet motus vnus: et idem sicut ascendit ignis: et terra descendit: et in talibus non possunt poni sursum: et dextrum: et sinistrum: ante: et retro: neque per figuras: neque per potentias siue per virtutes ad motum aliquem ordinata distincta. Si autem dicamus in talibus esse dextrum: et sinistrum: hoc non erit quod intelligimus in eis esse simpliciter has differentias sed secundum comparationem ad nos relative attributimus eas talibus corporibus. Sicut dicimus dextrum: et sinistrum terre quod nobis est ad dextrum: et sinistrum: et latius terre quod nobis est ad sinistrum: et huiusmodi simile est quod obseruatur in augurijs: et auspicijs in quibus non dicitur dextrum: et sinistrum: sed potius autem tota que sedet ad dextrum eius cui augurium est et cui eligitur vox pronostici dicitur dextra sedens: a sinistris eiusdem dicitur sinistra: et hoc modo vocare assueuimus metaphorice habentia figuras animalium dextra: et sinistra quando sunt opposita positioni morientium que est in nobis: sicut statua in dextris cuius sinistra contra dextra: et sinistra eius aspicientis: et eius sinistra contra dextra eiusdem: et simile est forma de speculo plano: et conuexo: et vt vultur dicitur situs omnium talium per transpositionem se habet ad situs hominum conuerti ad ea: et sic per similitudinem: et non per virtutem dicitur statua habere dextrum: et sinistrum: et ante: et retro in esse: sed in statua non est aliqua differentiarum istarum: cuius signum est: quia si reuoluatur statua a situ vno nominamus differentias istas contrario modo quo nominabamus eas ante reuolutionem. In reuolutione autem eius sit dextra sinistra: et sinistra dextra: et ante retro: et retro ante: et sursum deorsum: et deorsum sursum: quando reuoluatur diuersimode: et hoc est ideo quia ista dicimus per comparationem ad nos: nisi velimus loqui per similitudinem: vt dicamus os similitudine oculis: et oculis similitudine oculis: tunc enim dicimus dextrum statue dextrum quocumque modo conuertatur. Sed tunc loquimur per intentiones alientium virtutis que sit in dextra vel sinistra: quia virtus talis: aut est in natura sicut in animalibus: aut pronostici sicut in augurijs: et auspicijs. In similitudine autem non est nisi figura: et nulla virtus omnino. Et his igitur omnibus facile patet quod tales differentie non sunt proprie nisi in animalibus: et sunt principia motus sicut dicimus. Et ex omnibus autem dicitis necessario habetur quod admiramur de Pythagoricis: et iuehimur contra eos secundum id quod dixerunt eos primos motus esse duos tantum: quorum principia sunt dextra: et sinistra: et dimiserunt differentie quatuor: reliqua motus: qui non sunt minus differentes: et minus generales istis que nominamus: sed potius plus differunt: et maioris sunt contrarietatis: differentia autem que est contra omnes diuersitatis que est inter ante: et retro: non est minor: quam differentia que est inter dextrum: et sinistrum: quia sicut ostendimus superius: ante retro sunt in omnibus animalibus: et dextrum: et sinistrum non sunt in omnibus animalibus. Adhuc autem dextra: et sinistra non differunt nisi in virtute mouente: et non differunt per figuras. Ante autem: et retro: et sursum: et deorsum: differunt et per potentias: et per figuras. Adhuc autem sursum: et deorsum: sunt in omnibus que habent habitum: et vitalem spiritum de numero animalium: et plantarum: dextra autem: et sinistra non inveniuntur in aliquo plantae. Amplius autem cum conueniat omnibus longitudinem: et ante latitudinem: et per motum: ad ipsum quoniam ex prima dimensione principia secunda: et ex secunda: et prima principia tertia: ostendimus autem superius quod sursum: et per motum: et per dextra: est per motum: et per motum: si autem hec ita se habent in principia: absque omnibus sic se habebunt esse principia motuum dicitur: quod sursum: et sinistrum esse: et distinctionem sunt ante dextrum: et sinistrum. Dico autem primum inesse suo: quia cum primus vel secundus patet: alterum al-

tero multipliciter dicatur non omnibus modis positus est sursum: et deorsum: ante dextrum: et sinistrum: sed secundum esse cause: et causati: dicitur enim est quod sursum: est ubi est initium motus: autem: sicut dicimus: et non tamen in trius motus cuiusque animalis: sed et motus localis: quia virtus mouens oritur a corde: et perfectior: completur a posteriori parte cerebri: in omnibus cerebri habitibus: et in non habitibus: cor: et cerebri: idem faciunt membra que sunt loco cordis: et cerebri: perfecta autem virtus in cerebro fluit per nucham: que distendit per spondiles dorsum: per totam enim longitudinem illam oriuntur nervi moriuntur in corporibus animalium: que habent localem motum: et dextrum: est locus eritus motus in membra que sunt organa motus: et non per motum: quod infinitus motus vel vnde primo influit motus: dextrum enim latius influit motum in organa motus: que sunt crura: et ale: et per mulc piscium. Id autem quod est ante: est locum ubi finit motus: quod per motum: finit in spatio extrinsecis crurium vel alax: et omne his organa motus localis extendit ea ad ante: et in loco ad quem extendere potest finitur motus: vnus: et redit exinde: et incipit alium: et sic continue procedit animal donec perfecterit motum totum. De hoc autem plura quae fuerunt ante me aliter dixerunt. Inuenit enim in scriptis Alexander: et Theophrastus quos Auerrois imitatur: quod ante dicitur locus finis motus sensibilis: quod cum motus: quo sensibilia mouentur sensus sit per modum imitationis: peruenit ista imitatio versus ad organa sensuum: sunt enim sicut superius dicitur: sed nostra expositio conuenientior: esse videtur. Si autem est secundum quod dicimus tunc perculdubio et quod est sursum: in est potentia: et virtus: et ceptionis motus: proprie inter omnes motus: qui sunt inter reliqua que dicimus: est: et redargendus: Pythagoras: et sequaces sui qui dimiserunt dicere ea que sunt principia omnibus animalibus: et dixerunt de dextro: et sinistro tantum. Et redarguendi sunt et in hoc quod dixerunt quod dextrum: et sinistrum sunt in omnibus rebus equaliter: secundum rationem vnam. Nos autem neutrum horum confirmatur: quia nec dicimus eas esse in omnibus rebus: non sint nisi in animalibus: que habent motum localem: et dicimus quod in his in quibus sunt: non sunt secundum vnam rationem: sed potius per plus: et perfectius: quod plus sunt in ea nate qui est celi: et sunt et per plus in masculo: et per plus in femina: et nihil horum bene discernit Pythagoras: qui ista celo primus attribuit: hec igitur dicta sunt contra Pythagoras.

Cap. 5. De dextro: et sinistro: sursum: et deorsum secundum traditionem veritatis.



Veritatem autem de supradictis tradentes dicimus: quod si concedatur celi habere animam que est in eo per principia sui localis motus: sicut per animalium: in 8. phisicorum: tunc perculdubio oportet concedere in eo ea que sunt principia motuum animalium: et hec sunt sursum: et deorsum: et dextrum: et sinistrum: cum autem dicimus celum habere animam: et animam terre habere animam: erit anima sumpta ex voce: quia id quod vocatur anima in celo est suba separata que non est aliquid actus corporis: nec partem corporis: nec habet actum aliquem in corpore nisi actum motus localis que influit ei: nec enim est educta de corpore suba illa: nec habet aliquam dependentiam ad ipsum: nec aliquid accipit ex ipso: et cum dicitur actus: et perfectio celi est suba illa non dicitur hic esse per modum illum quo anima in inferioribus est actus: et perfectio corporis organici potentia vitas habentis: tunc suba illa esset obligata corpori: et esset actus eius: non libera: et esset limitata: sicut ostendimus in primis: sed habet se anima ad corpus tripliciter: scilicet per esse: et apprehendere: et operari. In corpore per partem practicam ipsius: et siquidem comparemus animam inferiorem ad corpus dependentiam habet ad ipsum: et est obligata ei ita quod passiones que sunt in corpore redundant versus ad animam: et hoc modo non comparatur intelligentia separata ad essentiam orbium celestium: quia potius est ipsa suba est esse orbis: et econuerso ex essentia orbis sit substantia separata secundum dicta per hoc. Similiter autem si comparatur anima ad corpus secundum virtutes apprehensiuas extra vel itas: videmus expressisse quod anima accipit a corpore: et passiones que sunt in corpore pertingunt ad animam: et hoc iterum modo non possumus comparare substantias separatas ad celum: cum nihil apprehensionis: et scientie accipiat ille substantie ab orbibus: sed potius a causa prima: comparat igitur ad celum tertio modo tantum: et non est tamen perfecte plena illa comparatio: quia nos videmus substantias illas non mouere partes: sed totum: et ideo non videntur nervis et musculis: et filis quibus perficit ille motus. Et hec est causa quare multi magni viri negauerunt celum habere animam: cum in veritate veram non habeat rationem anime substantia separata: cor: ad

Tex. co. 9.

Tex. co. 10.

Tex. co. 11.

Tex. co. 12.

Barro i. c. i. huius scilicet a quo discrepat Albertus.

Tex. co. 13.

vide quomodo celi dicitur anima. Barro. i. sine huius capitulo de his orbibus.

vide per hoc celi. c. 3. per huius in Barro.

nota est per quos magni viri negauerunt celum habere animam.

De celo et mundo

pus enim celeste sicut septius diximus non est portio nisi nisi ad motum: et per seipsum sine vegetabili parte et sensibili natura est accipere actiones et operationes et motum substantie separate per quod ipsa inter omnia corpora dicitur esse spiritualis et creatum in anime umbra vegetabilis cum primum sit quod nobilitate sui habet inferioris sub eo quod per seipsum est motius quod admodum anima quod non convenit alicui alii corpori nisi sibi: et ideo si substantia separata dicitur forma celi actus vel perfectio hoc non dicitur nisi quia actus et operatio sunt separate in se: motus est in tali corpore et fit unum ex corpore celesti et ex tali substantia sicut ex motore penitus immobilis fit unum: et hec est simpliciter unum quod est inter omnia illa que sunt composita et illud unum causa est omnium compositorum: et quilibet compositum tanto meliorem et nobiliorum habet virtute: quanto fuerit illi principium: et forma tanto nobiliorum virtus est quanto est magis separata: sicut diximus in physicis: et hec dicta sunt secundum peritiam peripateticorum: quia quorundam ut Aristoteles et aliorum mathematicorum sententia fuit corpus celi non moveri nisi a voluntate cause prime. Hec autem omnia dicta sunt ut intelligamus qualiter secundum peripateticos celum habet dextrum. Et si quis obijciat et forte dicat quod cum substantia separata est intellectualis et intellectus est unum et saltem tamen qualis substantia movet hunc motum celi vel illum: cum non possit movere hunc vel illum: nisi efficiatur hoc vel ille per aliud principium et particulare: et hoc non est in intellectu qui non habet nisi rerum quod dicitur puras: et ille sunt unius absolute: quem admodum diximus. Et dicemus ad illud quod sicut est in anima quod ipsa facit per essentiam quedam: quedam autem per suas potentias naturales: ita est de motoribus celestibus: anima enim vitam facit. sicut in corpore per se ipsam: et non per aliquam potentiam naturalem efficiat et inherentes. Si vero dicimus quod substantie separate per suas essentias sunt motus orbis: et hoc sonat intellectus unius actus et operationis: et cum essentia motoris ex ipso ordine suo procedat a prima causa: sic determinata movebit ipsa motus determinatum: et cum dicitur quod est unius dicitur sicut causa est unum falis que tamen determinat est causa et natura: sed plane concedi oportet quod si est motus per intellectum sicut per potentiam que consequitur esse eius: tunc oportet quod non moveret hunc motum nisi aliquid daret et cognitionem huius motus principii: sed de omnibus his perfectus tractat habebitur in prima parte: versus ad illud tempus ergo differatur. Supposito ergo secundum philosophos quod celi habeat animam: tunc oportet quod ea habeat que sunt principia motus qui sunt ab anima in corpore: et hec sunt sursum et deorsum: et dextrum et sinistrum: et ante et retro. Hec oportet aliquem negare que dicta sunt propter hoc quod celum est rotundum: et unius dispositionis secundum figuram: cum nos videamus istam differentiam habere in animalibus inferioribus: et per figuram et per virtutem: et enim dextrum et sinistrum non differant figuris sed potentibus inferioribus: tamen sursum et deorsum: et ante et retro differunt etiam virtutibus: et insuper figuris: hac enim de causa posset aliquis dicere quod celum non haberet ipsa principia. Amplius autem dicitur forte quis qualis possit una pars esse dicitur dextra: et altera sinistra: cum nos videamus quod celus quo ad omnes partes est unius motus simpliciter et perpetuus: unum enim motum et uno modo se habent non videmus in inferioribus que habent dextram et sinistram. Amplius autem cum nos dixerimus substantias separate que movent celos esse separate: et non esse actus corporis: qualis in eo quod movetur erit dextrum et sinistrum: cum ista non facti nisi per virtutes que sunt in corpore: et per virtutes quarum una deficit ab alia in corpore habente in se similia quorum victoria differens in calido et frigido facit dextrum et sinistrum. Et his et similibus quidam de precipuis in prima negaverunt celi habere dextrum et sinistrum: et sursum et deorsum: et ante et retro: et dixerunt quod Aristoteles dicit in celo et mundo de dextro et sinistro non ex sua sententia: sed potius ex hypothese: ut ostenderet quod etiam si non poneretur celum habere dextrum et sinistrum quod ad hoc reprehensibilis est Aristoteles in hoc quod dimittit de his differentijs loquebatur: et hac opinione perculdubio consensit Averroes: sicut videtur ex suis verbis super secundo de celo et mundo. Nos autem credimus secundum veritatem quod celi habet dextrum et sinistrum: et quod obijciatur secundo de uniusformitate figure ordinis quod nullus est impedimentum: quia quod inferius est in figura secundum istas differentias: ideo est quia motor qui est anima inferiorum est actus corporis multiplex secundum multas potentias distinctas: cor-

pori: diversitas enim organorum in corpore animato est a diversitate virtutis in anima existens: sicut probari potest in secundo de anima. In superioribus autem in quibus sunt motores separate non est necessario talis diversitas: sed in eis diversitas virtutis ista est enim generale in tota natura quod causa superior que insit et inspicit in causa inferior semper est minoris diversitatis quam inferior in qua insit et inspicit. Quod autem de motu obijci dicitur quod motus quidem est uniusformis per totum in hoc quod non intercipit quiete vel similia dispositione que facit ipsum tardiores vel velociores: sed mobile non sic est uniusforme quod motus eius sit ab omnibus partibus equaliter: sed potius videmus oculis nostris esse motum ab una parte et non ab alia: quod per oculos quod est ab oriente: et illa pars que ipse et pars occidentalis impulsa: et oportet quod huius sit causa aliquid in natura. Dextrum ergo erit in celo unde est motus eius: eo quod in omni animato est motus a dextra sicut diximus superius: quod autem dicitur de virtutibus naturalibus quod perfectio dextrum et sinistrum: et de similibus dicitur est: ac si ex una causa dextrum sit et sinistrum in superioribus et inferioribus: sed hoc non videtur esse concedendum: per se esse cum nos ostendimus quod anima in celestibus et in inferioribus non est unius rationis. Cum enim anima non sit unius rationis in superioribus et inferioribus: tunc non erunt principia motus anime in inferioribus et superioribus unius rationis: et ideo ante et retro: et sursum et deorsum: et dextrum et sinistrum non dicuntur de celo per eandem rationem qua dicuntur de inferioribus: et ideo videtur dicitur quod dextrum et sinistrum non sunt ex diversitate sube momentis sed potius ex diversitate eius quod movetur: et enim non sit susceptibile celi superiorum: suscipit tamen similitudinem maiorem in parte una quam in alia: et stellas plures in una parte quam in alia: et hoc est in una parte est magis aptum suscipere actum sui motoris secundum unam partem quam secundum aliam: et hanc habet dextrum et sinistrum oppositum huius sinistrum: et sicut est de sursum et deorsum: et de ante et retro: sicut inferius patebit: propter istas igitur obijctiones non est necessarium nobis negare celum habere dextrum et sinistrum: et deorsum et sursum. Oportet enim nos imaginari dextrum orbis per simile: quod scilicet dicamus hominem habitantem sursum et deorsum: et ante et retro: dextrum et sinistrum differentia in corpore suo per figuram et per virtutes extendi a celo et de polo in polos ita quod caput eius sit in polo australi qui vocatur arcticus: et eius facies sit versa ad hemispherium nostrum in quo nos habitamus: ille enim necessario dextrum habet in oriente et sinistrum in occidente: deinde intelligamus subtrahi figuram humanorum organorum ex homine illo et remanere virtutes in ipso celo: et esse sibi eas naturales: tunc videmus in orbe primo ab his dubio virtutes has esse quod scimus quod ex opere sue factiois sit actus est orbis quod huius locum unde incipit suus motus: et unde finit una sua revolutio. Sic enim imaginatio est de causa inceptiois motus orbis potius in parte una quam in parte alia. Cum enim motus unius revolutio non secundum tempus sit infinitum: eo quod circiferentia non est ambitus infinitus: sicut diximus: oportet quod aliqua sit pars secundum partes celi: et aliquis locus vel sit unde incipit motus revolutio: omne enim cum una revolutio incipit post aliam revolutio huius perculdubio locum inceptiois in aliqua parte et in aliquo loco: omnis autem motus incipit a parte et loco determinatis: oportet quod habeat principium aliquod naturale quod sit causa quare incipit ab illa parte et ab illo loco: et non ab alio: principium autem istud non potest esse nisi dextrum: ergo celum huius dextrum et illi oppositum per locum est sinistrum: hec est ratio fortior inter omnes ad perbandum quod celi huius dextrum: modo videmus quod non potest ad istas convenienter respondere: quia concedit tamen esse per effectum certum et determinatum ad visum in corpore celesti. Cum tamen qui obijciunt contra predicta dicentes quod si oriens est dextrum: aut oriens accipit in loco sine in situ uniusformis: aut in ipso corpore celi. Si autem accipiat in ipsa plaga mundi sine in dispositione sit: aut accipitur intra celum: aut accipit extra celum: si autem accipitur in ipso celo: tunc dextrum efficit aliquando sinistrum: quia quilibet pars celi aliquando est in oriente: et aliquando in occidente: et hoc videtur esse magnum inconvenientis. Si autem accipitur in ipsa plaga mundi et immobilis et extra celum: tunc accipitur secundum esse in nihilo: quia extra celum nihil est omnino: quia nihil nullus est virtutis propter hoc non potest habere virtutes dextre vel sinistre. Si autem accipit intra celum cum ipsa plaga: et sicut sit in aliquibus corporibus secundum naturam erit dextra celi secundum esse non in celo: sed in igne vel in alio corpore contento in celo: quod absurdissimum.

Ad quod ex i
telligit et or
de sit unum vi
de commentus
3^o scilicet huius.

Ad hunc sub
3^o hanc et tu
in Avicenne.

Solutio

Si considera i
hac solutioe
doctore ista
na ex. co. 36.
sz. meta. et ex
sine huius capi
tuli dicitur or
bis. ubi huius
intelligit de
potentia die
no huius autem
lecta et dicit
consideranda
per qua movet
in loco. 3.

Ad hunc sub
3^o hanc et tu
in Avicenne.

Ad hunc opi
nionem. vide
2. celi. co. 15.

Ex. co. 17.

Ad hunc fortior
quod in celo sit
dextrum.

Ad hunc sub
3^o hanc et tu
in Avicenne.

absurdissimum est & contra rationem. Ideo dixerunt qdaz q in sphaera etiam in circulo dextrum dicitur quelibet ps pel lens & quelibet pars pulsa dicitur sinistrum: sed fm hoc quel bet pars semicirculi ascendens dicitur dextra: & quelibet ps semicirculi descendens dicitur sinistra: & fm hoc dextrum & sinistrum non differunt saba in virtute: sed potius ratioe si tus tñ: & fm hoc etiam erit causatum dextrum & sinistrum in inferioribus: & non differunt nisi rone situs: & tunc homo qner tens se efficitur alia dextram hñs qua prius habuit qd est impossibile. Sicut enim se h3 dextruz & sinistrum in ca quo ad virtutes: ita se h3 in causatio: nisi q in effectu est compo situs & multiplicatus: ideo dicitur Themistius cõsentis Ale randro hoc qd supra posuimus: qd nō est dextrū & sinistrū in celo fm veritate. Sed si esset in celo dextrum & sinistrū h3 di cta Peripateticoz: tunc oporteret etiā qd esset ibi sursum & deorsum. Sed hoc dcm reputamus nos inconueniens ppter rationem supra inductā de causa inceprōis reuolutōis ce li: qd illi nostro iudicio nō potest respōderi. C Dicitur igit videtur vt supra diximus. s. dextruz & sinistrum accipiunt in celo fm eē partium celli per cōparationem ad plagam mūdi s. tum qd est dextrū fm esse nō efficitur sinistrum fm eē: s3 po test effici sinistrum per cōparationē ad plagam & sitū mundi per hoc qd est in occidentali plaga mūdi positū: & hoc nō re putamus incōueniens in inferioribus qd vel dextrū fm veri tatem efficiatur sinistrū per cōparationem. Si ergo ponim⁹ oēs situs differentias esse in celo fm esse dicentes qd longitu do orbis cuius pncipia sunt sursum & deorsum est spatium in quo disponuntur orbis fm motuz diurnum a polo in poli su per arem circuli equinoctialis super quē est motus diurnus: & cum in vno orbe fm vno subiectum sint multi orbis h3 for mam fm qd docuimus in fine. 6. physicoz dicit qd qdam ex orbibus formalibus sunt sursum in celo: & quidaz ex eis sunt de orsum. Ille enim locus qui dicitur locus sursum & qui dicitur de orsum est diuersus & differens ex orbis medietatibus: orbis formaliter sumptoz: medietates enim orbis sunt circulus equinoctialis: & circuli equidistantes circulo equinoctiali: & per distantiam ad circulum equinoctialem accipiunt in sphaera differentia: & distantia polorum orbis primi qui est super ius inter omnes orbis. Si enim accipiamus orbis diuersos qui mouentur motu diurno considerādo in eis mediu3 eorum qd describitur linea intellectualls aris que transit de polo in polo per centrum circuli equinoctialis: iuenimus qd illa medietas sit aliena que dicitur aris sphaere descripta non mouetur omnino: ita qd aliqua pars eius transeat ab vno situ in alium: vel ab vno loco in aliu3: s3 moueatur in lo co & situ suo sicut intelligeremus lineam reuolui in tota sua longitudine: illa enim in loco suo mouetur: & tamen non mutat locum: & ita est de aris sphaere qd omnes sphaere mouē tur super arem celli primi cuius est motus diurnus: cum au tem nomina damus lateribus mundi vocādo vnuz oriēs & dextrum: & alterum occidentem & sinistrum: & tertium ante: & quartum retro ponimus considerationem in orbibus qui formaliter differunt fm polos & arem polorum qui vocātur sursum & deorsum per modum quem diximus supra vbi po suimus imaginationem hominis habentis caput in polo australi & pedes in polo septentrionali & conuertentis faciē suam ad hemispherium in quo nos habitamus hic in terre superficie: sic enim considerādo superius & inferius mun di dicimus latera mundi oriēs appellādo dextrum: & oc cidens vocādo sinistrum: & superficiem celli que est ab ori ente in occasum contra ordinem signozum vocādo retro ante superficiem que est ab oriente in occidentem fm origi nem signozum vocādo retro: & sic etiā astronomici illa la tera mundi denominauerunt. Non enim damus nomina la teribus mundi et qd est ante & retro ex eis que sequuntur su periorum polum vel inferioroz: sed potius ex eis que sequuntur dextrum & sinistrum per modos quos iam determinauimus: & hoc est ideo quia distantia inter hos polos nō di cit nisi longitudinem orbis tñ: & fm hanc dimensionem il le polus cuius stellas videmus super nos: qui est polus se ptentrionalis est pars inferior orbis qui est primus inter or bes: & habet motum primū. Polus autem cuius stellas non videmus qui est australis est superior orbis eiusdem pare: & hec est imaginatio teta differentiarum situs orbis.

Et sunt in ea plures dubitationes. Cum enim ad oculuz videamus esse plures stellas in parte orbis septentrionali & plures imagines stellaruz: videt qd maioris vigoris est ps septentrionalis q̄ meridiana pars: & sic videt dignius esse qd pars septentrionalis sit sursum q̄ pars meridiana celli: & forte hec ratio mouit Pythagoram ad hoc qd dixit partes se ptentrionalem primi orbis esse sursum. Forte autem aliquis vellet rñdere & diceret qd pauciores stelle in meridie eque potentes vel fortiores sunt multis stellis in septentrione: sed hoc nō est probatum. Nos enim scimus qd pars celli magis habēs virtutes est vbi est stella: & ideo cōueniens esse videt qd vbi plures sunt stelle plus est ibi celestis virtutis. C Dicit autē ad hoc Averrois qd distinctio superioris in celo et inferioris non est vera nisi fm opinionem Pythagore: sed hoc iterum stare nō potest vt videtur cum nos videamus Aristo. reprehēditte Pythagoram: de hoc qd superius & infe rius celli nō distinguit ante dextrum & sinistrū. C Unde dicen dum videtur fm Astronomos qd Peripateticis quādo lo quantur de superior & inferiori in celo loquuntur fm mundi partem habitabile: & pars habitabilis nō est nisi quarta se ptentrionalis hemispherij superioris: & ad hoc adducemus ra tiones in libro que de longitudine & latitudine locoz cōpone mus: fm hāc enī habitabile fons caloris est a meridie & stel lis meridianis: & ideo est sursum celli sicut de eo qd est sur sum aiālis diximus: & ad hoc qd obijct qd plures sunt stel le & plures imagines in septentrione: videtur eē dicendum qd sunt septē stelle quarum virtutes omnes alie sequuntur que sunt planete que hñt se ad alias sicut anima ad corpus: sicut tradit mathematici eo qd agunt in ipas virtutes suas sicut anima in corpus: hec autē septem maxime sequuntur soles ad cuius distāciam efficiunt directe & stationarie & retrocedē tes & occulte sub radijs eius: & orientes ex ipsis: & ideo oēs stelle sequuntur soles. Solis autē vicinior via terre est in me ridie: eo qd in meridie pars breuior diametri circuli deserē tis ipsuz: & ideo vt opinor pars meridiana dicitur superior: & pars aequilonaris dicitur inferior: & hec est causa quare di cit Aristo. qd mare fuit ab aequilone in meridiem: qd in aequilone propter frigus multiplicatur aqua: & diminuantur in meridie propter calorem: & ideo altior: & multa aqua descen dit ad inferiorem & paucam aquā sicut pbabit in libro me teorozuz. Dicitur autē aliquādo aliter supremuz & infimuz celli fm cursum stellarum: & sicut mediu3 celli in meridie vo catur supremum: & mediu3 in hemispherio inferiori qd est lo cus stelle in media nocte vocatur infimuz: & hoc mō mathe matici vocant supremum & infimū celli. C Est autem dubi ratio de ante & retro: quia ista fm prius habita fm eē differ re non videtur: quia id qd inferius est fm ordinē signozum mensurādo ab oriēte in occidentem continue efficitur supe rius & habebit oppositum ordinē signozum. Adhuc autē vi detur qd ante & retro: & sursum & deorsum nō sunt in celo: & qd sursum & deorsum sunt pncipia augmenti: & ante & retro sunt pncipia sensibilibus motuz & in celo nec augmentum est: ne qd motus sensibilibus. C Sed ad hoc iterum dicendum eē vt detur qd formaliter semper differt ante & retro: & hec ostē dit conuersus ordo signozum qui semper est in his duob⁹ si ribus absq; omni ambiguitate est reuolutio que est fm or dinem signozum formaliter differt a reuolutione que est cō tra ordinem signozum: & s3 in primo orbe non sit distinctio si gnorum fm figuram: tamē in gradibus eius est virtus con formis ad virtutē signozum: & in ordine graduz accidit qd accidit in ordine signozum necessario: ppter qd etiam ostē ditur veritas qd diximus in fine. 7. physicoz. de differentia formaliter orbis: & qd orbis semper formaliter mouet de for ma in formam: & s3 materialiter non mutat locum: sic etiam materialiter & per accidens sit ante & retro: & ideo formaliter quā forma eius qd est ante semper est alia a forma eius qd est retro: s3 materia eius qd est ante sit aliquādo mā eī? qd est retro: qd illa signa que sunt ante fuerunt retro: & econ uerso: sed tamē reuolutionum forme sunt diuerse. C Qd au tem dicitur qd sursum & deorsum: & ante & retro sunt pncipia augmenti motuum & augmenti sensibilibus: solum est dicē do qd nō fm omnia hec fm que sunt iste differentie in infe rioribus sunt eē in superioribus: qd cum superiora sint sim pliciora q̄ inferiora & si sint quasi materia superiorum infe

Digressio 5 fdicta de superioriori ipi ce li.

Solo Com matoris in cō. 15.

Solo ppria.

Ad qre ps meridionalis dico sursum celli & septentrionalis deorsum.

Digressio 6 an & retro.

Solo

Solo docto ris.

Exc. cō. 14.

De celo 7 mundo

riora oportet q̄ magis sint multiformia inferiora q̄ superiora: ideo in superioribus que sunt incopozalia sunt ista p̄ncipia dimensionum t̄m: in inferiora autem sunt p̄ncipia dimensionum 7 motuum. Et itaq̄ dicitur patet q̄ ē a p̄bīs aspectus qui est s̄m ordinem signorum dicitur dexter: aspectus enim idē est q̄ directio sive prolectio radiorū: 7 siue illa sint in fertam partē circuli: siue in tertiā: siue in alteram s̄m q̄ vocant aspectū fertillē 7 triangulum: 7 quadratum: 7 opposituz semper est duplex dexter. s. 7 sinister: 7 dexter quidez est contra ordinem signorū: eo q̄ ille est ab oriente ad anteriorē partem celi s̄m extensionē cōcaue superficiei celi primi a dextro versus sinistram: 7 sinistram 7 eonuerso in hemispherio superioris: in hemispherio autē inferiori s̄m ibi t̄m est habitatio ibi orientis est in occidente nostro 7 occidēs in oriente: 7 ideo ibi iterum radiatio dextra ab oriente inferioris hemispherij dextrum cōtra ordinem signorum: 7 sinistram ab occidente eiusdem hemispherij s̄m ordinem signorum: 7 ex hoc manifestum est q̄ p̄cessus orbis p̄mi est cōtra processum orbium inferiorū: p̄pter q̄ dūersum ab inferioribus habet dextrū 7 sinistram sicut nos inferius dicemus.

Cap. 6^m. De diuersitate habitātum sub dextro celi 7 sub sinistro itaq̄ s̄m orbem superiorem q̄ inferiorē.

Tex. cō. 15.



Adplus autem de dextro 7 sinistro loquentes non nominamus dextrum altius rei nisi significando p̄ncipiūz vnde est motus localis eius q̄ est animatus. Si ergo hoc est s̄m hoc p̄ncipiū motus celi supremi factus esse in parte 7 loco vnde oriūtur stelle fixe: tunc p̄culubio idem locus 7 pars est 7 dextrū celi 7 locus partis vbi occidit stelle 7 sinistra celi: 7 hic est locus 7 pars occidentis motus celi superioris. Si ergo celum incipit reuolui in motu suo ex dextro eius 7 incedit 7 reuoluitur super sinistro ad idem dextrum ipsius: tunc p̄culubio oportet q̄ superius orbis primi sit polus australis qui occultat a nobis in hac quarta nostre habitationis qui est polus culus stellarum non videmus: 7 inferioris orbis sit polus aquilonaris qui non occultatur a nobis: culus stelle namq̄ a nobis occidunt in hac parte nostre habitationis. Si autem aliquis homo oppositum diceret. s. q̄ superior pars orbis esset polus qui non est occultus nobis cuius stelle non occidit visibus nostris: tūc p̄culubio oporteret q̄ motus celi esset a sinistro in sinistram: q̄ tunc esset imaginatio partium celi sicut si hō extrēsus de polo in polum haberet caput in polo aquilonari 7 pedes in polo australi: 7 faciem ad nostram habitationem: et tunc esset necessarii sinistram eius in oriente 7 dextrum eius in occidente: 7 ideo tunc reuolueretur a sinistro in sinistram: sed hoc nos nō dicimus fieri omnino: igitur ex dictis p̄s q̄ orbis qui est in polo occulto australi est superior: 7 si qui habitant in quarta illa que est in quarta que extēditur a linea equinoctiali vsq̄ in polum australe habitant sub orbe superioris in dextro orbis p̄mi hoc est sub cōcauo q̄ est a dextro orbis primi s̄m motum primūz qui est diurnus: 7 q̄ nos in tendimus hic in habitatiōe quarte aquilonaris versus inferi orbis 7 in parte sinistra eo q̄ omnes a grecia citra habitantes sunt occidentales: 7 a grecia in Indiam habitātes in eadem quarta sunt orientales: totum ergo contrariuz est s̄m veritatem eius q̄ dicit P̄thagozas. Dixit enī q̄ nos habitamus in medietate orbis superioris in parte dextra ipsius: 7 illi qui habitant in medietate orbis australis vltra lineam equinoctialem habitant in medietate orbis superioris in parte sinistra. Jam enim per ea que diximus ostēsum est totum cōtrarium esse verum: h̄ enim meo iudicio nihil de terra habitetur nisi quarta superioris terre versus aquilonem a linea equinoctiali curā respondemus in superiori non habitantur: tamen P̄thagorici dixerunt q̄ tota medietas terre superioris que extenditur a polo versus polum oppositū habitatur: 7 citra videlicet equinoctialem vsq̄ in polū aquilonarem: 7 vltra equinoctialem vsq̄ in polū australem: ita q̄ nos citra equinoctialem habitamus vnam medietatem terre hemispherij superioris: 7 illi qui sunt vltra equinoctialem habitant aliam medietatem eiusdem hemispherij: medietas autem hemispherij non est nisi quarta pars ipsius totius terre: sicut in qualibet re medietas medietatis non est nisi quarta pars rei totius: 7 P̄thagozas dixit vsus po-

lum australem esse inferius: 7 sinistram huius totius habitationis s̄m totum hemispherium superius 7 versus polum aquilonarem esse superius: 7 dextrum hemispherij idem vocans dextrum q̄ est habens multas stellas plurime virtutis 7 sinistram q̄ habet paucas: 7 non accipiens dextrū orbi in vera significatione: 7 si dextrum sic accipiatur vt dicit P̄thagozas adhuc falsum est q̄ dicit: quia maior vigor caloris 7 stellarum est in quarta meridiana cum hoc sit superius orbis: vt probatum est quā in quarta aquilonari p̄pter virtutem solis 7 planetarū in parte illa sicut vtriusus. Si autem non accipiatur dextruz vnde est motus diurnus in sphaera supremi: sed potius vnde est motus planetarum in sphaera inferioribus: tunc dextrum et esset in occidente orbis primi: quia planete mouentur ab occidente orbis p̄mi: 7 est eorū ortus vbi est occasus orbis primi: 7 tunc oportet q̄ superius orbium planetarum sit in polo aquilonari: 7 inferioris sit in polo australi: 7 tunc habitamus nos hic citra aquilonem versus polum aquilonarem in medietate superioris hemispherij superioris que est pars dextra s̄m P̄thagoram: 7 alij qui sunt vltra equinoctialem versus polū australem habitant in medietate inferioris hemispherij superioris: quā vocat sinistram P̄thagozas. Cum enim motus orbium planetarum sit contrariuz motui orbis primi consequens est vt etiam differentiis dimensionum 7 motus ipsorum sint cōtrarie differentiis dimensionum 7 motus orbis primi: reuolutio enim planetarum cum sit ab occidente in orientem contraria est s̄m aliquem modum reuolutiōis orbis primi qui est ab oriente in occidentem: consequens igitur est q̄ nos qui sumus aquilonares versus occidentem habitantes: habitemus in parte vbi incipit motus planetarum celi: 7 q̄ isti sint in parte in qua est orizon: hoc est finitor motus celi planetarum. Est autem attendendum q̄ ortus 7 occasus cuiuslibet celi s̄m rei veritatem dupliciter est attendendus. Vno enim modo attenditur s̄m longitudinis motum: 7 alio modo s̄m motum latitudinis: 7 est motus longitudinis dicitur in astronomia motus qui est super arcu: qui est inter occidentem 7 orientem. Motus autē latitudinis dicitur motus qui est super arcum: qui est inter equinoctialem 7 polum circuli signorum 7 polum mundi. Sed astronomus aliter sumit longitudinem 7 latitudinem. Vocat enim longitudinem astronomus motum qui est super longitudinem non celi quidem sed climatum: longitudo autem climatum distinguitur ab oriente in occidentem in toto hemispherio habitabilis superioris: latitudinem vō vocat latitudinem non celi: sed potius latitudinem climatum: 7 hoc distenditur ab equinoctiali versus polum aquilonarē in quarta nostre habitationis: 7 ideo nulla est p̄radictio inter philosophos 7 astronomos: sed potius id q̄ dicit naturalis philosophus dextrum superioris celi 7 superius esse versus polum occultum versus austrum 7 sinistram eiusdem: 7 inferius esse versus polum apertum versus aquilonem 7 intelligitur ex eo q̄ dicunt astronomi: 7 similiter verus est intellectus eius q̄ dicit philosophus q̄ s̄m orbis planetarum superioris 7 dextrum sit versus polum apertum 7 inferius 7 sinistram sit versus polum occultum 7 hoc est per dictum astronomorum. Sicut enim dicimus longitudo celi que est latitudo climatum p̄ncipiatur a polo: motum autem illuz aut accipimus in stellis aut in ipsa substantia orbis: 7 si accipiamus eum in stellis absq̄ dubio compertuz est stellas moueri a polo meridionali versus polum septentrionalem: in quo vsq̄ centum annis gradu vno 7 parum plus: 7 cū dextruz sit vnde incipit motus erit dextrum stellarum in parte celi que est ad meridiem: 7 superius celi erit ibidem s̄m dimensionem longitudinis celi: 7 ita intelligitur q̄ Arist. dicit q̄ habitatores in meridie habitant in superiori orbis stellarum 7 dextro: 7 illi qui sunt in aquilone habitant in inferiori eiusdem orbis in parte sinistra earūdem stellarum. Si autem nos referimus motum celi ad ipsas celi substantias: tunc absq̄ dubio incipit motus ab oriente 7 gyrat per occidentem: 7 tunc habitatores in austro vel in aquilone non sunt in dextro celi neq̄ in sinistro: sed potius habitantes in oriente sicut Indi sunt in dextro habitantes in occidente: sicut Hispani sunt in sinistro 7 habitantes in austro sunt in superiori: 7 habitantes in aquilone sunt in inferiori. C. Similiter autem

Documentū

Tex. cō. 16.

Opio p̄thagozicorū de habitatiōe terre.

Itaq̄ q̄dō itel ligif ochi p̄bi q̄ habitates eius p̄t meridionale sūt in superiori orbis stellarū: 7 i dextro

ter autem duplex est motus planetarum: quia planete descēdunt ab aquilone et ascendunt ad meridiem et figurantur lumine et effectus eorum augentur quando ascendunt et diminuantur quando descendunt: et ideo superius orbibus planetarum secundum suam substantiam est versus polum aquilonarem in circulo solstitiali: et ab illo est motus inceptio motus stellarum planetarum secundum motum qui est latitudinis climatum: et ideo quo ad stelle motum est ibi dextrum eius: et sinister eius est in circulo solstitiali australi: quod propter hoc habitantes in aquilone habitant in superiori circulo planetarum et in dextro planete: et habitantes etiam in australi parte habitant in inferiori circulo planetarum et in sinistro planete. Si autem motus referatur ad substantiam orbis deferentis planetarum: tunc ortus planete est a plaga mundi occidentali: et ibi est dextrum eius: et occasus planete est a plaga mundi orientali: et ibi est sinister eius: secundum hoc nec in austro nec in aquilone habitantes sunt in dextro vel sinistro orbis planete: sed potius habitantes in plaga mundi occidentali sunt in dextro sicut Hispani: et habitantes in plaga mundi orientali sunt in sinistro: sicut Indi et Ethiopes: et iste est verus intellectus eius quod dixit Aristoteles et Pythagoras: et illud quod prius diximus dictum fuit secundum Alexandrum et Themistium et alios quosdam de schola Peripateticorum. Cum autem in philosophorum probatum sit motores esse in celo primo secundum circulum equinoctialem maxime eo quod iste velocissime sit motus in motu diurno videbitur forte alicui mirabile quomodo ponimus diversam principia secundum longitudinem et latitudinem et profunditatem celi: quia secundum ea que dicta sunt in octavo dicitur unum et idem esse motus principium secundum quod est mobile influens motum celo et in circulo equinoctiali: et si principium motus celi principium videbitur a dextro circuli equinoctiali et non ab aliqua parte. Sed ad hoc soluendum dico quod preter primum mobile est in quo motus est unus tamen in omnibus aliis mobilibus sunt motus multi etiam: hoc est in omni sphaera stellata sine habeat stellas multas sicut firmamentum: sine habeat stellam unicam tamen sicut sphaera septem planetarum: et hoc quidem nos ostendimus inferius. Ista autem determinatio differentiarum sic precise est secundum sphaeras stellatas habentem motum earum. secundum motum quem vocamus motum longitudinis climatum et quem vocamus motum latitudinis earum: id est ergo secundum unum maximum circulum et velocissimum maximum influat motum omni motorum ipsius: nihil tamen prohibet diversas esse aptitudines et ad recipiendum motum et motus principium in quolibet corpore celi: et secundum istas aptitudines et virtutes dicam idoneitates ad inchoandas partem et locum unus est motus differentie prehabite in orbibus distinguatur. Si ergo per ea que dicta sunt determinate sunt longitudines partium celi et loca celi determinata a quibus incipit motus celorum per quas reguntur partes: et que per loca sunt orbis stellati superioris quam habent orbis inferiores planetarum.

Cap. 7^m. De causa finali propter quam celorum motus oportet esse plures.

Obiectio 5^a Acta.

Solo

Tex. 66.17.



Is autem determinatis inquirendis videtur de his que secundum nature consequentiam remanent quasi principia ex istis. Cum enim dextrum et sinister determinati sunt diversimode tam in uno orbe quam in orbibus pluribus consequens est ex isto plures esse motus celi: pluralitas autem nec non causatur ex contrarietate formarum celi: ita quod plura sunt mobilia contrarietate formarum differentia: sicut multa sunt climata: quia in prehabitis multotiens determinatus est quod unus motus circularis non potest esse contrarius alij motui circulari per se magis sui subiecti: et ideo cum motus superiorum sint multi: tunc inquirendum est de causa finali propter quam sunt multi: et in quo subiecto: et cui sint facti sunt motus circulares multi. In superioribus enim primis quod vellemus laborare in inquirendo motum celorum. Est autem prenotandum quod cum nos inuestigare vellemus causam finalem: duplex est finis in se: in alio: nos hic volumus inuestigare motuum istorum finem nisi qui est in alio et non in seipso: et intelligatur dicendum est quod finis in se univocaliter est actio essentialis ipsius: et hoc est esse secundum quod esse dicitur sue essentie actum prout esse est actus entium: et vita actus univocum: et sentire actus sensibilibus: et intelligere sive intellectu aliter vivere actus intellectua-

lium: et hec actio est simplex: et in nullo alio recepta: finis autem in alio est actio entis prout sit passio in passivo suo proprio quod recipit actionem eius: et ille finis est effectus essentialiter agens in alio cui largiri esse sui quantum ipsum possibile est recipere ab ipso: actus enim actiuorum sunt in patientibus et dispositis qui nati sunt recipere actiones eorum. Diversimode autem attribuitur isti finis rebus eternis et corruptibilibus: quoniam in corruptibilibus in suo esse sunt perpetua per naturam: et ideo habent in seipsis esse divinum nobilius omni esse corruptibile: et cum nihil sit propter ignobilium se non possunt esse talia perpetua ad esse causatum extra ipsa nisi in alio qui est finis secundarius et vocatur finis operationis eorum et non principalis: et ideo cum dicitur quod celo motus est propter esse perpetuum quod quidem est in ipsis est ille finis per se: cum dicitur quod est propter generationem inferiorum est iste finis secundarius et non principalis. Corruptibilia autem non habent in seipsis esse divinum: sed potius in generatione: et ideo quodlibet ipsorum extra se habet nobilius esse: et hec adhuc dupliciter considerantur. Cum enim queritur propter quod est homo dicitur quod propter esse quod est ut actus essentie: propter hoc enim accipit forma hominis ut augeat in ipso actus esse hominis: cum autem homo sit completus est imperfectus ipse propter divisionem et multiplicationem huius est actus divinus esse per generationem participet: sit actus ab ipso quod est generatio eius optimus secundum naturam: et propter illud est in fine principali et non secundario: id quo ad esse inditum sit propter seipsum esse autem inditum est defectivum et non completum: et ideo est quedam conversio inter hos fines. Omne enim quod habet finem in seipso habet etiam finem in alio: sed completor est finis in seipso quam in alio: et ideo finis in alio est propter finem in ipso in talibus quia est divinum quod habent talia perpetua in seipsis non est vacuum et ociosum sed potius plenum et fontale et effluens et largum: et ideo non est contentum in fine in seipso: sed procedit potius quodammodo processione in aliud quodlibet est receptibile est sue bonitatis: id autem quod habet finem in alio necessario etiam habet finem in seipso inferiorem et ignobiliozem sicut diximus superius. Sed tamen finis in alio necessario proponit sibi finem in seipso eo quod diximus sicut in fine secundum philosophorum posteriori posito necessario ponitur prius: id est habens finem in seipso non eadem causa ponit finem in alio: quia non sequitur quod priori posito ponatur posterior nisi ratione materie altius specialiter et hoc est in preteritis: quia ideo posteriora sua ponant quia vacua in seipsis remanere non possunt. His autem habitis notandum est quod celestes motus possunt partem plures ex priori fine et ex posteriori. Si enim queratur quare celi motus sunt plures: et potest dici quod motores superiores in se perpetui eo quod non ociosi permanent motum influunt suis mobilibus perpetuum: et quia motus distant longe et prope a loco mobili diversimode in subiectis diversis: ideo diversa sunt elementa secundum calidum et frigidum: et humidum et siccum: et quia diversa et contraria sunt elementa per actionem et passionem necessario fit generatio et corruptio: iterum e converso si queratur quare motus superiorum sunt diversi: responderi potest quod est generatio et corruptio oportet esse generata et corrupta: et quia sunt diversa generata et corrupta oportet esse diversitatem motuum que diversimode accedens et recedens facit contraria generata et corrupta simplicia: et quia motus est diversus oportet esse momentem perpetuum: et quia movens est perpetuus in movendo oportet eum esse perpetuum in esse largo et fontali: prima via ex prioribus est simplicior: et pertinet ad divinum: et secunda via est ex prioribus secundum sensum et pertinet ad hanc scientiam. Et ideo secundum illam hinc procedemus dicentes quod causa multitudinis motuum ista est: quia non sequeretur generatione que est opus proveniens et multis motibus superiorum: et precipue ex duobus qui sunt motus primi mobilis qui vocatur diurnus: cuius dextrum est in oriente mundi: et motus circuli obliqui qui dicitur signorum circulus cuius dextrum est in occidente mundi. Ad hos enim duos motus omnes alij corporum superiorum motus referetes. Si cut enim diximus omnis cuius est operatio aliqua per se et essentialiter est propter illam suam operationem secundum quod operatio et actio eius essentialis secundum quod manifestat nomen actio-

Unde Philo-
m. c. 17. hie.
et in. 12. meta
phy. c. 6. 36.

Ultimo
celestium motu
um ex dupli-
ci fine partem
est altera: et
habet esse divi-
altera nullo.

De celo et mundo

nis: quia actio est operatio actus hoc est forme essentialis et naturalis rei: sed tamen ut diximus operatio aliquando est operatio sola quando est finis in se: et aliquando est operatio cum quando finis est in alio: operatio enim rei diuine que est perpetua et permanentis est perseverantia et permanentia in esse quod est actio essentialis permanentis: et hoc esse vita sempiterna in seipsa: et quia non est ociosa et vacua sed fontalis et larga hec vita in motore primo qui est immobilis omnino: ideo oportet quod operatio eius in alio quod est suum mobile per primum sit largitua motus sempiternae sicut omnino esse temporis et sicut naturam ex parte celli non est defectus ut ostendimus in octavo physico. Celi enim est perpetuus sicut eadem modum perpetuitatis: quia corpus est spirituale subtile rotandum motu circulari sempiterno. Hec est ergo una causa motus et accedentis et recedentis in orbe rotundo que accepta est ex ipsa largitua motoris. Postquam autem ad eandem causam venire incipiendo ab effectu eius in corporibus inferioribus. Repetemus ergo questionem que rentes quare motus celli non est factus unicus sed plures ut diximus: dicatur igitur quod causa diversitatis motuum celestium est accepta ex generationis multiplicitate: et hoc ut videamus melius inchoemus ab his que eriguntur ad motum circulaem dicentes quod sicut in libro de moribus animalium est probatum nullum corpus mouetur circulariter nisi moueatur super aliquod corpus stans quietum: quod si moueretur non posset moueri circulariter in loco uno permanens. Virtus enim immobilis hec ad minus addit super virtutes circuli moti. Nulla enim partium corporis rotundi circulariter moti permanet stans fixa et in motu: poli enim qui videntur stare sicut diximus superius in loco suo mouentur non transiens de loco ad locum vel de situ ad situm. Similiter autem manifestum est quia corpus circulariter motus non est de natura eius corporis quod figuratur in medio sui eo quod nulla pars circulariter moti descendit ad centrum quod absque dubio faceret si esset de natura grauis quod figuratur in centro contra quod mouetur circulariter. Si enim aliqua pars ipsius moueretur ad medium cuius idem sit motus totius et partis in omni corpore simpliciter: tunc oportet quod totum corpus celestis naturalis esset motus quod est ad medium. Nos autem iam demonstrauimus in physicis quod corpus celeste totum mouetur motu circulari naturaliter: quia si diceretur contrarium illius quod circularis motus esset et accidentaliter: non posset circularis motus esse sempiternus eo quod nihil eorum que sunt accidentalia et extra naturam possit esse sempiternum sicut superius in primo libro demonstrauimus. Res enim accidentalis que est violenta et communiter accidens et non accidens proprium est post naturale quia non accidit alicui tale accidens nisi per recessionem quandam a natura et virtutibus naturalibus. Reuertamur ergo ad propositum dicentes quod si esset necessarium omnino quod mouetur motu circulariter ut moueatur super rem quietam et quietam: tunc oportet aliquod corpus quietum et fixum esse in centro: et hoc proculdubio non est nisi terra sicut per sensum probatur quia terram videmus in medio quiescere: hic igitur supponatur hoc in futuro enim in sequentibus istius scientie demonstratione adducemus de natura terre et de natura reliquorum elementorum: et loquimur de ipsa cum intentione exquisita: ulterius autem procedentes ex illo dicimus quod quando unum contrarium est in natura: oportet etiam ut aliud sit in natura cum forme contrariorum sint ambe existentes. Cum enim contraria nata sunt fieri circa idem eandem proportionem habent ad esse contraria: et ideo si unum est in natura: oportet et reliquum esse in natura. Huius autem est et alia ratio: quia enim omnis contrarietas habet in se aliquid de habitu et priuatione. Si contrarium quod est per modum priuationis ponatur: oportet quod et illud quod est per modum habitus ponatur: quia habitus est ante priuationem sicut naturam et distinctionem et hoc modo se habent calidum et frigidum: quies autem et grauitas et frigiditas dicuntur per priuationes lenitatis et motus et caliditatis. Quoniam autem ante terre quies et grauitas et frigiditas: et igitur quiescent motus et lenitas et caliditas: ergo oportet quod quies sit ante terram et de motu quod est et quiete dicantur: ut priuatio et habitus est planum caliditas et frigiditas: et sic aliquo modo opponuntur: cum mo-

tus sit causa caloris in subiecto quod est vtriusque susceptibile: et hic videmus quod ignis motus excitatur et non motus extinguitur. Cum igitur frigiditas priuet motum et sicut est erit ipsa per hunc modum priuatio caliditatis. Si autem etiam opponatur leue et graue: quod unum eorum priuet motum per quod in primo perigeneseos dicitur et generatio ignis ex terra generatio simpliciter est corruptio sicut quod: et generatio terre ex igne sicut quod et corruptio est corruptio simpliciter: sic igitur habitus et necessarii sunt ignis et terra. Respondeo dicendum quod inuenitur necessitas existendi media elementa. Cum enim sint extrema habentia contrarietatem in una qualitate: oportet esse per generationem ab illis media que cum his habent contrarietatem perfectam: sicut triarum aer ad terram: et aqua ad ignem: hoc igitur ita est ut diximus supponatur quod in sequentibus libro natus: et precipue in 2^o perigeneseos de his ingremus sufficienter: hoc enim hic non idurimus nisi ut ostendamus ex his tribus contrarietates sicut as corporibus necessarias esse generationem. Non enim possibile est aliquando distincte triarum in seipsis: sed esse fixa manere: cum tria se tangant et agant inuicem et patientur continue ab inuicem: et per hoc continue corrumpant se ad inuicem et generentur mutuo ex inuicem: cum corruptio unius sit generatio alterius. Causa autem huiusmodi diuersae generationis et passio est accessus generantis et recessus sicut circularis. Ad hoc autem circularis non potest esse perpetuus nisi mobile suus sit perpetuus: et est conuersio in illo: quia etiam si mobile sit perpetuus: est etiam motus perpetuus: cum mobile et motus nunquam possunt esse ociosa sine motu: ut probatum est in 8. physico: ergo sic arguendo a primo per se monem iam habite inductionis necessarium est quod existente circulari motu necessarium est generationis esse et conuertitur etiam ab effectu ad causam ut prius diximus quod si generatio est necessarium est esse motum circulaem afferentem et referentem generans quod mouet materiam generabilem. Si autem generatio est sicut motus quodam circulari precipue in simpliciter corporis generatione quorum quilibet generatur ex altero: tunc queramus vtrum generatio sit tria una vel sint multe. Si enim est una tunc nunquam est corruptio sed generatio unius et eiusdem: et hoc est si casualiter generatio ab uno motu simpliciter eodem modo se habent. Si autem multe sint ut oculis videmus: quia idem quod generatur aliquando corrumpitur et generatur aliud et diuersum ab alio: oportet quod hoc causetur a motu circulari diuersimode se habente: et ille est circulus obliquus qui dicitur signus in quo sol qui est principale generans: accedit et recedit: et accedendo facit vincere elementa superiora super inferiora: et recedendo facit vincere inferiora super superiora. Si enim sicut disponitur motus celestis est dispositio elementorum ad inuicem eodem modo se habent in sequentibus libris scie natus ostendat illud ostensione plantore et manifestiore quando loquar de perpetuitate generationis in seculo perigeneseos. Nunc enim non intendimus inuestigare nisi causam finale per quam facta sunt circularia corpora multa: et non sufficit reuolutio celli unius causam illam assignantes dicimus quod non sunt facta multa nisi per generationem: non enim potest generatio impedi: generatio autem non est nisi ex istis primis generabilibus que sunt ignis et reliqua elementa: elementorum autem existetia ex motu circulari. Non enim fuit esse terre necessarium nisi quod oportuit motus circulari habere corpus nobile quod esset centrum contra quod reuolueretur quod esset quoddam firmum. Sic igitur habita terra necessario habebitur ignis: et habitus his oportuit haberi reliqua duo: habitus elementis consequitur generatio: ergo a primo habitu circulari motu sequitur generatio. Sed necesse est quod diuersitas generationis est aliquid causa: ergo necessarium fuit quod esset perpetuus aliquid motus diuersimode mouens materiam. Circa enim sunt in generatione quorum primus est continuitas esse: et 2^o diuersitas generationis et corruptionis: et iterum diuersitas generationis in figuris et speciebus: et primi quidem causa est circulus uno modo motus super materiam generabilem: et ille est circulus habens motum diurnum. Secunda autem causa est circulus aliqui auferens et aliquando referens generata: et ille est circulus obliquus. Et tertijs causa est diuersitas generantis aliquid distinctum: et aliquando non distinctum sicut diuersos situs eorum in circulis suis: et illi sunt orbis stellarum fixarum et planetarum. Sic igitur in generatione necessario oportet nos habere duos motus quorum unus dextrum habeat in oriente mundum: et alter dextrum habeat in occidente mundi: quibus motibus multa mouentur generantia propter diuersitatem figure et forme generatorum: et hoc est quod in capitulo isto intendimus declarare.

Tex. cō. 19.

Tex. cō. 20.

Tex. cō. 21.

Et iste locus dicitur maxime speculatione quod ab alio generatio et corruptio habet continuitatem et ab alio entitate: et in Aristotele et sequens procedunt totum. 2. de generatione. 1. cō. 56. cogita. 3.

Tractatus

omnis motus
est in se
et in alio
et in se
et in alio

Tex. cō. 18.

omnis motus
est in se
et in alio
et in se
et in alio

Tex. cō. 18.

Tractatus Secundus Secūdi Libri de figuris et motibus celorum.

Cap. 1. Q. prima figura est corporis primi.

Ex. cō. 22.



Am autem nos in pre-

habitis libri superioris ostendimus motus celi esse circularē: et ex illo sequat ipm celus esse figure circularis: volumus tamen hic ex intentione principaliter querere que figura sit apta celo: ut vera causa eius et propria scilicet: non enim sufficit ad perfecte sciendū aliqd cōcludere: quia est tñi cōsequens ex quodā alio: sed opz inuestigare ipm per cām, propriā cōtinentē. Dicamus igitur celi esse figure circularis et rotundē: et dico iter qd figura est rotunda necessaria: et distinctio qd illa figura est cōueniens et apta sube celli. Et ostenditissimū est enī ut figura pma sit corporis pmi: id est qd hinc nām de illud qd est pms alijs fm subaz est pmi eis dē fm accidētia ppria que cōsequunt subam illā. Et sic autē perpetuus corpus pmi fm subam oibz gñabilibz et corruptibilibz: igitur erit eis dē pms fm figura qd est accūs ppriū psequens subaz: precipue cū celi qd est magis formale qm māle figurā habeat stātē et non mutabilē: generabilia autē ut infra eo qd magis sunt mālia qd formalia figuras et formas habeant mobiles: et ita tunc magis elongata rōne pme figure qd perpetuum corpz. Volētes igitur nūc iterū ex ppria intētiōe cōsiderare figuras celestium: opz nos inquirere que est pma figuraz et superficialis et corporalis. In abito enī que est pma superficialis: habet ēt qd est pma corporalis: quia sicut se hnt adinuetes superficiales ita se hnt adinuetē corporales. Dicamus igitur qd figura ois superficialis: aut est figura terminata lineis rectis que vocat figura equalis superficiali eo qd partitū ei vna nō eminet sup alterā quā nos planā appellare pueulimus: aut est superficies cōtēta lineā rotundā que est superficies nō eqllis: hoc est nō plana eo qd partitū ei vna eminet ab altera. Ad est enī alia figura lz sit simplex: quia illa que cōtinet lineā arcuāli et rectā cōposita est ex his que nullā bz rōnē pme figure. Sed oēs superficies eqles siue plana necessario pluribz qd duabz lineis cōtinet: rotundā vō cōtinet lineā vna. Si autē istud est fm hoc et vni in omni genere an multa et pms eo qd prioritate naturali et simplex ante cōpositū: tūc pculnubio circulus est an oēs figuras superficiales et prior eis prioritate nāli. Et si autē aliquis dicat qd sicut se bz lineā rectā ad circularē: ita se bz figura rectaz lineaz ad figurā circulearem: et quia lineā rectā est an circularē: ideo videt ēt figurā linearem rectaz ante esse figurā circulearem: precipue cū Euclides in geometria primū agat de triāgulo qd de circulo: et corpora triāgula vel quadrata determinent an corpora spherica. Et videt cōdū qd nō est nisi habitudo figure rectaz lineaz ad figurā circulearem que est lineā recte ad circularē: quoniam lineā rectā vni est forme et lineā circularis duaz est formaz: quia bz formā cōcaui et formam cōuerti sicut diximus in pbcis: sed figura rectaz lineaz est plurū lineaz et figurā circularis non bz nisi vnam lineā se terminantē et cōcludentē. ppter qd etiā Euclides diffiniuit circulū an triāgulū: sed diuersitates et passioēs triāguli demonstrant an diuersitates et passioēs circuli: quia diuersitates et passioēs circuli nō inueniunt nisi per passioēs triāguli et mensuras quadrati in circulo ptracto: et ideo adhuc relinquitur circulus an triāgulus ēt sicut simplicior eo. Sed forte adhuc obijciat aliqs ostēdens qd simplicitas circuli et cōpositio triāguli nō sunt eiusdē generis: et ideo nō pōt probari per simplicitatem et cōpositionem vni vel alteri: qd circulus sit prior vel posterior triāgulo. Si enī resoluat triāgulus in superiores non resoluet in circulū vel circulos sed potz in triāgulos: et si resoluat in lineas resoluatur in lineas rectas et nō in circulares. Et sic videt qd circulus non sit simplex superficies nec simplex lineā vni cōponitur triāgulus: sed est alteri generis qd nō venit in cōpositione triāguli oino: et ita videt qd circulus nō est simplex ps triāguli: qd quo ad hoc nō pōt pbari ēt pōr triāgulo. Sed ad hoc absq dubio dicēdū est: qd circulus nō est simplex ad triāgulum nisi aliq ex cōparatione et nō pprie loquat: sed ratio prioritatis circuli ad triāgulum est ex vno qd est perfectum in cōparatione ad vnum imperfectū in genere lineaz

